# Sermones

⁊ varij Tractat’ Keiſer
ſpergij iam recens excuſi: quorū
Indicē verſa pagella videbis

Endecaſyllabi Ottomari Luſcinij Iu-
riſpontificij Doctoris/ In laudem
operum doctiſſimi Keiſerſpergij
primi Argent. concionatoris.

Monte e ceſareo genus trahentem
Seilerum, patrie decus perhenne
Qui vixit bene/ nec minus diſerte:
Plebem commonuit/ patres togatos
Veſtales/ proceres/ ſua eruditione
Vix cedens atauis ſacer/ pudicus/
Frugalis/ patiens/ benignus/ acer:
Quem ſi noſce voles amice lector
En ſpirat tibi viuus hic legenti
Quando non potuit dies nocere
Tanto ſumma viro/ docet quod olim
Suggeſto poſitus/ necis ſoluta
Dira lege ſemel/ nequit mori poſt
Quin captat magis aurā ameniorem

Cum Priuilegio Imperiali

Angeb. 1)
149

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

VD16

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Joannis Geileri Keiſerſper/ gij Clariſſimi Theologi/ et primi Nobiliſſime Argentiñ. eccleſie Concionatoris.


¶ Sermones funebres. Fol. 7. et. 10. et. 17.
Sermones ad clerum in ſynodo congregatum. Folio. 13.
Sermo ad Capitulum ante electionem Epiſcopi. Fol. 21.
Tractatus optimus ad Epiſcopum electum/ ꝛ confirmatum de vita ꝛ regimine ſuo feliciter initiendo. Fol. 23.
Sermones. 13. in Kalen. Januarij/ de gēmis ſpiritualibus duodecim. Fol. 33.
Sermones nouem de fructibus ꝛ vtilitatibus vite monaſtice. Fol. 51.
Sermones per modum tractatus de vero celibatu monaſtico ſub typo leporis ſiue lepuſculi. Fol. 62.
Sermones tres de vita monaſtica ſub typo trium malorum/ ſeu pomorum aureo/ rum. s. Nicolai. Fol. 73.
Sermones vigintivnus de aſcenſionibus in contemplationem. Fol. 77.
Sermones de vita veri chriſtiani iuxta ordinē ꝛ numeꝝ literaꝝ alphabeti. Fol. 93.
Sermones ſeu tractatus de puſillanimitate prius in vernacula ſub typo ouis erran/ tis impreſſi. Fol. 121.
Sermones ſeptem de vncinis aſinarijs prius in vulgari teuthonico Auguſte im/ preſſi. Fol. 132.
Auiſamentū de concubinarijs/ niſi concubinas eijciant non abſoluēdis. Fol. 138.
Sermo Doctoris Petri wickgram contra leuitatem ſacerdotum ſe ludis pueriliſ/ bus ingerentium. Fol. 144.
Vita Keiſerſpergij per Beatum Rhenanum deſcripta. Folio. 151.
Vita Keiſerſpergij per Jacob. wimpfelingū diſcipulum ſuū deſcripta. Fol. 153.

# Clariſſimo principi ac Domino. d. Alberto familie Thūmenſis dei gratia. Prepoſito Eluacenſi digniſſimo Petrus wickgram ſacre Theologie magiſter. et in maiori Eccleſie Argentiñ. diuini eloquij preco immeritus ⁊ declamator. S. D.

NOn ſine conſilio factum arbitreris prin-
ceps clemētiſſime/ac dn̄e plurimū obſeruāde: quod multis mihi neceſſi-
tudine quadā iunctioribus preteritis. tibi potiſſimū cuius faciem non
vidi: nec dexteram (quod aiunt) contigi. Lucubrationes nōnullas viri
celeberrimi Joannis Geileri Keiſerſpergij dulciſſimi olim auūculi mei
dedicare in animū induxerim. Nam cum querēdus operi patronus erat: qui illud ab
omni librariorū iniuria vindicaret/ eorum inquā/quibus non ſatis eſt recta deprauaſ-
re niſi etiā mentitos libros ⁊ ſuppoſiticios boni authoris titulo vendirent. Tu reli-
gionis chriſtiane columen/ ⁊ recte viuendi exemplar precipuū vnicus ferme occurre-
bas: qui prudētia tua ſingulari/⁊ ſumma animi dexteritate prouincie huic noſtre qua
adulterinos a verꝫ ſemotos eſſe curamus: ſuppetias fores allaturus. Jam em̄ quanqꝫ
forte periculum non ſit/vt impietatis arguantur quecunque ex his lucubrationibus
a calcographis antehac typis ſunt excuſa: tamē quanto interuallo languida illa/ieiu-
na/ſubfrigida/⁊ mendicius conſarcinata: diſtent a vera et (vt pace omniū dixerim)
incomparabili auūculi mei phraſi: docti lectoris eſto iudicium. Proinde quo etiam
parum eruditis fiat ſatis: non grauabor breuem indubitatorū operum Keiſerſpergij
Catalogum contexere: ne quiſpiam pſeudo titulis deluſus: ſubdititiū ac ementitum
opus pro ſincero poſthac ſit lecturus. Peregrinus latine ac germanice editus venam
ſapit Keiſerſpergij. Sic oratio dominica ⁊ paſſio ſi latialiter legas/ ſin patrio in ſer-
mone noſtro/nil eſt quod incultius ſit atqꝫ horreat magis: quandoquidem inimicus
quidem homo (vt meminit parabola euangelica) agrum bono ſemine a patrefamilias
conſperſum fede contaminauit colluuie ſue peſtifere zizanie: id quod etiā dum in hu-
manis degente auūculo meo improbus quidam ſycophāta ⁊ ſcelere notior ꝙ vt a me
indicari/aut debeat/aut poſſit agere: iam olim adortus eſt. Jocus em̄ ille quoſdam fe-
ſtiuos ac mire iucundos/quibus Keiſerſpergius inter declamandū ad plebem graui-
tatem diuini oraculi egregie ac ſummo artificio temperauerat: bono cuidam viro dan-
culum ſuffuratus excripſit. atqꝫ ibi ſimul virus venenato ore in eccleſiaſticos ⁊ mo-
naſtice profeſſionis viros euomuit: deinde calcographis diuulganda per orbem ſub
Keſerſpergij nomine publicitus expoſuit. Qua ex re vir ille innocentiſſimus ⁊ in nul-
lius iniuriam/aut contumeliam vnquā propenſus ita indoluit. vt quanqꝫ vehemen-
ter ad patientiam eſſet compoſitus tamē ſic incandeſcere viſus eſt / vt alias nunquā:
Deniqꝫ ſi mulctam (aiebat) illi/in quos acrius peccatum eſt condonarunt: quid nos
pro minori offenſa exigemus: quāuis non videam/ quid homini poſſit accidere mole-
ſtius/ꝙ ſi in mille ⁊ eo amplius libris bona de ſe opinio toties ⁊ apud tantam lecto-
rum turbam ledatur: cum longe grauius ſit fame/ꝙ rerum furtim ablatarum diſpen-
dium. Non minori dehinc ignominia auūculum meū affecit loripes quidam Jude-
us baptiſmate lotus: cuius habitum ⁊ profeſſionē ſubticeo/ne pari inſtituto fratres
acerbius in ſe aliquid dictum putent. is citra vllum ingenij aut doctrine adminicu-
lum: auditas ex ore Keiſerſpergij explanationes in ſacra euangelia/ domū regreſſus

cepit ſuas nugas:⁊ mera delirame͂ta cum memorie parum fideret/ ſimul cum ĳs que
audierat coaceruare: vnde dictu mirum quã tortuoſa:⁊ nuſquã ſibi coherens compo
ſitio coacta ſit: haud aliter ꝙ (vt Flaccus ait) humano capiti ceruicem pictor equi-
nam: Jungere ſi volet ⁊ varias inducere plumas. Ceterum inconditũ hoc monſtrum
⁊ paſſim hians cõmiſſura: inſcriptione magnifica Poſtille Euangeliorum Keiſerſper
gĳ ere ingenti librarĳs venĳt. atq; in maximã viri doctiſſimi iniuriam: iam tandem
emerſit in lucem. De me interea ſileo/ quem verpus ille impudens totiens audiuit.
ignominiaꝫ hanc inſignem ab auunculo meo deprecantem. Oraui hominem crebro/
inſtiti/ concitaui/ rationem haberet chriſtiani viri/ compreſbyteri/ cõmilitonis pugne
ſpiritualis: deniq; tam probate vite: cum ſumma eruditione cõiuncte. Sed ne aliud
quidem iam effeci: ꝙ qui ſurdo narrat fabulam: adeo in nullam prorſus flecti poteſt
partem dure ceruicis progenies: eiuſdem ferme ſeu magis furfurꝭ eſt cum hac Poſtil-
la nugarum congeries. vulgo die hroſemlyn. Sed ad genuinũ fetum librorum viri
celeberrimi redeo. Tractatus de diſpoſitione ad felicem morte͂: modo calcograpbo-
rum incuria non ſit deprauatus Keiſerſpergium redolet. Nauicula item ſalutis: ſimul
cum naue ſtultifera: ouis errans: paradiſus anime ex Humberti tractatu de virtuti-
bus in germanicũ ſermonem traducta Geilerum noſtrum ſpirat. atq; id me vel omni
no tacente. Atqui princeps obſeruande: nihil eſt quod de tua preſtantia heſito/ quo
minus candidiori noſtre ſententie ſis acceſſurus. Fiducia enim nobis prebet ſpectata
iam cunctis: atq; vno tua omniũ ore predicata virtus raraq; cum potentia religio co
pulata atq; chriſtiana pietas: que quide͂ cum in priuato homine latere poſſint/ in prin
cipe nemo eſt/ qui queat neſcire: id quod ⁊ nobis ſuperiori anno viſu venit: dum leuan
de valitudinis gratia thermas alpium hercinie peteremus. Nam viſo illic in confini-
bus monaſterio Hirſangieñ. preter multa alia imenſo preconio efferenda. ſumma ca
pti ſumus loci illius admiratione: qua fouentur peregrini: in quorum numero/ ⁊ nos
tum eramus. Sed ⁊ inopum ingens turba ex cenobĳ liberalitate ac elemoſyna paſci-
tur: quadringentos vidi ⁊ eo amplius qui pane cibario/ iure ⁊ pulmento per diem ci-
bati: cum pane nihilominus dimiſſi ſunt: quo citra inediam poſtere diei prandium
preſtolari valerent. Quid loquar de arctiſſima viuendi obſeruantia/ ⁊ rigore conuer-
ſandi plus quã ſeuero: Virtutis ibi ſummũ eſt omibus ſtudium: nec literarũ minus.
De vno in cuius forte fortuna colloquiũ/ tunc incideramus: cui Nicolao de Turck-
heim nomen eſt: nobis pauca referenda ſunt: vt ex illo quales ſint alĳ facile deprehen-
das. Verecundus eſt/ in geſtu/ inceſſuq; compoſitus vltra modum: in verbis nullam
offendas leuitatem: ſed vel ex propria ſententia: nõnihil quod morum congruat hone
ſtati: aut certe ex variorum authorum quos diligentiſſime euoluit diuite penu: iucun
dum ſermone͂ ſimul ac vtilem contexit: quo aures impendio exhilaret. Ex eo ipſo mihi
tum audire contigit preter extrinſecum habitũ/ nihil eſſe quo patribus illis cederes: ſi
non (quod vero propius exiſtimabat) in pleriſq; virtutum generibus longe anteires.
Gaudebam (fateor) effuſe: ac mirũ in modum leticia geſtiebam: quia in clero repertus
eſſet: qui poſſet cum monaſticis pari vite ſanctimonia contendere. Deniq; cum vir-
tus etiam ignotos ⁊ abſentes amabiles facit: vt ſententia habet Ciceronis. Cepi ego
te dehinc prius amare quam noſſe: atq; id tanto ardentius: quo ob tot aſſentatores/
tantas opes: que vitiorum ſunt irritamenta: tantam deniq; peccandi licentiam: ma-
ius quippiam de ſe preſtat princeps/ qui bonus eſſe poteſt: quam priuatus. Verum
ne amor iſte in te meus teſte careret. En tibi quedam opuſcula doctiſſimi ſimul ac in-
tegerrimi viri Joannis Geileri Keiſerſpergĳ olim auunculi mei dono mittimus: que
non minori labore nobis forſitan/ quam illi conſtiterunt. Siquidem ille rudem
duntaxat compoſitionem literis mandauit: ceu fetum quendam ineffigiatum/ quo



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

labori parceret. At nos membra omniaqꝫ lineamenta / citatis per eundem / inſertis / bona fide expreſſimus / quo pariter et authoris voluntati / et cupide lectoris expectationi reſponderetur. Ceterum ſi hunc laborem tibi Principi colendiſſimo probari ſenſero / ad multa alia / in medium proferenda: que iam ſub caligine muſſitant: nos animaueris. Interea tu velim bene valeas / diuqꝫ eccleſie tue Eluacenſi / et preſis / et proſis.

## Egregio viro domino Joanni Geiler de Keiſerſperg ſacre Theologie Doctori digniſſimo preceptori ſuo colendiſſimo. Fridericus Epiſcopus Auguſtenſis veſter diſcipulus ſinceram in domino Salutem.

PReceptor mi ſingulariſſime / quibus gaudijs ac conſolationibus animi afficiar de literis veſtris / difficile eſt mihi perſcribere / cum ſummū ⁊ intimum ſollicitatorem eterne mee ſalutis prius in ſermone / nunc in ſcriptis intelligam / ⁊ reuera / ſicut vita anime mee in verbo dei ꝙ de ore veſtro benedicto proceſſit / cotidie alimenta ſua ſumpſit / ſic cum nunc priuor iſtis mellifluis doctrinis / cotidie deficit anima mea / ꝙ vix ſemiuiua remanet, vtinam non totaliter mortua / quare dico ſcriptis veſtris reuiuiſcere ſpiritum meū / ⁊ in veritate credite / maximū onus mihi impoſitum / leuiſſimū mihi videret / ſi talem preceptorem ac directorem haberem: qui ex varijs curis me ſepiſſime releuaret. Et ſicut ego intellexi vos cum deſyderio expectare vnicum Phenicem / opus eſſet illum antiquū (vt naturales deſcribunt) per ignem / qui ſpiritusſanctus eſt conſummari / ⁊ charitate dei perfecta regenerari. Ceterū cum deſcribitis ſanctiſſimos ac preſtantiſſimos viros / quales ſe exhibuerint erga reges Egyptios / fornicantes / auaros ⁊c. Tantam gratiā ego indignus non mereor / ſed etiam credo ꝙ maledictū regimen regum ac principum (Sed ex preiacenti iracundia loquor) non meretur a deo tales habere / cum totus mundus in omni iniquitate ſubmerſus ſit vſqꝫ in profundum. Preterea inter cetera ſanctiſſima monita reperio vnum / videlicet vt doceam populū / ꝙ non minimū reputo ſeminare verbum dei / ſed cum hoc in pluribus admiſſum ſit / ꝙ quis non poteſt facere per ſe / faciat per alterum. Quare ex iſto capite rogo vos per amorem domini mei Jeſu Chriſti / vt mihi oſtendatis / ſi ſit via aliqua idonea inuenienda / vos tanquā preceptorem ⁊ coadiutorem meū permanere pro me pabula ouibus in eccleſia mea preberet: et ſi in toto id efficere non poſſum / ſaltem vnico anno hoc mihi a vobis concederetur / ꝙ in cumulo maximorum beneficiorum mihi collocabo: ſpecto etenim ⁊ firmiter credo / ꝙ tantum fructū faceretis in populo / ⁊ mihi auxilium / ꝙ ego cautius atqꝫ facilius redderem altiſſimo rationem de

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

paſcendis ouibus mihi cõmiſſis/forſitan placeret vobis locus ⁊ populus ad edifica
tionẽ proximi ⁊ laudem dei: ſum enĩ illius intentionis (veſtro tamen conſilio) erigendi
predicaturã in eccleſia mea Cathedrali/ſi bonum ⁊ idoneum predicatorem reperiam
qui conſulere ⁊ docere viam domini in hac valle lachrymarũ ⁊ ſciret ⁊ vellet: qualem
preter vos ducem ⁊ preceſſorem meum difficile/imo impoſſibile eſt ſperare: ego quaſi
ouis que perijt/expecto vos reductorem meũ de uia deſerta ⁊ inaquoſa. Scitote inſu
per/ꝙ diebus Apoſtolorũ/ beate virginis/ ⁊ alijs feſtiuitatibus/dum me celebra
re contingit tota die Rocketo indutus incedo: lectionẽ inſuper Capellanus me
us in publica menſa continuat corã omni familia mea vſq₃ ad ſecundas epu
las plus vel minus iuxta conditionem vel materie vel clericorum conui-
uantium: quãuis familiares laici male contenti ſint/ ꝙ aduertere cum
ſilentio ea que non intelligant/cogantur. Non tamẽ ad iactantiam
hec ſcribo. ſed literꝭ veſtris/ quibus id a me ſcire poſtulaſtis obe-
dio ⁊ reſpondeo. Sed quid plura ego in habitu epiſcopali Nie
renberge Rocketo indutus ſemel inceſſi. ſuper quo alij epiſco
pi ſumme mihi ſuccenſebãt: vnus de ſingularitate me no
tabat. alter id me pro adipiſcendo pileo cardinalatus fa
cere aſſerebat / ⁊ varij varia ſuper hoc cauillabant.
Etiam vulgus in contrariã opinionem fereba-
tur: quidam laudabant. Alij me Italum pre-
dicabant/ quo fit vt amodo quid mihi fa-
ciendum ſit in iſta congregatione neſcio:
quia om̃es Archiepiſcopi ⁊ Epiſcopi
incedunt/ꝙ vix fiſtulatores ⁊ ipſi
ĩter ſe diſcerni poſſint/ hec ex ma
gna confidentia vobis ſcribo:
quia non expedit/ ꝙ talia de
ſuperioribus meis ſcribã:
quãuis illa ⁊ alia plura
non ſine animi amari
tudine mente inuol
uam. Valete in
Chriſto Jeſu.
Datũ Nie
renberge
in vi-
gilia
aſcenſio
nis domini.
Anno domini.
4085.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hic quieſcunt feliciſſime membra Roberti Palatini Rheni: Ducis Bauarie: Epiſcopi Argentinenſis, qui ex hoc ſeculo migrauit/ in die .S. Luce Euangeliſte. Anno domini Milleſimo quadringenteſimo octauo.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf





# Oratio funebris i ex equijs Roberti du/cis Bauarie / Epiſcopi Argentiñ. coram duce Alberto Epõ electo / ⁊ pluribus principibus: epiſcopis: comitibꝰ: abbatibus: ⁊ prepoſitis: decanis: alijſqꝫ prelatis. In Eccleſia Argentiñ. xv. kal. decẽbris. Anni. M. cccc. lxxviij.

Robertꝰ mortu/us eſt / viri / fratres / ⁊ patres. Robertus inqꝫ / mortuus ẽ / occidit. Argen/tiñ epus. Res humanas Co/mes Palatinus Rheni deſeruit. Dux Bauarie migrauit ex vita. Alſacieqꝫ Lantgrauius / nullibi comparet. (Tali nempe titulo / dum viueret inſigniebatur) Robertus dei gratia / epiſcopus Argentineñſis: comes palatinus Rheni / Bauarie dux / Alſatieqꝫ Lantgrauius. Hic nuper cum beati Lu/ce lux illuceſceret feſtiua. Inter manus ſuorum expirauit: tanqꝫ vnꝰ ex vermiculis terre. Quid igitur dicemus ad hec? dicere eñ oportet: qm̃ dicere iuſſus ſum / ſic iuſſionis ſcedula ſonuit. Fiat breuis ⁊ laudabilis cõmemoratio: eiuſdem domini noſtri gratio/ſi ad clerum. Facilis eſt iuſſio: ſed obedientia difficilis: breuitatem / ſed non oratiõis laudabilitatem polliceor. quid enim breui dictione facilius? cum ⁊ latinis ⁊ barbarꝭ / doctis pariter ⁊ ignaris commune ſit / eue/ſtigio a dicendo poſſe ceſſare. Succinctã igitur orationem ſi affectabatis / non fru/ſtra ad me ventum eſt. ſed ſi laudabilem ꝑfecto alio fuerant diuertendũ. Cuȝ magnorum ſit duntaxat laudabiliter perorare: qꝛ ſententiarum grauitatem ſermoniſqꝫ ſplendorem: vna cum fandi / ſeruare poterint dulcedine: quos glorificare ⁊ colere / non auteȝ imitari ſaltem: vt dein eorum gregem taceã receſeri / ab eo qui linguas facit diſertas accepiſſe me video ⁊ ſi enim lacteo eloquentie fonte / viros viderim manantes: ⁊ admira/tus ſim / labra tamen fateor non plui. Sed eſto etiam: aſſit quiſpiam mortaliũ: in quo eloquentia / mores / ⁊ ſapientia. Hec omĩa ſint congeſta / ſit ⁊ arte Plato / Catho vita / Tulius ore. ſit deniqꝫ Plautina preditus facundia: quam (vt vulgo dici ſolet) etiam dij ipſi loquentes non aſpernarentur. Aſſit inqꝫ taliũ aliquis? quo pacto queſo adhuc laudabiliter eloqui poterit? Quid eñ vn/qꝫ ab inuidorum morſibus erit ſecurũ? qd deniqꝫ dignũ edictu / de tanto / ⁊ coram tantis eſtimandũ veniet? quantus ſit: de quo ſermo / nemo eſt qui neſciat. coram quibus autem ⁊ hoc fortaſſe cognoſcitis. Non eñ bicos vnci aratoris ſuſpenſum / ſed orato/res diſertos / apud quos cõcionandũ aſpicio non vulgus comparet promiſcuum: vt quicquid in buccaȝ venerit: efflare ſine carpſionis liceat timore: ſed artiſtarum / medi/corum / ⁊ legiſtarũ caterue / cũ Canoniſtis immo ſacre pagine licenciatis / ⁊ profeſſori/bus aſtant / cum abbatibꝰ / principibus / et epiſcopis. Vellem igitur: ⁊ reuera ſacius foret / vt quiſpiam in huiuſce comicijs exerci/tatio accerſitus fuiſſet: cuius ora palleſcere lingue ſiccari / oculi preſtringi labraqꝫ cũ genis tremere: aſpernari ꝯſueuerunt. hic gaudens ⁊ audiens vela dicendi laxaret. eiſqꝫ protentis quorſum animi impelleret / ſpũs viſus arte / non remos ⁊ orationis amplu/ſtre / anxietate deſperans iaceret ſed ad lito/tora tandem appelleret felix. Veruȝ qm̃ maioribus noſtris / vt ego ſtiue manus inijce/rem placuit: quibus obſeruantia iuſte debe/tur / equum eſt (ne ꝑtinacie arguar) ipſorum parere iuſſionibus. Quo circa / ſi obſeqns obliquos vomere lingue ſulcos exarauero / ⁊ metaciſmi colliſio aures veſtras concuſ/ſerit / obtuleritqꝫ confuſio barbariſmi: aut ſitus / motuſqꝫ ꝓpoſitionum / caſuſue contẽ/ptos videritis / ignoſcatis queſo. tũ ob rei de qua perorandũ veniet magnitudineȝ tũ ob dicentis aliam profeſſionẽ: qui nõ plautina s dulcedines: nec vrbanitatem Ciceronianam: aut Saluſtianas ſuccinctiones: ſed theologie ſacre veritatem ſubruſtica lite



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ra/a teneriori etate ſtatuit amplexari. Cum
autem quidpiã ꝯmemorari oporteat/quid
ꝯmemorē/ferme penitus ignoro: aut cũ
Robertum laudibus clarificabo/⁊ ſic vt
in/demonſtratiui generis cardinibus ora
tio volueretur. neceſſe foret. Aut enim mor
tuum deplangere debebo/ſicq̃ funebrem
planctum vt ſingultiendo eiularem rei ex
poſceret conditio. ſed verum: quicquid ho-
rum occepero: ſermo in triſtia ſeſe recipiet.
ſi mortuũ deplanxero/reuera lugubre eſt/
ſi laude dignum deprompſero iterum nos
(quoniam mortuus eſt laudabilis) fune-
bris ad ſe rapiet oratio. Triſtia igitur ⁊
littora ⁊ pelagus. Defluat idcirco libere: ſi
ne gubernaculo/⁊ nauta/ligneue nauis. quo
modocunq̃ enim acciderit/finem oratio
noſtra congruum nanciſcetur. Laudemus/
plangemus Robertum quoniam Rober-
tus mortuus eſt. ¶ Plãge tu ducũ Ba-
uarie nobilis proſapia. plange Argentinen
ſis ciuitas/circumiacenſq̃ quoq̃ tellus/
⁊ tu tota clericoꝝ concio/tuum plange Ro
bertum. Plange inq̃ in primis Bauaroꝝ
tu alia progenies: tui ſtipitis florens ram-
uſculus mortis ſecuri preciſus eſt/⁊ is: qui
gl'e tue nomē pſeferebat/mortu⁹ iacet. O ſe
ua mors/Ratiſponenſem epiſcopum Ro-
bertum rapuiſti: Rapuiſti ⁊ noſtrum Ro-
bertum Argentinenſem pſulem. neq̃ colo
nienſi parces pontifici Roberto. eiuſdem
ſanguinis/nominis ⁊ dignitatis antiſtes
crudeliter morſura es/⁊ momordiſti: alber
tumq̃ noſtrum mordebis. fateor federicos
habuiſti/habes/Philippos/Albertos/
Ludouicos/Joannes/⁊ Chriſtophoros/
ſed non hec tue glorie nomina/forſitan q̇d
loqui velim preſtolamini admirantes/cũ
non alio ſanguine/niſi bauarie ducum/
hi ſicut ⁊ illi geniti noſcantur. Non infici-
or. ſed dicite queſo. quis hic fuerat ⁊ voca
batur? qui nondum annis effluxis octua
ginta/ſceptrum imperiale Romanoꝝ rex
tenuit: Quis erat qui proximo anteſignã
dum/⁊ Conſtancienſe concilium/gladio
ancipite/iuſtiſſime orbē rexit vniuerſum:
Quis queſo hic erat/qui in recenti homi
num memoria/vix ante diuũ/iam noſtrũ
federicum quartũ/regio inſignitus dya-
demate/mundi globum/Aſia/Affrica/⁊
Europa interciſum plano concluſit? quis
inq̃ hic fuerat? profecto niſi mentiar: cum
chroniſtis. dux Bauarie comes palati-
nus Rheni. quis vocabatur? Nonne Fe-
dericus: Philippus: Albertus/aut quipi-
am horum? Non. ſed Robertus. ſic enim
lego Robertus dux Bauarie: comes: pala
tin⁹ Rheni/vir iuſtus ⁊ Catholicus (O
egregium epitheton) coronatus a Boni-
facio nono. Hic eſt: qui cũ grandi alema
norum exercitu. Italiam ꝯtra Joannem
Galiaſe ducem/intrauit. ſed cum graui re-
diit iactura/dignus habitus vt pro iuſti-
tia pateretur/Adeſte iam iudices vosipſi/
an non a bauarorum ſtipite: nominis ſue
glorie florentē mors ſeua preciderit ramu-
ſculum. Nonne domus Bauarie gloria/
qui Romanorum rex vir iuſtus eſt dictus
⁊ Catholicus. que maior huius ſeculi ſal-
tem gloria/q̃ a rege Romanoꝝ deſcēdere?
virum iuſtum ⁊ Catholicum habere pro-
genitorem? plange igitur/eiula ⁊ defleto:
tu Bauarorum familia/ſanguis nominiſ
q̃ regii virum/tuũ Robertum. ¶ Plan-
ge etiam tu Argentinēſis ciuitas famoſa/
circumiacens quoq̃ cum clero tellus. dic
ſub quo vnq̃ tuorum pſidum tanta qui-
ete ⁊ pace freta fuiſti? Cum enim crebris vi
cibus omnes tue terre finitimi. bellis infe
liciter turbarentur/tu ſub Roberto tranq̇l
la reſederas: Hinc letus/alta ſubrupe frō
dator canebat ad auras/aliis lugēdo que
rulantibus. Nos patrie fines ⁊ dulcia lin
quimus arua/Nos patriam fugimus/tu
vero lentus in vmbra/recubās ſub tegmi-
ne fagi/Siluestrem tenui muſam medita
ris auena. Aliis ſanguinem fundentibus
ſuorumq̃ tugurioꝝ (que vix ceſpite ꝯgeſſe
rant) culmina flammis crepitantia deplo
rantibus: tu'merum ⁊ talos ponens/pere-
ant/dixeras: qui craſtina curant. O bone
plangendum pontificem. Sub quo ⁊ per
quē: quod ab omnibus deſideratur poſſe
diſti: ⁊ quod eſt? vtiq̃ pax: aie: vt quid aq̇
la in petra a ſeſe vibrat altiſſimas? vt pace
fruatur. quid ciconiam in culmine/quid
murem tenet in antro? pax: quid piſcem in
aqua/cancrum ſub lapide tenet? pax: quid

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

(quod mirum eſt ) in bella quoſlibet ho/
mines trudit / profecto pax, omnes enim
pro pace bellant, quid igitur erit quod pa/
cem non deſideret/cum ⁊ a ſuo repugnan/
te/totis requirat niſibus? O pax, tu tanq̄
precioſum clenodiū/es/ab angelis nobis
terrigenis optatum. Nato enim domino/
non diuitias/non honores/non volupta/
tes/⁊ quidpiam horum, ſed dulciſonis vo
cibus, Gloriā in excellis deo ⁊ in terra ho
minibus pacem vos angelici ſpiritus decan
taſtis. Hanc tibi per Robertum Argen/
tina. O pax tu tanq̄ nobile munuſculum
duodecim Apoſtolos celi ciuibus ⁊ dome
ſticis dei/vt ſecum in vniuerſū orbem de
ferrent/a chriſto es cōmendatum/in quācū
q̄ domum intraueritis / inquit dicite pri/
mū pax huic domui/pacem tibi relinquit
⁊ portauit, ⁊ tu Alberte hanc ſerua ⁊ foue.
O pax/precioſa margarita/⁊ vltimū no/
ſtri ſaluatoris valete ſuis amicis ⁊ chariſ
ſimis hinc abſcedens / in nouiſſima cena
loco teſtamenti reliquit pacem/ inquiens.
Reliquo vobis. pacem meam do vobis.
Hanc ⁊ tu Roberte nobis poſt te reliqui/
ſti/⁊ tu Argentinenſis plebs / perhibe te/
ſtimonium ſi non Robertus apoſtolica ſe
ctatus veſtigia/hāc intrās dioceſim pax
dixerit huic domui. Det pro mercede tibi
o Roberte ſe deus eternā pacem. Sed hec
cum recenſeo quaſi video mihi Robertum
aſtare/⁊ infrunito animo toruoq̄ viſu di/
centē, quorſū hec tua tēdit oratio? Auos
⁊ proauos noſtros cōmemoras, ſanguinēq̄
⁊ eius nobilitatem /pacem quoq̄ hanc ip
ſis in celum vſq̄ offerre videris/ ⁊ ob hoc
quia mortuus ſum lugubriter deplagendus
exiſtimo quia inſanis. Parcius venerabi/
lis Roberte: cur me inſanire putas? Non
ne fruſtra tanta regum ⁊ principum pom
pa? nihil ſeculi gloria/diuitie ⁊ voluptas?
nihil ipſa pax/nihil hoc omne eſt quod tā
ti eſtimatur/⁊ colitur/Viuit dominus ni
hil eſt omne quod recenſuiſti. Pape quid
ais Roberte? quaſi quod dico ignores/vtiq̄
procul quod moliris odoro/ neq̄ horum
ſum ignarus/ſed malui vt tu potius edi/
ceres q̄ ego: in tuto enim es/neminē times
in patula veritate/ non falleris /in pontifi
cali dignitate/te decet: quo circa queſo ni/
hil mihi indigneris; ſed dic quod vides/
tibi indignaris deſinere, vix potero, te ſal/
tem: ⁊ cur? q̄ ea ſatirico dente vbiuis gen/
tium amplo anhelatu mordes/laceras / ⁊
floccipendis/ ⁊ conſulte: cum vaniſſima in
rei ſint veritate/ q̄ ea inquam in medium
coram talium ſpectatoribus/adducis, p plā
du/hoc eſt quod ſuccenſeo ignoſce Rober
te/⁊ veniā da inexperientie etati nondum
vſq̄q̄ mature/iuste indignari, ſed vnam
hanc noxam mitte, ſi aliam admiſero vnq̄
occidito, ignoſco, ſed poſt hoc caue/ ne q̄n
carnis nobilitatem magnificas. nunquid
non pater omnium noſtrum vnus nunq̄d
non deus vnus creauit nos? Quare ergo
deſpicit fratrem ſuum vnuſquiſq̄? Audio
ex ſcriptura loqueris/quia per Malachi/
am quod affers dictum eſt/ſic procul dubio
decet pontificem quod loquitur ſcripturā
firmare qui cum electus eſt/ad queſtionē
ſi vtrumq̄ ſciat teſtamentum/ reſpondet
ſcio/Videāt ipſi qua conſciencia/ ⁊ ſi ex ſen
tentia ſcio dicāt. Vis igitur q̄ ſi vnus no/
bilis, omnes erimus nobiles ex eodem enī
patre ⁊ matre nati/eque nobiles cenſentur/
vnus autē Adam omniū parens/nō quo
rundā aureus ſed omniū luteus. Contēp
tibilis ideo carnis nobilitas? vtiq̄. q̄mo/
do, non contemptibilis/quam deus veri/
tas ipſe ſpreuit? quem legis primum iudeo
rum regem? nonne ſaul? ⁊ hic de poſt aſi/
nas aſſumptus. nōne ⁊ ipſe ſecundus rex
depoſt ferantes oues ſuſcipitur? intelligis vi
dauid virum ſm cor domini. Sic nedum
tempore legis, ſed ⁊ gratie. ignobiles poci/
us q̄ nobiles elegit. Roberte ſcripturam
affer quoniam es epiſcopus. Paulus cum
grecis quibuſdam ſcriberet, ignobilia ⁊ cō
temptibilia mundi elegit deus/ Merito eā
contemptibilem dicis Quod nedum con
temptibilem cenſeo: ſed ⁊ cum ſuo grauiſſi
mo onere: ſūopere formidandam: tanto enī
cenſu hec nobilitas poſſeſſio eſt onerata, vt
ad eum ſoluendum non pingues quales/
cunq̄ prebende. Paſtorie. Epiſcopatuſq̄
⁊ archiepiſcopatus ſufficiat O carnis no
bilitas quot tui cultores / ſeip ſos cum re/
gno celorum diabolo, pro iſto cenſu impi/

gnorant ſoluendo/ O ſeua tibi ſeruientuꝫ
domina/ qꝫ cure premis/ſolicitos facis ꝛ
anxios/pro marceſſibili ꝛ fermeꝛ immo om/
nino nulla gloriola; Sed Roberte te non
gloria vexat inanis/quoniam ꝛ ſi corporis
tui lumina iaceant extincta/mentis tamen
oculi/eius vanitatem lucidentiſſime con/
templant? Sed eſt ne nihil laudabilis in
innobilitate? ſic eā radicitus annullas? ſic
cine ſubmoues dotes / impius ipſe tuas ?
certe aliquid. ſed animi non carnis /virtu/
tis non ſanguinis. Hoc autem eſt / quod
in nobilitate appetendū video/ ꝛ nihil ali/
ud ꝙ nobiles quadam neceſſitate/ne ab an
tiquorum probitate degenerent/aſtringun
tur: pulchre conſonas philoſophis ꝛ theo
logis. Sed reſponde queſo Claros enī ha
bes oculos. Laudat̄ in quibuſdam ꝙ no/
biles ſint geniti. in alijs vero: quod nobi/
litatem virtutibus ſunt cōſecuti quid ho
rum honorabilius cenſes? pulchrum eſt re
ſpondiſſe nobilitati/pulchrius/humilium
genus factis illuſtraſſe. recte iudicium eſt/
ꝛ ſi a ſeculi hominibus alienum. alienuꝫ?
certe alienum: Nam qui ex auis: proauiſqꝫ
deſcenderent nobilibus: ſe ob hoc ( etiam
ſi moribus ſint turpiſſimi ) nobiles arbi/
trantur / eſto arbitrentur ipſi / ꝛ adulato/
res ipſi aſſenciant: non tamē ſunt/loquū/
tur/ quaſi non ex eadem radice ſpina pro/
cedat ꝛ roſa. Interrogent queſo cetcrum
colonos/qui eis dicent/Ecce hic roſam no
bilem/ que gratum ſuum vndiquaqꝫ ſpar/
gere non ceſſat odorem. Ecce autem ꝛ acrē
ſpinam ꝛ omnes ſeſe tangentes: crudeliter
pungens/ ꝛ vnde hec/ ꝛ hec? certe ex eadem
radice. non aliter / hunc virum nobilem ꝛ
moribus non degenerantem paternis ſed
inſtar roſe/in omnes vicinos dulcis ꝛ be
neficus/rectus/ ꝛ iuſtus/alium ignobilem
inſtar ſentis aſpere /ſtatim in ignem infer/
nalem mittende/ex eiſdem patre videbis ꝛ
matre/qualis igitur conſequencia eſt/ſpi/
ne contendentis/equa mihi tecum roſa eſt
nobilitas /quoniam eiuſdem radicis non
alia glorie veritas /malum de priſcorum ſe
nobilitate iactare. Sepe numero vidim⁹
eandem arborem/nedum rubencia ꝛ ſana:
ſed vermoſa putridaqꝫ poma geſtaſſe ꝛ no

biles ignobileſqꝫ ex iiſdem prodiſſe paren
bus. prudenter reſpondiſti/congrua/addu
cendo paradigmata. quemadmodum ꝛ mi
hi decet pontificem. Sed ſi hec de nobili
tate. quid de corporis queſo gloria ac vali/
tudine dicas. nihil fili opus eſt dictu. ſed
tu ipſe veni ꝛ vide eius gloriam/ ꝛ decoreꝫ.
aperite ſarcofagum. detrahite ſudarium.
inſpice formā. pſtſcb cadauer fetidiſſimū/
nares obtruite. horrendis vndiqꝫ ſcatet
vermibus/terga prebentes/oculos auerti/
te: ne buffonem quadrupedem/ſuper faciē
ꝛ os nares ꝛ aures vndiquaqꝫ prominent
lumbrici O ingloria immo ignominioſa
corporis gloria. Nihil miramur. Roberte
nobis conſiderantibus/ quid fueris ante
ortum. quid ab ortu vſqꝫ ad occaſum: pro/
fecto fuit quando non eras poſtea de vili
materia factus. ꝛ in viliſſimo panno inuo
lutus/menſtruali ſanguine in vtero mater
no nutritus. tunica tua fuit pellis ſequun/
dina/ſic indut⁹ ꝛ ornatus veniſti ad nos/
ſperma fetidum / ſaccus ſtercorum / cibus
vermium/conceptus tuus culpa/naſci mi
ſeria/viuere pena / mori anguſtia/quid igi
tur mirum . ſi correſpondeant vltima pri/
mis. Poſt hominem vermis/poſt vermeꝫ
fetor. ꝛ horror/ſic in hominem vertitur om
nis homo O igitur vita noſtra Roberte
quid eſt. Si nobilitatem floccipēdis. car
nem abhorres/potentiam contemnis/ vo/
luptatem derides/ quid noſtram facis vi/
tam? Quid veſtra ſit vita accipe breuib⁹.
Arrigite aures viri fratres. ꝛ patres/audi
te vltima noſtri pontificis verba / Sen/
tentiam eius: quid noſtra ſit vita accipite.
Dic Roberte/auſcultam⁹: Videtur qui/
dem mihi vita hec/dura quedam.

1 Area laborum
2 Paleſtra diſcriminū
3 Scena fallaciarum
4 Labyrintus erroꝝ
5 Circulatoꝝ ludus
6 Deſertum horribile
7 Limoſa palus
8 Siticuloſa regio
9 Vallis hiſpida

10 Mons preruptus
11 Caligantes ſpelunce
12 Habitatio ferarum
13 Terra infelix
14 Campus lapidoſus
15 Vepricoſum nemus
16 Pratum herbidū ple-
numq; ſentibus
17 Flores hortꝰ at ſterilꝫ
18 Fons curarum
19 Fluuius lachrimarū
20 Mare miſeriorum
21 Quies anxia
22 Labor inefficax
23 Conatus irritus
24 Strata freneſis
25 Pondus infauſtum
26 Dulce virus
27 Degener metus
28 Inconſulta ſecuritas
29 Vana ſpes
30 Ficta fabula
31 Falſa leticia
32 Verus dolor
33 Riſus inconditus
34 Fletus inutilis
35 Inane ſuſpirium
36 Confuſus ordo
37 Tumultuoſa cõfuſio
38 Trepidatio turbulẽta
39 Solicitudo perpetua
40 Inſomnis inercia
41 Inops copia
42 Diues inopia
43 Imbecilla potentis
44 Tremule vires
45 Egra ſanitas
46 Iugis morbus
47 Gemina egritudo
48 Plena deformitas
49 Honor inglorius
50 Infames tituli
51 Ridiculus ambitus
52 Ima elacio
53 Excellentia futilis
54 Humilis altitudo
55 Fuſca claritas
56 Ignota nobilitas
57 Pertuſus ſacculus
58 Vas rimoſum
59 Specus inexplebile
60 Cupiditas infinita
61 Damnoſū deſyderiū
62 Lucus ydropicus
63 Sitis inſaciabilis
64 Aridum tantalium
65 Famelica nauſea
66 Ventoſa proſperitas
67 Querula aduerſitas
68 Viror tranſitorius
69 Flos caducus
70 Amenitas labilis
71 Fugarum forma
72 Mentum gaudium
73 Amara dulcedo
74 Voluptas aculeoſa
75 Stulta ſapientia
76 Ceca prouidencia
77 Tetra domus
78 Breue diuerſorium
79 Fedꝰ carcer fugatio
80 Sine gubernacio na
81 Sine baculo ſenectꝰ
82 Sine duce cecitas
83 Iter lubricum
84 Tecte fouee
85 Latens precipitium
86 Silens lima
87 Tenax viſcum
88 Operti laquei
86 Abdita retia
90 Ineſcati hami
91 Sentes aſpere
92 Lappe herentes
93 Tribuli acuti
94 Scopuli rigentes
95 Venti rabidi
96 Fluctus impetuoſi
97 Atri turbines
98 Horriſone tẽpeſtates
99 Procelloſum pelagꝰ
100 Vndoſa litora
101 Anceps portus
102 Exarmata nauis
103 Immane naufragiū
104 Officina ſcelerum
105 Semina libidinum
106 Caminus irarum

107 Puteus odiorum
108 Latibena pluetudinum
109 Syrenū cantus
110 Circera pocula
111 Mundi vincula
112 Rerum vnici
113 Cōſciēcie morſus
114 Pnie ſtimulus
115 Peccatoꝝ incēdia
116 Putre edificium
117 Menium fragile
118 Muri biantes
119 Tecta labentia
120 Prolixa breuitas
121 Late anguſtie
122 Calles inexplicabiles
123 Paſſus impliciti
124 Circularis mot⁹
125 Satio inſtabilis
126 Rota volubilis
127 Vanus curſus
128 Scabra lenitas
126 Scrupuloſa ſuauitas
130 Blāda crudelitas
131 Doloſe blandicie
132 Fallax amicicia
133 Cōcors diſcordia
134 Ferdifrage īducie
135 Bellum inexorabile
137 Pax inuida
138 Simulata virt⁹
139 Excuſata neqcia
140 Laudata fraus
141 Honoratū dedec⁹
142 Irriſa ſimplicitas
143 Contempta fides
144 Fuge ſerie
145 Ingenioſa cleme(n)tia
146 Loqx torpor
147 Velata ignorātia
148 Opinio ſcientie tumida
149 Sciētia vero nlla
150 Querularum ſuſpiria
151 Cōtētionū ſtrepit⁹
152 Vulgi fragor
153 Obliuioſa pegrinatio
154 Patrie odium
155 Timor exilij
156 Lēmurum ciuitas loricarum
157 Regnū demonū
158 Luciferi principatus ſic eñ illū principē mōdi bui⁹ ꝟitas vocat
159 Vita demū mendarum ꝛ examinis
160 Spirans mors
162 Segnis curioſitas
163 Sui ipſius inutilis cura
164 Apparēdi ſtudiū
165 Superuacui appetitus
166 Operatus vermium appetitus
167 Viuenciū infern⁹
168 Viuorum corpoꝝ dites exequie
169 Longum funus
70 Pōpoſa vanitas
171 Laborioſa milicia
172 Pericloſa tētatio
173 Supba miſeria
174 Mirāda felicitas

¶ En Joannes q̄lis mihi hec videt̄ / q̄ tā multis exoptatiſſima ac gratiſſima vita eſt. Nempe ꝛ ſi centū ꝛ ſeptuagita quatuor vite huius recenſuerim epithora / nodū tñ ꝑceptuz omnē mee mētis expreſſi / peior eſt eñ multoq̄ꝫ miſerior q̄ꝫ a me ſeu q̄cuq̄ꝫ hominū dici poſſit / loq̄ris qd̄ crebri⁹. prob dolor / q̄ ſue ↄſiderationis oculos / in ſeſe reflectos duriter experiunt̄. O quā beatus igit̄ es / ꝛ hac parte nō lugendus / q2 de his erept⁹ es malis omnib9. Sꝫ nihil ne optime Roberte boni in ſe habꝫ hec vita mortalis miſera? Equideꝫ vnū tot in malis habet bonum. ꝛ qd̄ illud eſt? hoc ſcꝫ ꝙ ad bonam ꝛ eternā vitā / niſi dexter trames deferat via eſt. Et q̄s queſo eſt hic dexter trames? time deū ꝛ mādata eius obſerua. hoc eſt oīs

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

homo. Verū dicis ſic eñi cuidam de eodē
ſollicitanti Chriſtus reſpō dit, hoc fac ꝛ vi-
ues. Sed hic aſſunt p̄lati magni: Abba-
tes ꝛ Epi / particularem tue paternitatis
directiōem expectantes, bene, habent pri-
ſcoꝝ patrum inſtituta / a quoꝝ veſtigijs / ſi
nō declinauerint ſalui erūt. Sed q̄d dicis
Joannes? Eſt ne Epiſcopus? eſt vtiq̧ in
tuū locū electus, ꝛ q̄s amabo? ipſe eſt Alber
tus vir tui ſanguinis. Vis ne vt quidpiā
ex te ſibi demandem? vellem niſi iam tar-
dior eſſet hora: et tu ipſe breuem orationem
ſpopondiſſes / verum poſtquam ad eum di
uerteris fortuitu. illud apoſtolicum auri-
bus eius crebrius inculca / oportet epiſco-
pum ſine crimine eſſe ſicut dei diſpenſatorē
non ſuperbum non iracundum / non vino-
lentum / non percuſſorem non turpis lucri
cupidum quid, hoc eſt turpis lucri cupi-
dum? nunquid ne autumas ipſum de no-
nariarum queſtu victurum? abſit ſed non
hoc dumtaxat turpe lucrum / ſi et vendere
beneficia in benedictionibus / ꝛ ordinibus
conferendis paciſci / et ſi qua ſunt ſimilia
eris deniq̧ intuitu vicia et concubinatus
in ſue anime grande periculum tolerare / et
qualem igitur eum vis eſſe? Talem qua-
lem conſequenter iubet apoſtolus hoſpita
lem benignum: ſobrium: iuſtum: ſanctum:
continentem: amplectentem eum qui ſ̄m
doctrinam eſt fidelem ſermonem vt potens
ſit exhortari in doctrina ſana, et eos qui cō
tradicunt arguere. Hec ſibi refer, vis ne? et
quid ni ſed ecca ipſa ſua pontificanda pre-
ſto eſt dignitas / apud aures eius omne q̄ᵭ
dixeras increpuit quare nihil opus erit re-
latu: ſed eſt ne aliud quod vis? non, ſed va
le Joannes, ꝛ tu quoq̧ optime Roberte:
voſq̧ omnes (q̄m dixi) valete Robertus
mortuus eſt.

## Oratio funebris habita

in eccleſia Argentinenſi / preſente epiſcopo
Alberto in exequijs, fratris ſui germani: du
cis Joannis de Bauaria Prepoſiti eiuſdē
eccleſie / mortui Jeroſolimis / doctiſſimi et
eloquentiſſimi principis.

## Vox ſanguinis fratris

tui clamat ad me de terra Geñ. iiij.

Queritis fortaſſis a me viri veneran-
di p̄res / ꝛ fra-
tres in domi-
no Chriſto Je
ſu cariſſimi:
Quis iſte fra
ter / ꝛ cuiꝰ / q̄s
ſanguis ꝛ vox
qud deniq̧ quod clamat / ꝛ de qua terra?
Exijt ſermo inter fratres quod Johannes
frater noſter mortuus ſit in terra ſancta / at
mortuus non eſt. Sed Joannes amicus
noſter dormit. In nouiſſimo enim die / de
terra ſurrecturus eſt / quando celi mouendi
ſunt et terra. Sed et in pace factus eſt lo-
cus eius / ꝛ habitatio eius in Syon / quip
pe quod ibi ſepultus eſſe dicatur / apud eū
locum vbi pax noſtra Jeſus chriſtꝰ in me-
dio terre ſalutem noſtram operatus eſt, ha
bes terram / habes et fratrem / Frater noſter
qui dum adhuc in terris nobiſcum conuer
ſaretur / conclamabat Pater noſter / qui es
in celis obſeruans illud patris noſtri inſti-
tutum / omnes vos fratres eſtis / ꝛ patrem
nolite vocare vobis ſuper terram vnus eſt
enim pater noſter qui in celis eſt. Specia
liter autem frater noſter / quia de gremio no
ſtre eccleſie / quem conſtituit dominus ſup
familiā ſuā / ꝛ p̄poſitū fecit egipti / vt manꝰ
eius ſeruirent in cophinū / ꝛ eſſet fidelis ſer-
uus ꝛ prudens / vt daret illis cibū in tpe.
Nō ſe aut ſua querēs / ſed q̄ Jeſu chriſti: q̄
noſtrum / que pauperum. Hoc ſiquidem of
ficium eſt Jconomi canonicorum id eſt pre-
poſiti. 89. d. c. diaconum in glo. vt ſic a do-
mino tandem audire meretur. Euge ſerue
bone ꝛ fidelis quia ſuper pauca fuiſti fidelꝭ /
ſup multa te conſtituam / intra in gaudium
domini tui / vt tibi remeciatur / ſecundū mē
ſuram qua menſus es / ꝛ in ſinū tuum de-
tur menſura bona / conſerta / coagitata / ꝛ ſu
perefluens. Sicq̧ gaudium nō in terris tu



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in dñi tui gaudium feliciter intres Tuus autem ſingulariter frater O pater noſter/ non qui in celis es/ ſed q̇ in terris Epiſcopus factus es/ animarum noſtrarum ſuperintendens ⁊ cuſtos / vnus ex fratribus / alijs fidelis fratribus tuis prelatus/ vt curator ⁊ tutor: ductor ⁊ doctor potẽs in opere ⁊ ſermone. Tuus inquam frater ſingulariter, qui noſtrum ſpecialiter: omnium generaliter/ quippe ꝙ idem vos vterus / in terram profudit. inſcitas ⁊ regias proles. quo tu dicere poteras: ⁊ non nos illud iude patriarche: de Joſeph/ frater enim ⁊ caro noſtra eſt. Sed ne putes ꝙ ideo minus frater noſter ſit/ quia non caro de carne noſtra / Audi / Dignior ⁊ verior agnatio eorum eſt/ qui nõ ex ſanguinibus: neq3 ex voluntate carnis: neq3 ex voluntate viri / ſed ex deo nati ſunt. qui voluntarie nos genuit/ verbo veritatis/ vt ſcimus inicium aliquod creature eius. Quod natũ eſt ex carne caro eſt/ ⁊ quod natum eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt/ Omnis autem caro fenum eſt/ ⁊ omnis gloria eius quaſi flos agri/ exiccatũ fenum/ ⁊ cecidit flos: verbum autem domini ſtabit ineternum. Et q̄ comparatio dei genitoris ad hominem? ſpiritus ad carnẽ. celi ad mũdum? itaq3 ⁊ vere frater noſter eſt: Vox ſanguinis huius fratris noſtri clamat ad nos de terra/ ſed de qua terra? miſerie ⁊ tenebrarum/ vbi vmbra mortis / ⁊ nullus ordo: ſed ſempiternus horror inhabitat. Ve ve habitantibus in terra hac/ quã eos inhabitaturos dixit beatus Bernhardus qui habitu milites. queſtu clericos/ actu neutrum exhibent. Nam neq3 pugnãt vt milites/ neq3 vt clerici euangelizant. Cuius ordinis ſunt? cum vtriuſq3 eſſe capiũt vtrunq3 deſerũt. vtrunq3 ꝯfundũt. Vnuſquiſq3 autem in ſuo ordine reſurget: ille in quo? an qui ſine ordine peccauerunt/ ſine ordine peribunt/ aut ſi ſumme ſapiens deus veraciter creditur/ a ſummo vſq3 deorſum: nihil inordinatum relinquere. Vereor nõ alibi ordinandis q̄3 vbi nullus ordo / ſed ſempiternus horror inhabitat / hactenus Bernh: Porro nunquid a longe per horrendum illud chaos/ quod firmatum eſt inter celeſtes ⁊ infernales/ illos ſpiritus: q̇d rancidulum inſonuit cum diuite ſepulto in inferno / miſerere mei / q3 crucior in hac flamma. Tribularem ſi neſcirem miſericordias tuas domine/ Tu dixiſti: nolo mortem peccatoris ſed magis vt conuertatur ⁊ viuat/ qui chananeã ⁊ publicanũ vocaſti ad penitentiam/ ⁊ Petrum lachrimantem ſuſcepiſti miſericors domine/ Cuius miſeraciones ſunt ſup omnia opera tua/ Sperans ſpero quia Joannem fratrem noſtrũ oculis miſericordie tue aſpexeris/ quem nõ fortuitu ( quippe quod duo paſſeres aſſe veniunt ⁊ vnus ex his non cadit ſuper terram ſine te ) cadere feciſti in terra ſancta/ in terra vbi miſerator ⁊ miſericors dominus/ ſm magnam miſericordiam tuam ⁊ ſm multitudinem miſeracionum tuarum per ſanguinis effuſionem precioſi: deleſti iniquitatem noſtram/ In terra ſancta / in ſyon/ in Jeruſalem/ eam que ſurſum eſt Jeruſalem. Apoſtolo teſte figurante. Pendet latro ad domini latus ⁊ nõ perit ſed ad paradiſum ſuſcipitur. Et Joannes ꝓpter dominium ad dominũ ⁊ in terra dominica cadit. ⁊ non ſaluabitur. ⁊ celeſtia non capiet? Seorſum hec impia cogitatio. Quin pocius crediderim/ ⁊ in domino confidam vocẽ ſanguinis fratris noſtri clamare ad nos de terra/ non illa que mutata eſt ſalſuginem/ a malicia habitantium in ea/ Sed illa de qua electus regiuſq3 ꝓpheta clamauit ad dominum dicens. Tu es ſpes mea: porcio mea in terra viuentium ſed illa: de qua impij proijciuntur tanquam puluis a facie venti / Sed illa de q̄ chriſtus ait: Beati mites/ quoniam ipſi terram poſſidebunt. Saltem in via ad eam eſt/ ⁊ habitat in vrbe Chaldeorum vbi Abraham cui terra lacte ⁊ melle fluens promittebatur/ vt in terra Hus / vbi Job vir ſimplex ⁊ rectus pacienter aduerſa ſuſtulit/ vnde ei dominus addidit / quecunq3 fuerant duplicia. Vr ⁊ Hus/ Vnum locum purgatorij ſcꝫ ſignifico vr ignis ſeu incendium/ aut feneſtra/ Hus autem feſtinans interpretatur/ ⁊ in purgatorio ignis ⁊ incendium/ illic ⁊ feneſtra/ ⁊ feſtinancia/ de qua eueſtigio anime purgate euolant in celum. Cum Abraham de Vr Chaldeorum ad terrã promiſ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſionis et cum Job de his tribulationibus ad requiem ſempiternam. Hec mihi meditanti/aſſuit ſtudioſitas ſpeculatrix/ habitans in ſyon quod interpretatur ſpecular/ importunitate quadam/grandem queſtionum ſpeculatiuariam ſyluam apponens ſuper ſtatu noſtri Joānis/⁊ terre Ur ⁊ Hus varia ſuper varijs queritans ⁊ reſponſionem eorum expoſcens.

1 Dic inquit/ſi Ur chaldeorum id eſt purgatorium/ſit poſt hanc vitam? Eſſe reſpondi/quia ſancta et ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare. Non autem pro his: qui ſunt in paradiſo quia non egent orationibus noſtris, ſed nos ſuis. Neqꝫ pro his/qui ſūt in inferno/qꝛ ī inferno nulla eſt redemptio. Ergo alijs: qui ſunt ī purgatorio hoc eccleſia vniuerſalis tenet. Cuius autoritati quicunqꝫ reſiſtit hereſim incurrit.

2 Dic vbi ſit purgatorij locus/reſpondi de purgatorij loco non inuenitur aliquid expreſſe determinatum in ſcriptura/nec rationes poſſunt ad hoc efficaces induci.

3 Dic vbi probabiliter? Reſpondi/ꝙ probabiliter ⁊ ſm ꝙ conſonat magis ſanctorū dictis/⁊ reuelationi facte multis/locꝰ purgatorij ſm communem legem, eſt locus inferior/inferno coniunctus/ꝗbus damnati ſm quod ſunt inferiores merito/et loco inferiores ordinandi ſint.

4 Dic cur non puniuntur ſupra nos. ſm legem communem cū ſint medij: inter nos ⁊ deum quantum ad ſtatum. Reſpondi qa non puniuntur pro eo ꝙ ſupra nos ſunt ſed pro eo ꝙ eſt infimū in eis ſcꝫ peccatum.

5 Dic an ne ſit locus purgatorij quorundam ſpecialis/reſpondi ſic eſſe. Dicit enim Hugo. de. s. victore/ꝙ probabile ſit ꝙ in his locis puniuntur/in quibus commiſerunt culpam/⁊ Grego. in dialogo narrat ꝙ Germanus epiſcopus Capuanus/paſchaſium qui in balneis purgabatur inuenit.

6 Dic cur ſic in diuerſis locis aliqui puniti leguntur reſpondi/vel ad viuorum inſtructionem. vel ad mortuorum ſubuentionē/ vt viuentibus eorum pena innoteſcens/per ſuffragia eccleſie mitigaretur.

7 Dic an idem ſit ignis/qui dānatos cruciat in inferno/⁊ qui iuſtos purgat in purgatorio: Reſpondi cum Gregorio ſic eſſe: quia ſub eodem igne aurum rutilat/⁊ palea fumat ita ſub eodem igne/peccator crematur/⁊ electus purgatur.

8 Dic ſi idem eſt cur igitur pena inferni/ignis ſcilicet. dicitur eternus: purgatorij autem temporalis? Reſpondi ignis purgatorius eſt eternus quantum ad ſubſtantiam: ſed temporalis. quantum ad effectum purgationis.

9 Dic ſi idem eſt/cur igitur pena inferni/ nominatur pluribus nominibꝰ vt in pſal. Ignis: ſulphur ſpiritus procellarum ⁊c. ſꝫ pena purgatorij non niſi vno nomine nominatur. Reſpondi ꝙ pena inferni eſt ad affligendum/⁊ ideo nominatur omnibus illis/ que nos hic affligere conſueuerunt. ſed pena purgatorij/eſt principaliter ad purgandum reliquias peccati/⁊ ideo ſola pena ignis purgatorio attribuitur/quia ignis habet purgare et cōſumere/recte igitur/ p Ur ꝙ interpretatur ignis ſignificatur.

10 Dic quomodo anima ab igne corporali pati poſſit/cum in materia non communicent? Reſpondi quod hoc a natura non habet/ ſed ſm quod eſt inſtrumentum diuine iuſtitie vindicantis. ſimile de penna et ſcriptore.

11 Dic ſi ne ſit et alia pena in Ur chaldeorū ꝙ̄ ignis? Reſpōdi duplicē eſſe/vnam dāni: inquantum ſcilicet retardantur a diuina viſione/aliam ſenſus ſm ꝙ ab igne corporalr̄ puniuntur.

12 Dic ſi hec pena excedat omnem penam temporalem/huius vite? Reſpondi cū Auguſtino/ꝙ ille ignis purgatorij durior erit ꝙ̄ quicquid in hoc ſeculo penarum/aut ſentire aut videre aut cogitare quis poteſt.

13 Dic quomodo pena damni minima excedit maximam penam huius vite? reſpondi quia quanto aliquid magis deſideratur tanto eius abſentia/eſt moleſtior/⁊ quia affectus quo deſideratur ſummū bonum/ poſt hanc vitam in animabus ſanctis eſt intenſiſſimus: quia non retardatur affectꝰ mole corporis/et etiam/quia terminus fruendi ſummo bono iam adueniſſet/niſi aliquid impediret/ideo de tardatiōe maxime dolent.

14 Dic quemadmodum pena ſenſus excedat omnem penam huius vite? Reſpondi quia tanto aliquis magis dolet de aliquo leſiuo quanto eſt magis ſenſitiuum. Talis autem eſt anima/ quia totus ſenſus corporis eſt ab anima. Ideo ſi in ipſam aliquod leſiuum agat de neceſſitate/ oportet ꝙ maxime affligatur.

15 Dic ſi penam voluntarie ſuſtineat Iob noſter in terram Hus? Reſpondi pacienter et voluntarie. habet enim cor rectum/ hec autem eſt cordis rectitudo/ vt quis voluntatem ſuam: voluntati diuine conformet. Scit deniqꝫ ſe non poſſe aliter ad gloriam peruenire.

16 Dic quis ignem ſuccendit in Vr Chaldeorum/ et punit animas illic habitantes/ nunquid demones? Reſpondi ꝙ non/ iniuſtum enim eſſet/ vt qui de demonibus triumphauerit ſine peccato mortali decedente eis ſubiicerentur.

17 Dic an ne angeli? Reſpondi non/ quia ciues ſuos non tam vehementer affligeret.

18 Dic igitur quis? Reſpondi: chaldei: pater filius/ ꝛ ſpiritus ſanctus. Sola chaldea id eſt iuſtitia diuina electi poſt hanc vitam purgantur. ſicut ꝛ poſt diem iudicii. diuina iuſtitia ſuccendet ignem/ quo damnati in perpetuum punientur.

19 Dic cur patrem: ꝛ filium ꝛ ſpirituꝫ/ vocas chaldeos/ ꝛ iuſtitiam diuinam chaldeam. Reſpondi quia chaldei interpretantur quaſi fere vel quaſi demones: ꝛ chaldea q̄ſi fera/ vel quaſi demon. Iuſtitia itaqꝫ/ diuina cum in purgatorio acerrime non tamen eternaliter puniat/ ſicut in inferno fera non dici debet/ ſed quaſi fera non demō/ ſed quaſi demon/ fera eſt in inferno/ vbi nulla eſt redemptio/ et in furore peccatores arguit/ quaſi fera in purgatorio/ quem in ira corripit/ hic autem dum in carne viuimus miſericordia curiam tenet/ vbi clamādum eſt miſerere mei quoniaꝫ infirmꝰ ſum.

20 Dic quis ducis noſtri dux fuit ad Vr chaldeorum/ et qui eius comites? Reſpondi poſſibile eſt/ ꝙ angeli boni animas ad loca penarum deducant/ ꝛ etiam ipſi demones/ qui de penis hominū letantur/ eas comitantur ꝛ aſſiſtunt purgandas: Tuꝫ vt de eorum penis ſacientur tum vt in eorum exitu a corpore aliquid ſuum ibi reperiant.

21 Dic an Ioannes noſter in purgatorio nobis pro eo orantibus nobiſcum oret pater noſter dimitte nobis debita noſtra ꝛ libera nos a malo? Reſpondi/ ſi in ſyon habitatio eius/ non pro ſe ſed pro nobis orat/ at ſi in Vr chaldeorum/ cū pro nobis non orare ſed pro ſe tm̄.

22 Dic an ſciat ſe eſſe liberandum? Reſpondi ꝙ ſcit/ quomodo enim alias vox ſanguinis fratris noſtri ad nos clamaret de terra petens ſuffragia.

23 Dic an ſciat nos modo ad ſubueniendum ſibi congregatos? Reſpondi/ ſi in ſyon habitatio eius tūc videt in verbo/ ſi in Vr/ pie credo/ ꝙ ſanctꝰ angelus/ aut alius hinc diſcendens ſignificat/ Saltem euectum ſentiet in penarum minoratione.

24 Dic ſi liceat optare eſſe in Vr chaldeorum reſpondi/ referunt Auguſtinū dixiſſe/ neſcit quid petit: q̄ purgatorium petit. Sꝫ beatum Bernhardū optaſſe manere in Vr chaldeorum vſqꝫ ad finem mundi: vt poſtea ſaluus fieret/ id ſi ita eſt quid nobis nō optandum.

25 Dic nunquid Ioannes noſter Vr illud Chaldeorum/ aliq̄ pacto effugere potuiſſꝫ Reſpondi potuiſſe. Nam vt cetera obmittam/ ſi id deum oraſſet quamuis in extremo vite articulo conſtitutus. Conſonum ē fidei vt ſecundum deductionem Antiſiodorenſis/ credamus eū libere ad celos euolare potuiſſe. Oratio/ ſiquidem pro ſe pia ꝛ perſeuerans non exaudiri non poteſt.

Queſtiones huiuſmodi ſupra numerum multiplicabat ꝛ vt ſoluerē ſtudioſitas ſpeculatrix ſuggerebat in meditatiōe mea. Cui ego/ Noli precor mihi moleſta eſſe locum ꝛ tempus aliud expecta. Non eſt iſta diſputationis ſpeculatiue actus/ ſꝫ exorationis affectiue. Tu interim ſecedas alioꝛſum nō audis qꝛ vox frīs nrī clamat ad nos de terra/ euocat ꝑ ſubſidio. Cū q̄dā in foueā cecidiſſet: alterqꝫ ſuperueniens/ ab eo quēadmodū id fcm̄ fuiſſet/ multis ambagibus percontari niteretur/ ꝛ foueam curioſe q̄ꝫ lata et profunda eſſet luſtraret. Reſpondit

noli rogo querere / quomodo huc incide⸗
rim: ſed vt me quantocius extrahas ſatage
Vereor ne frater noſter eiſdem verbis ad
nos de lacu leonis exclamet rimari nolite
purgatorij terre / Vr et Hus diſpoſitionē /
quin pocius / vt inde veſtris orationibus
eripior efficite. Te igitur o ſpeculatrix ſtu⸗
dioſitas poſt habita voci ſanguinis fra⸗
tris noſtri clamantis ad me de terra auſcul
tabo / ⁊ vt de lacu miſerie extrahatur cona⸗
bor. Auſcultate et vos fratres mei mecum:
Clamat enim ad nos de terra vox fratris
noſtri ad ſingularem: ad ſpeciales ⁊ ad ge⸗
nerales. Ad te in primis germanum ſuū /
modis omnibus fratrem. fratrem ſingula⸗
rem / quia carnalē. Clamat vox ſanguinis
fratris tui: vox ſanguinis carnalis / ⁊ crimi
nalis. Carnalis clamat / nedum tibi / ſed et
omnibus nobis / vt eum ſpernas: ⁊ flocci⸗
pendas. Clamat de terra / quia de terra eſt /
et in terram reuertitur. Memento homo ꝙ
cinis es / ⁊ in cinerem reuerteris. Homo na
tus de muliere breui viuens tempore: reple
tur multis miſerijs: qui quaſi flos egre⸗
ditur et conteritur / Putredini dixi. Frater
meus es et ſoror mea vermibus. ait vir in
terra / Hus purgatorij. vox ſanguinis fra⸗
tris tui clamat / Caro et ſanguis regnum
dei non poſſidebunt: que enim ſeminaue⸗
rit homo hec ⁊ metet: quoniā qui ſeminat ī
carne ſua de carne et metet corruptionem /
qui autem ſeminat in ſpiritu / de ſpiritu me
tet vitam eternam. Clamat / carnis curam
ne feceritis in deſiderijs: debitores ſumus
non carni: vt ſecundum carnem viuamus.
Si ſecundum carnem vixeritis moriemi⸗
ni. ſi autem ſpiritu facta carnis mortifica⸗
ueritis viuetis. Et quid eſt viuere ſm car⸗
nem? Reſpondet Auguſtinus. Ille ſecun⸗
dum carnem viuit / qui ſecundum ſeipſum
viuit: id eſt pergit quo vult / et quicquid
vult et vbi vult / manducat et bibit quan⸗
do vult / et quantum vult: ridet et iocatur
turpiter inter quos vult: et quando vult /
poſtremo / quicquid naribus ſuaue querit /
quicquid tactu blandum quicquid oculis
delectabile / quicquid corpori ſuo iocundū
exercet / aſſequitur qualiter vult / et quando
vult / ⁊ ſic non ſm deum. ſed carnaliter vi⸗
uit / et delectatur / et omnia deſyderia car⸗
nis ſue perficit ſicut vult et quando vult
quia licita et illicita carnaliter vult / dele⸗
ctatur in veſtimentis pulcerrimis / et equi⸗
tious et armis / ſicut vult et quando vult
Hec ille. Et vt redeamus / ad illud quod
ingreſſi ſumus. Clamat ſanguis fratris
tui: clamat: ne ſinas ancillam dominari
⁊ dominam ancillari / ſufficit / ſatis eſt / qḋ
reliquum eſt temporis ſaluti anime nō car
ni et ſanguini deputandum. Nedum au⸗
tem ſanguis ille carnalis: ſed ⁊ criminalis
non tacet / ſed clamat / ſanguis hic in mani⸗
bus eius / nemo ſiquidem ſine peccato vi⸗
uit / et ſi dixerimus quia peccatum non ha
bemus / ipſi nos ſeducimus ⁊ veritas ī no⸗
bis non eſt / ait Joānes diſcipulus ille quē
diligebat Jeſus / de quo exijt ſmo inter fra
tres. quia diſcipulus ille non moritur. Et
quid clamat uox huius ſanguinis? hoc ꝙ
vir ſanguinum clamauit ad dominum / li⸗
bera me de ſanguinibus deus deus ſalutis
mee. Oportune itaqꝫ / ⁊ vltra ꝙꝫ ſatis eſt
prudēter. ſi ſanguis ꝓpter caſum vel leſionē
ad cor cōcurrit / ſi fiat minutio / ſequetur ſa
nitas: ꝙ ſi diminutio differatur / nigreſcit
corrūpitur qꝫ ⁊ apoſtema gnatur. Ceciderat
Dauid caſu graui in adulterium ⁊ homi⸗
cidium / vir ſanguinum factus ⁊ cito venā
cordis percuſſit. per cōfeſſionē peccati ſan
guinem extrahens / dicens ad Nathan / pec
caui domino. vnde ⁊ ſanitas ex templo cō
ſecuta eſt. ait enim Nathan / dominꝰ quo
qꝫ tranſtulit peccatum tuum. peccatorꝫ ita
qꝫ ſanguis ille ſenſibilis nō ſtupidus Da
uid circa cor ſuum ſenſerat cū ad deum cla
maret / Libera me de ſanguinibꝫ deus de⸗
us ſalutis mee. Hac voce clamat ad te ſan
guis fratris tui de terra / libera me de ſang
uinibus frater frater mi: miſeremini mei.
miſeremini mei ſaltē vos amici mei / quia
manus domini tetigit me / miſeremini / mi⸗
ſeremini / ſanguinis ⁊ ſanguinis. moueat
vos caro ⁊ ſanguis in quo ꝯmunicamus /
moueat te ſanguis criminalis pctorꝫ meorꝫ.
¶ Et quid faciam ais fortaſſe. vt eum qui
de ſanguine meo eſt: de ſanguinibꝫ liberem
neſcis q? Pſalmiſta ait: frater nō redimit:
fateor / ſed quod ſubiungitur lege redimet

homo. homo ille qui eſt filius hominis.
Ad hunc hominem currere ⁊ ſanguinem
eius tertio loco interpellar̄ neceſſe eſt, fac lo
quatur ⁊ clamet / vox ſanguinis alterius
fratris tui de terra, vt ſanguinis tui frater
de ſanguinibus liberetur / frater iſte eſt / q̇
poſtq̄ ſanguinem ſuum fudiſſet ⁊ a mor/
tuis reſurrexiſſz ait magdalene / vade ad fra
tres meos ⁊ dic eis, aſcendo ad huius ſang
uinis aſperſionem: Accede / melius loquen
tem q̄ abel Apoſtolo teſte / Vox huius pre
cioſi ſanguinis fratris noſtri Jeſu Chriſti
qui os ex oſſibus meis ⁊ caro de carne mea
(ait Bernhardus) clamet ad deuz de ter
ra / fac loquatur / loquetur enim melius q̄
vox ſanguinis Abel, melius ꝑfecto. Hic
enimuero vindictam: ille veniā: iſte ſalutē /
damnationem ille clamat, iſte etiam ꝑſecu
toribus vitam ⁊ indulgentiam implorat
domino dicente, pater ignoſce illis: qꝛ neſci
unt quid faciunt, itaq̄ offer tu ipſe / ⁊ offer
ri fac ſanguinem fratris huius: pro fratr̄
tui ſanguinibꝫ: ⁊ dic. Domine non ſecun/
dum peccata noſtra facias nobis non in fa
cies noſtras peccatis ſanguinolentas / ſed
in faciē Chriſti tui: ſanguine ſancto perfu
ſam / reſpice ⁊ libera fratrem meum de ſan/
guinibus deus deus ſalutis mee. Non ig/
noro ⁊ adhuc voces eſſe aliorum ſanguinū /
ad te de terra / quā tu in poſſeſſionem epiſco
pus ſuſcepiſti clamantium / nā enim reple/
ta eſt ſanguine peccatorum / ⁊ vſq̄ adeo vt
ſanguis ſanguinem tangat / id eſt peccatuz
peccato addatur: vt inquit Alanus. Ecce
manus noſtre plene ſunt ſanguine / quid di
xi manus / quin pocius manꝰ ⁊ pedes / os /
oculi / ⁊ aures / ſed ⁊ a planta pedis / vſq̄ ad
verticem / non eſt ſanitas in populo vniuer
ſo / plebe ⁊ clero. Ecce nos qui illuſtrior por
tio gregis immo arietes reputati ſumus /
gregem verbo et exemplo ſeducimus: nos
adulteri: nos fornicarij aleatores bibuli: a/
uari: ſymoniaci. Quid multa nihil vicio/
rum eſt / quod nos ſubterfugiat, ⁊ quod ſu
per omnia eſt, paſſim impune peccatur ⁊ ſi
ne verecundia / immo vtinam non ſicut zo/
doma / peccatum noſtrum predicaremus.
gloriantes in malicia / in ignominiam ſta/
tus clericalis / ⁊ graue laicorum ſcandaluz /

hec vox ſanguinis fratrum tuorum clamat
ad te de terra / vt vindices ſanguinem hūc
vt laues manus tuas in ſanguine peccato/
rum. Clamat apoſtolus / videte ne ſangui/
nem recuſetis / loquentem / gloſ. i. contem/
natis. Sed tranſeo, ſed taceo, quoniam et
loco / perſonis quoq̄ / non tamen tempori
ſatis hec ſatyra congrueret / q̄ ſi me non re/
traherem neq̄ ad orationis finem ꝑpera/
rem / edicerem / quo pacto metuere haberet
is qui ꝑeeſt, ⁊ ad vocem ſanguinū horum
aurem ſuam obdurat / ne audiat / ne in do/
mini furorē in nouiſſimis ſanguis hic de
manibus ſuis iuxta prophete comminatio
nem requiratur / ne deniq̄ de horum nume
ro fiat de quibus Dauid ait viri ſangui/
num ⁊ doloſi / non dimidiabunt dies ſu/
os. Sed de hoc ſatis. ¶ Porro clamat
vox ſanguinis fratris noſtri nedum ad fra
trem ſuum ſingularem / ſed ⁊ vt ſupra dixi/
mus / ad fratres ſpeciales ⁊ generales. Ad
ſpeciales inquam nos / loquor ꝺ hoc cathe
drali eccleſia cuius erat prepoſitus. Admo
net Paulꝰ / vt vocem ſanguinis fratris no
ſtri ad nos clamantis exaudiamus Obedi
te inquit prepoſitis veſtris / ⁊ item memen
tote ait ꝑepoſitorum veſtrorum. Memen/
tote fratres: orationibus veſtris: neq̄ ope/
ram veſtram fruſtra teretis / erit ſiquidem
⁊ ipſe memor noſtri / cum bene ſibi fuerit / ve
tus narrat hyſtoria geneſeos / quemadmo/
dum prepoſito exiſtente in carcere ſomnium
quod viderat Joſeph retulit vt ſibi quid ꝑ
ſagiret iudicaret. Videbam inquit coram
me vitem: in quo erant tres propagines cre
ſcere paulatim in gemmas / ⁊ poſt flores v/
uas matureſcere. Caliceṁq̄ Pharaonis in
manu mea. Tuli ergo vuas / ⁊ expreſſi cali/
cem quem tenebam / ⁊ tradidi poculū Pha
raoni. Reſpondit Joſeph, hec eſt interpre/
tatio ſomnij: tres propagines, tres adhuc di
es ſunt / poſt quos recordabit̄ Pharao mi/
niſterij tui / ⁊ reſtituit te in gradum priſti/
num / dabiſq̄ ei calicem iuxta officium tu/
um / ſicut antea facere conſueueras, tantum
memento mei / cum tibi bene fuerit / ⁊ faci/
es mecum miſericordiam / vt ſuggeras pha
raoni, vt educat me de iſto carcere. Et q̇ de
veritas coniectoris probatur / ⁊ prepoſitus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in locum ſuum reſtituitur/et tamen ſucce-
dentibus proſperis/Prepoſitus eſt ob litꝰ
interpretis ſui. Intelligite fratres que lo-
quor. vitis Chriſtus eſt. Ego ſum vitis ve
ra/et pater meus agricola eſt. Palmites
nos ſumus: Ego ſum vitis ⁊ vos pal-
mites. omnem palmitem in me/non ferētē
fructum tollet eum. Qui manet in me ⁊ ego
in eo: hic fert fructū multū/quia ſine me ni
hil poteſtis facere/ſi quis in me non manſe
rit mittetur foras/ſicut palmes ⁊ areſcet et
colligunt eum/⁊ in ignē mittent. Videt ꝓ
poſitus: frater noſter/in terra vel viuentiuꝫ
vel Ur chaldeorum in carcere/⁊ tres ꝓpa-
gines: in ⁊ ex hac vite prodeuntes fratrum
ſuorum tria genera/fratres/germanos/vna
propago: fratres collegas/alia vtinam non
lippa ꝓpago. fratres in Chriſto ꝓpago tertia
videt quemadmodū paulatim creſcit/in gē
mas ſanctorū recogitationū in deſyderijs.
⁊ orationib⁹. Sancta eīm ⁊ ſalubris eſt co-
gitatio pro defunctis exorare/deinde in flo
res aperiri verborum/in hymnis ⁊ canticꝭ/
laudibus: ⁊ gratiaꝝ actionibus bene ſonā
tis. ecce vuaſqꝫ ſacro ſanctarū miſſaꝝ ma-
tureſcere/⁊ ſanguinem vue meraciſſimū in
calicem pro ſanguinib⁹ ſuis expiandis ex-
primi/quem tenet in manu ſua/id enim qđ
modo nos facimus ſuum eſt. Non autem
Pharaon egipti/ſed regi celi: deo patri ſcili
cet poculum tradit ꝓpiciationis/⁊ reconci-
liationis/quia poſt tres dies contritionis:
confeſſionis. ⁊ ſatiſfactionis recordatur de
us miniſterij ſui. In hoc verum eſt verbū
ſed non in altero: non enim ſuccedentib⁹ ꝓ-
ſperis/prepoſitus frater noſter/quēadmo-
dum ille pincernaruꝫ prepoſitus noſtri ob-
liuiſcetur/quin potius memor erit nr̄i/cum
bene ſibi fuerit ⁊ faciet nobiſcū miſericordi
am vt ſuggerat regi celoruꝫ/quatinus nos
educat de carcere iſto. Uerum itaqꝫ eſt: qđ
dicit ſcriptura ⁊ canit eccleſia/Sancta et
ſalubris eſt cogitatio: ꝓ defunctis exorare vt
a peccatis ſoluantur/Salubris profecto/
qm̄ oratio noſtra/in ſinu noſtro conuertet᷑.
⁊ noſtram rem agimus/cum vocem clamā-
tis ad nos exaudimus. Nedum autem ſa-
lubris nobis/fratribus ſuis ſpiritualib⁹/
ſed et generalibus/omniū enim memor erit/
cum ſibi bene fuerit/qui eius hic memores
ſunt: Itaqꝫ ſalubris/Eſt deniqꝫ ⁊ ſancta/
Sanxit: ita ſanxit ⁊ ſcriptura. Clamat ſcri
ptura/ſi videris aſinum/aut bouem fratr̄
tui cecidiſſe ſubleuabis eum/ preuaricator
legis eſt/⁊ impunis non effugiet/qui vocē
aſini non audit ⁊ aduertit/qualis pena erit
ei: qui vocem fratris clamantis de terra nō
exaudit/grauis vtiqꝫ pena: qm̄ qui obdu-
rat aurem ſuam ad clamorem pauperis/ip
ſe clamabit ⁊ non exaudietur. Haimo iuſto
dei iudicio eterne dānationi ſe ſubijcit: qa
defunctorum immemor quantum ad auxi
lia ſuffragiaqꝫ extitit. O/ ſi legem neſcis/
naturam conſule. Audi conſulentem Job.
Nimiꝝ ait interroga iumenta ⁊ docebūt te/
volatilia celi/⁊ indicabunt tibi/vide quid
ſanxerit natura/vade ⁊ interroga iumenta.
Ecce elephantes ſua naturali pietate/bis q
ceciderunt ſuccurrunt/⁊ homo homini/
frater fratri: non preſtabit ſubſidium: In-
terrogare celi volatilia/auis videns ſociuꝫ
ſuum debilem ab eſtu/⁊ ſolis calore/ad ter
ram proſtratum/opponit ſe radijs ſolarib⁹
vmbram ei gratam efficiens/donec reſum-
ptis viribus/reſurgat/⁊ nos fratrem no-
ſtrum in Ur chaldeorum eſtuantem/ora-
tionum noſtrarū ⁊ ſuffragiorum non refri-
gerabimus vmbra/cum vt Ambroſius ait.
Nihil iam pium/qꝫ nature iuuare conſortē
Quinqꝫ paſſeres veneunt diſpondio/et
ecce vnus ex eis/in laqueum ſi ceciderit/ꝓ
adiutorio clamat/cui paſſerum multitudo
compaciens mutuo ſe conuocant ⁊ vt cap-
tum liberent/pro viribus feſtinant/nos au
tem multis paſſeribus plures ſumus. Paſ
ſerculus in laqueo/Joannes in Ur chalde
orum/ad nos clamat/ego paſſer ſolitarius
in tecto/miſeremini mei miſeremini mei/ſal
tem vos amici mei fratres/quia manus do
mini tetigit me/grauiſſimis eſtibus in Ur
chaldeorum vrgeor omnes igitur accurra-
mus in adiutorium ſibi. non īmemores/qꝛ
fratres fratres/⁊ fratres ſumus. Itaqꝫ fra-
trem carnis carnem ſuam deſpicere nō con
uenit fratrem eccleſiaſticū eccleſiaſtica ſub-
trahere ſuffragia non decet fratrem in Chri
ſto charitatis fraterne obliuiſci om̄ino nō
licet. Sanctum nimirum ⁊ ſalubre eſt/tri-

plici nobis fraternitatis ꝯiunctione deuī
cto/calamitatis afflicto ſuccurrere.
Cõcurramꝰ igitur/animã eius liberãtes
in laqueum orationũ noſtraꝝ roſtris piſ/
cando vt tandem leti/⁊ ex ſententia dicere
poſſimus cum Dauid. anima noſtra/ſi/
cut paſſer erepta eſt de laqueo venantiũ/
laqueus contritꝰ eſt ⁊ nos liberati ſumus
Et cauere: ne poſt hac vnquam cor durũ
dominus nobis improperans dicat in ira
Vox ſãguinis fratris tui clamat ad me de
terra. Dixi

¶. Jacobus Vimpfelingius.

Hunc Joannem clariſſimũ principem.
dum magiſtratum Gymnaſij Friburgeñ.
gereret. audiuimꝰ ego ⁊ Keyſerſpergius ce
teriꝗ multi. ante ⁊ poſt pronunciationẽ/
de more ſtatutoꝝ elegantiſſimas ad ſchola
ſticos proloqui orationes.

## Oratio habita in ſyno-do Argẽtiñ in pſentia Epiſcopi ⁊ Cleri Anno milleſimo/quadringenteſimo octuageſimo ſecundo. feria quinta poſt Dominicam quaſi modo. p Doctorem Joannem geyler de Keyſerſperg.

Gauiſi ſunt
diſcipuli. viſo dño
Erant diſcipuli cõ
gregati ꝓpter metũ
iudeoꝝ. ait diſci/
pulus ille quẽ dili
gebat Jeſus. ⁊ ſte
tit Jeſus paſtor
bonus/qui animã
ſuam dedit ꝓ oui/
bus ſuis in medio eoꝝ/⁊ dixit. Pax vobiſ
Deinde oſtendit eis latus ⁊ manus. gaui
ſi ſunt ergo diſcipuli viſio dño. Et quid ni
gauderent patres ⁊ fratres? quid inquam
ni gauderent/cum ſtaret in medio eoꝝ Je
ſus? ⁊ quomodo ſtelle ille mox vniuerſum
mundum illuminature/ad penitentiam ſo
lis iuſticie. eos pluſtrantis non gauderẽt?
quomodo lilia illa candidiſſima/flori cam
pi Jeſu nazareno florido/ea in pſentiarũ
decoranti non arriderent? quomodo deni/
ꝗ milites illi ammodo contra carnẽ/mũ
dum/⁊ diabolum pugnaturi/non in prin
cipis eorum aſpectu eos roborãtis exulta
rent? Ecce calũna in medio domus ſuſten
tans. Ecce pater inter filios ipos concor/
dans/Ecce mgr̃ inter diſcipulos docens.
Cor in medio palpitat mẽbroꝝ ⁊ amicus
ꝯmunis in medio ſtat amicoꝝ/⁊ quid ni/
omnes facite ſerena ⁊ hilari oculoꝝ radijs
in Jeſũ directis/pfuſis letarent̃ gaudijs?
gauiſi ſunt itaꝗ diſcipuli viſo domino.
Animaduerte nũc o bone Paſtor pater re
uerende huius Argentiñ Cathedre anti/
ſtes vigilantiſſime/Ecce tui diſcipuli ꝯgre
gati ſunt omnes. hi ꝯgregati venerunt tibi
non ob metum iudeoꝝ. ſed obedientia col/
lecti. Non ſunt ſicut oues errantes. ſed cõ
uerſi ſunt/ad te paſtorem/⁊ Epm animaꝝ
ſuarum. Stas ⁊ tu in medio eorũ paſtor
bonus. Primi paſtoris imitans veſtigia
qui in medio diſcipuloꝝ ſtetit. Stas in/
quam in medio paſtor inter paſtores. Ip/
ſos enim ſi interrogaueris/qui ⁊ quales
ſint eis ex ſententia reſpõdere ꝯuenit illud
Bene. cum filijs Jacob. Paſtores ouiũ ſu
mus. Conueniat ⁊ o vtinam euangeliciũ il
lud cuilibet eoꝝ. Ego ſum paſtor bonus/
qualis aĩam ſuam dat ꝓ ouibꝰ ſuis. Pro
illis inquam ouibꝰ/qui ꝓphericum illud ca
nunt deo. Nos aũt populus eius/⁊ oues
paſcue eius. Et crede mihi Gauiſi ſunt hi
tui diſcipuli/viſo te domino noſtro. Epo
in medio eoꝝ. Et cur hoc? Quippe q ſpe/
rãt te eis dicturꝝ. Pax vobis: ⁊ deinde ma
nus ⁊ latus oſtenſurum. latus charitatis
non loculos exactionis. manus precioſis:
non baculum ſuppreſſiõis. Miretur igitur
affluat ⁊ dilatet̃ cor tuũ: cũ videas tu bo/
nus paſtor/coadiutores tuos ꝯſodales/
duces gregis tui/ipſoſꝗ rationales quoſ/
daꝫ paſcue tue/hoc eſt diocesis tue Argeñ.
arietes. Videas inꝗ gauiſos viſo te domi
no/Exultauerũt eñ vt arietes/⁊ ſicut agni
ouium. Et quid ni: miretur in hac die? ⁊ af
fluat: ⁊ dilatet̃/⁊ gaudeat cor tuũ diſcipu/
lis ꝯgregatis? Cum ꝓmiſerit ipſe ſummus
Paſtor noſter dicens. Vbi fuerint duo vl̃
tres congregati in noĩe meo ibi ⁊ in medio
eorum ſum. Grandis ꝓmiſſio viri patres

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et fratres: ⁊ omni conſolatione digniſſima
et pleniſſima. Hec nempe celeberrima con-
gregatio: hec tua conuocacio ſanctiſſima
O bone paſtor: nunquid non in nomine
Jeſu facta eſt? vere vere exiſtimanda eſt
profecto. ſit enim vt tue littere ⁊ ſigillum
pre ſe ferunt ⁊ teſtant̄. ad extirpatiōem vi-
ciorum. ⁊ virtutum plantationem quippe
qui precepiſti: vt conueniant viſuri ⁊ audi-
turi: que p̄ eccleſiaſtica/ reformatiōe agen-
da forent/ ⁊ pertractanda. Et ecce non duo
vel tres: ſed multi in nomine Jeſu congre-
gati ſunt. Ecce igitur dominus noſter Je-
ſus chriſtus in medio noſtrum eſt. Quid
aſpicitis? quid ſtupetis? ita eſt credite: nō
mihi ſed pollicenti: qui mentiri non poteſt
ego inquit in medio eorum ſum: Et quis
ego? quis loquitur? Ipſe eſt chriſtus/ qui
ſtetit in medio diſcipulorum. O felix hec
⁊ deo grata ſocietas/ In cuius medio do-
minus ille eſt: cui angeli ſeruiunt: cui ſol ⁊
luna famulantur: cui millia millium mini-
ſtrant: ⁊ decies millies centena millia aſſi-
ſtunt. Ades autem ⁊ tu pulcherrima: nō di-
cam Pales/ (quam paſtorum deam genti-
litas fabulatur) ſed vera ſummi paſtoris
mater virgo Maria/ virgo ſancta/ virgo
ineternum benedicta/ adeſt plane: Nam
vbi mater: ſi non ibi filius inuenitur. Adi-
mus ergo nunc te cum fiducia: que thronus
es gratie: mater miſericordie. vt gratiam ⁊
miſericordiam conſequamur ⁊ inueniā-
mus: in auxilio oportuno. qḋ vt aſſequa-
mur. p̄ſentemus illud angelicū. Aue Ma-
ria gratia plena dominus tecum. Congra-
tulor tibi o bone paſtor ⁊ gauiſus ſū. con-
gaudeo ⁊ glorior: in domino/ quoniam vi-
deo: vident ⁊ ceteri diſcipuli tui/ oēs hic
preſentes: ſtudium tuum: zelum tuū: quo-
niam ſtas in medio eorum: ⁊ ad imitatio-
nem veri paſtoris: queris per hanc ſanctā
conuocationē dare animam tuam pro oui-
bus tuis: Queris inquam ad imitationē
veri paſtoris reformationem. Eo enim or-
dine: quo ipſe inceperat: tu inchoas: puta
ab eccleſiaſticis. Jeſus nanq̄ gentem iude-
am immo vniuerſum orbem reformaturꝰ:
ſtabat in medio orbis: ⁊ in templum pri-
mo ingrediens. zelo domus dei cōmeſtus
cepit eijcere ementes ⁊ vendētes in templo.
dicens eis. Domus mea: domus oratio-
nis eſt: vos autem fecitis eam ſpeluncam
latronum/ oſtendens ibi in ſpiritualibus
ſcꝫ reformationem inchoari debere. Et tu q̄-
q̄: inſtar boni medici: iam ad infirmā tuam
ciuitatem/ Argentin̄: ſanandam ingreſſus.
Primum ad originem paſſionis intendis:
quam ex oculo claro ſcaturire cernis/ Nā
ſicut de templo om̄e bonū egreditur: ita de
templo omne malum procedit. Si em̄ ſa-
cerdotium integrū fuerit/ tota eccleſia flo-
ret. Si autem corruptum fuerit/ tota fi-
des marcida eſt. Sicut enim cum vides
arborem pallentibꝰ folijs: intelligis quia
vicium habet in radice. Sic cum videris
populum indiſciplinatum: ſine dubio cō-
gnoſce: qḋ ſacerdotiū eius non eſt ſanum.
Docte igitur ⁊ prudenter: o bone paſtor
precepiſti/ vt in vnum congregentur diſci-
puli/ ſacerdotes viſuri/ ⁊ audituri: que p̄
reformatione eccleſiaſtica agenda forent ⁊
pertractanda: vere prudenter. Certus nem-
pe ſum quia non caro/ ⁊ ſanguis: non dia-
bolus non mundus: ſic ſtare in medio di-
ſcipulorū tuorū ſed deus: ſed ſpiritus bo-
nus te docuit. Caro inq̄ ⁊ ſanguis: ſic re-
ſtare non iuſſit: hec enim iubet in cubili-
bus iacere/ ⁊ etiam in pudicicijs ſedere:
in commeſſationibꝰ: ⁊ ebrietatibꝰ ⁊ carnis
curam facere in deſiderijs torpere/ neglige-
re/ ea que dei ſunt/ ⁊ que ventris ſunt ſol-
licita mente tractare/ in medio coccorum ⁊
mulierculārum/ non diſcipulorum conuer-
ſari. Benedicte o tu bone paſtor q̄ iā ſtas
in medio diſcipulorū tuorū. Diabolus
denīq̄ ſcio. q̄ nec ipſe hoc tibi conſuluit:
vt ſic in medio diſcipulorum congregato-
rum ſtares. quippe qui nec cōgregationē
nec medium/ nec ſtare vnq̄ dilexit: non ſta-
re ſed cadere. Ille enim homicida erat ab
inicio. ⁊ in veritate non ſtetit: nō medium
ſed extrema. ait enim. Sedebo in lateribꝰ
aquilonis/ ⁊ aſcendā ſuper altitudine nu-
bium ⁊ ſimilis ero altiſſimo. Non congre-
gationem ſed diſperſionem. Qui non eſt
mecū: ꝯtra me eſt ait Chriſtus: ⁊ qui non
colligit mecum/ diſpergit. Sed ecce o bo-
ne paſtor/ tu ꝯgregaſti diſcipulos tuos/ ⁊



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſtas in medio coꝝ. Ve, ve, his Epiſcopis qui iam fremunt ⁊ irrident apud inferos/ qui diſcipulos ſuos non ꝯgregauerant/ neqꝫ in medio coꝝ vnqꝫ ſteterant vt pontifices/ quin potius inter ſtrepentes militum exercitus: lenones ⁊ ganeões/ nō infulam neqꝫ baculū paſtoralē ſed lanceā ⁊ galeam deferētes: quibꝫ diabulus ſic ſtare ſuaſit: cuius ⁊ mercedem iam eternaliter ardētes receperunt. Ceterum ſic ſtare in medio diſcipulorum tuorum/ nedū nō caro ⁊ ſanguis aut diabolꝰ: ſed neqꝫ mūdus ſuggeſſit. Mundum loquor homies mūdanos. In quibus omne quod eſt: aut eſt concupiſcentia carnis: aut cōcupiſcentia oculorū: aut ſupbia vite. Homines inqꝫ mūdanos Egiptios. i. tenebroſos/ egiptus enim tenebra interpretatur. filios non lucis ſed tenebrarum: ſed huius ſeculi qui prudentiores ſunt filijs lucis in generatione ſua: qui ſapientes ſunt, vt male faciant: bene autē facere non nouerunt. Hi tales egiptij non tibi ſuggeſſerunt: vt diſcipulos tuos paſtoꝝ paſtores ꝯgregares in vnū. Et quare hoc? Quia deteſtantur egiptij omnes paſtores ouiū: vt ait ſcriptura. ⁊ hoc quamobrem? Reſpōdit vnus expoſitorū eo ꝙ animalia que ipſi egiptij. tanqꝫ deos colunt: a paſtoribus percuciuntur. O egiptij homines tenebrarum: homines mundani quid vobis cum paſtoribus ouiū ⁊ cum paſtore, cum omnes ouium paſtores deteſtemini: ⁊ baculos eorū paſtorales odio habetis/ ⁊ laici clericis opido ſunt infeſti. Dico o egiptij cum paſtoribus ouium. Dicite laici: quid vobis cum clericis: que cōuentio lucis ad tenebras. Belial ad chriſtū. Quid vobis cum ſacerdotibꝫ immo cū ſacerdotum principibꝫ: quid vobis cū paſtoribꝫ? vt quid paſtoris menſam circūcingitis ⁊ lateribꝫ eius vos aſſociatis. An neſcitis: quia paſtor eſt: ⁊ ꝙ paſtores ouium animalia: que vos pro dijs ſummo honore colitis percuciunt ⁊ iugulant: immo occidunt Ecce vobis placet caballi ſuperbie: glorie ⁊ ambitiōis, vos auaricie coruos: ⁊ vrſos ⁊ porcos: deniqꝫ ⁊ paſſeres luxurie cum lupis voracitatis ⁊ adulationis canibꝫ vt deos ex totis cordis veſtri niſibꝫ veneramini. Sꝫ hec animalia/ has feras: ⁊ beſtias/ boni ouiū paſtores: ꝑcuciunt iugulant ⁊ occidunt Exemplo primi paſtoris/ qui ait Qui ſe exaltat humiliabit ⁊c. Iacet ⁊ caballus ſuperbie. Beati pauperes ſpiritu: ⁊ nolite ſolliciti eſſe in craſtinū dicētes: quid manducabimus ⁊c. Et vulpes foueas habent/ ⁊ volucres celi nidos: filius aūt hominis non habet vbi caput ſuū reclinet. Iugulatus auaricie coruus. Sūt Eunuchi/ qui ſe caſtrauerūt ꝓpter regnū celoꝝ. luxurie porcus ⁊ paſſer occiſi ſunt. Diſcite a me qꝛ mitis ſum. Et Paulus Nō vos met ipſos defendentes chariſſimi: ſed date locū ire: perfoſſus eſt vrſus ire. Attendite ne corda veſtra crapula grauentur/ interemptus eſt lupus voracitatis. Ve q̄ dicitis: malū: bonū: ⁊ bonū malū. Adulatiōis canis eſt ꝑcuſſus. Ecce paſtores ouiū beſtias quas vos Egiptij colitis ꝑcuciūt. Unde ⁊ vos eos odio habetis. Quid igit᷑ vobiscū paſtoribꝫ im̄o cū paſtore ouiū. Nil dicetis. Nō paſtor ouiū eſt: ſꝫ iuxta ꝓphetā: paſtor ⁊ idolum. Has feras io nō odit nec ꝑcutit: aut occidit: q̄s nō colimus/ ſed nobiſcū colit ⁊ veneratur. Unus qꝫ nr̄m eſt egiptius/ nō paſtor. Scio, qꝛ lingua vr̄a mēdax ⁊ adulās eſt: falſumqꝫ cor vr̄ꝫ vos hec dicere nō ſinit Dicite igit᷑ q̄d vobis ꝯmercij cū paſtore, egiptijs cū paſtore ouiū. O ſtulte. Sic mihi rn̄dere vos video. O fatue q̄ris tu q̄d cū paſtore agamꝰ. Et q̄d q̄ſo ſit quod non agimus immo totum quod nos facimus. Ecce noſtro ſano conſilio/ tēporalia ⁊ ꝯſeruamꝰ ⁊ augemus. mirū ꝙ nō dudum appellati fuiſtis inſtar ceſaris ſemper auguſti. ſꝫ ꝑgite. Cuſtodes deniqꝫ ſumus omnis ſpūalitatis ⁊ defenſores, vt paſtoꝝ fideles canes: circa maceriem/ ⁊ ſepem electe, vinee chriſtiſtane religiōis decubātes tp̄alia. eīm q̄ſi macerie ſit ⁊ ſepes ſpūaliū. Sed ⁊ tertio clericos ipſos: ꝑ hec honorabiles reddimꝰ/ ⁊ honoramꝰ. Quid itaqꝫ queris? q̄d nobis cū paſtoribꝫ ouiū? ⁊ nunq̄d hoc nihil eſt? vtiqꝫ aliq̄d: ⁊ magnū: ſi veꝝ eſſet q̄ꝺ dicitis: ſed mentimini fratres mentimini. Vel ſi ꝟbum hoc mordacius eſt equo: dicā modeſtiꝰ: falſum eſt: ⁊ nō verum fratres q̄ꝺ dicitis. Nō ſi veri

tatem audire delectat: auſcultetis et dicam
quid vobis Egiptijs negocium fuerit cū
ouium paſtore. Aliter profecto res ſe hȝ q̄
dicitis. Dicitis nempe autores ſumus tē
poraliū/ſpiritualia cuſtodimus: ſacerdo⸗
tes honorabiles reddimus. Nō ſic eſt/ſed
eſtis cum paſtore ouiū: ſicientes/ſanguiſu
ge/fere ſingulares/ ſacerdotum ꝯtempto⸗
res: diabolicīq; ſuggeſtores/ ꝛ folles.
Vos eſtis inquam non auctores tempo
ralium: ſed ſicientes ſanguiſuge/ſanguinē
temporalium bonorū/ex venis paſtorū /ꝛ
ouium ſuarum ſugentes: in cruribꝫ ꝛ late⸗
ribꝫ eius pendentes: nō ꝓpter eū ſed veſtra.
Si quando extrahere poſſitis: iam fetum
aliquem pinguē: ſi officiuȝ aut dignitatē:
de quibꝫ ſanguinibꝫ pauperes: vidue: pu
pilli: ꝛ orphani: deberent ſuſtentari. Si de
niq; veſtris filijs: nepotibꝫ: ꝛ ceteris con⸗
ſanguineis beneficia eccleſiaſtica/Prepo⸗
ſituras/Decanatus/ꝛ ſi qua ſunt ſimilia
ex viſceribꝫ pontificis elicere valeatis. Si
gnum huius eſt/ꝙ eos a beneficiorꝫ conſe
cutione/repelli cōſulitis: quos de vltimis
terre finibus prece ꝛ precio / accerſiri pro
vtilitate ꝛ noſtre eccleſie gloria oportebat.
Doctos loquor: ꝛ honeſtos viros. Ipſos
autem filiolos veſtros ꝛ nepotulos / qui
nec mucos q̇dem de naſo poſſunt elicere/in
ſedes viris/non pueris debitas/cum irri⸗
ſione ꝛ ſcandalo/ ꝛ dedecore Epiſcopi ꝛ ec⸗
cleſie intruditis. Vos eſtis deinde non
eccleſie cuſtodes: neq; ſpiritualitatꝭ defen
ſores. aut canes maceriam vinee electe cu⸗
ſtodientes: vt aitis quinimō: fera ſingu⸗
laris: qui depaſcit eam. Itaq; nedum: nō
querentes que Jeſu Chriſti ſed ad defaſta
tionem: diruptiōem: ꝛ ꝯculcationē eius/
veſtra conſilia cedunt iniquiſſima. Quip
pe q̇ ꝓ ſanctarꝫ cōſtitutionū ſupplantatio
ne/ꝓ deſtructione macerie vinee electe co⸗
gitatis/dicitis ꝛ dixiſtis/ſuccumbant ſpi
ritualia ꝛ temporalia emergant. Occidat
ſancta q̄dragesimalis abſtinētia. ꝛ oriatꝛ pe
cūia/marceſcant ſanctorꝫ patrū/obſeruatio
nes: iam vltra mille annos/ab auis ꝛ atta
uis noſtris chriſtianiſſime culte. Marce⸗
ſcant inq̄ꝫ vt pompa: floreat ꝛ auaricia. vr
na chriſtiāe parſimonie in abyſſum deſcen
dat obliuionis. ꝛ e regiōe luxus aſcendat ꝛ
faſtus. Sunt hec tua ꝯſilia/dic egiptie: q̄
ꝓ cuſtodia ꝛ ſpiritualiū defenſione excogi⸗
tas. Cor tuum ꝛ caput maledictum/ꝛ ling
ua cum pedibꝫ tuis tu maledicte inimice
abſtinentie: ꝛ crucis Jeſu chriſti. fiat cor
tuū ꝛ hoc caput: quibꝫ contra dominum ꝛ
crucem eius excogitaſti plenū vermibꝫ: vt
ſcateat: non ſecus atq; viſcera Anthiochi
ꝛ Herodis lingua tua hec nouacula: qua
feciſti dolum qua aerem inficiens. ſenten⸗
tiam hanc non verbum bonū ſed iniquū ꝛ
doloſum eructaſti. Lingua tua hec inquā
ardeat ꝛ ardor eiꝰ aſcēdat in ſecula ſeculorꝫ.
¶ Clamet ipſa ad dominum vt lingua di
uitis ſepulti in inferno/ꝓ vnica olei miſeri
cordie gutta/ſed non exaudiatꝛ. que ſuo cō
ſilio oleū petri de noſtra effudit eccleſia.
Ligentꝛ pedes tui ambo/q̇ veloces cucur⸗
rerunt ad effūdendum ſanguinem Jeſu.
hoc oleum crucis ꝛ abſtinentie: ꝛ ꝓijciantꝛ
in tenebras exteriores ibi erit ſtridor denti
um. O bone paſtor vigilantiſſime Argen.
preſul quam felix es tu/ꝛ beatus/ ſi nō in
conſilio talium impiorꝫ abieris. ſi non ex
hac maledicta terra radix cordis tui/vene
no talium conſiliorum rigata fuerit.
Vos p̄terea. vt adhuc vobis Egiptijs:
qui omnes paſtores ouium deteſtamini/
loquar. Vos inquā non ſacerdotes ꝛ pa⸗
ſtores ouium/honorabiles redditis quin
potius contemnitis/irridetis/ ꝛ floccipen
ditis. Ecce corā vobis/vbi paſtorem ſeden
tes circumſepiueritis ſtat pauper ſacerdos
ꝛ ipſe vnus ex paſtoribꝫ ouium eſt. Proh
pudor amplius continere non potero. ſtat
inquam ante vos viles / vix triū obolorꝫ
homines/quē neq; Eps ipſe/ante ſe ſtare
pati deberet ꝛ nedū ſtare. ſed ꝛ nudato ca
pite curuata ceruice reuerentiali ꝛ ſtupida
facie tremuloq; corde ſinitꝛ. imō genua fle⸗
ctere compellitꝛ. Egiptie conſul inimice ꝛ
deteſtator paſtoris ouium/ſcio/quid cogi
tes. Video quid reſponſionis concinnes/
ſubmurmuras ꝛ ais. o ridiculum caput/
nō nobis ſtat nec genua flectit aut caput
nudat: ſed paſtori cui aſſidemꝰ ſuo ponti⸗
fici ꝛ Epiſcopo/hoc eſt quod queror / hoc
eſt qḋ deteſtor/qḋ lupus ſedet ꝛ appendet

ſanguiſuga. ſtat aũt agnus ꝛ paſtoꝛ. ſacer/
dos ſtat ꝛ laicus recumbit/ hoc ſpurcũ eſt
ꝛ abhominabile. Audi Egiptie conſul au/
di. non me ſed Hieronymũ cuꝰ dictũ eſt
qḋ ꝛ in librũ decretoꝝ tranſumptũ reperi
tur diſtin. 95. Eſto ſubiectus põtifici tuo/
ꝛ quaſi parentẽ anime ama. Sed Epi ſa/
cerdotes ſe ſciant eſſe non dños/ honoꝛent
clericos quaſi clericos/ vt ipſis Epis quaſi
Epis/ honoꝛ deferat. Scitũ eſt illud oꝛato
ris domicij. Cur inquit/ ego te habeam vt
principem cum in me non habeas vt Se
natoꝛem. Intellexiſt i hoc Egiptie. Epi ſa
cerdotes te ſciant eſſe non dños: ꝛ ſi hono/
rari voluerint vt Epi honoꝛent ꝛ clericos
quaſi clericos. Sed foꝛſan tibi non ſatis
eſt audiens Hieronymũ: audi igitur pa/
ſtoꝛem beatũ Petrũ: paſcite inquit eũ / qui
in vobis eſt/ gregem dñi ꝓuidentes nõ co
acte ſed ſpontanee: ſcḋm dñi ꝑceptum neqꝫ
turpis lucri cauſa ſed voluntarie: neqꝫ vt
dominantes in clero ſed foꝛma facti gregi
ex animo: vt cũ apparuerit princeps paſto
rum ꝑcipiatis immarceſſibilem gloꝛie coꝛo
nam. Egiptie notaſti verbum: neqꝫ vt do/
minantes in clero: qḋ ſi neqꝫ Hieronymo
neqꝫ Petro credere volueris: audi quid in
Carthagiñ. concilio ſit dictum: ꝛ habet in
eadem diſtin. Eps in quolibet loco ſedens
ſtare preſbyteꝝ nõ patiat. Et item Eps
in eccleſia in conceſſa preſbyteroꝝ ſublimi
oꝛ ſedeat. Intra domũ vero collegã ſe pre/
ſpyteroꝛum eſſe cognoſcat. Sed adhuc ais
Egiptie. Nedum Epiſcopus eſt: ſed ꝛ illu
ſtris ꝛ generoſus ꝛ ſecularꝫ princeps. Eſto:
ſed Eps dignioꝛ principe ſeculari. 96. di.
duo. ꝛ extra de ma. ꝛ obedientia. Solite.
quod ſi Epiſcopum non decet pati ante ſe
ſtare ſacerdotes/ quanto minus principẽ.
Benedictus paſtoꝛ bonus/ qui ſtat in me
dio diſcipuloꝝ ſuoꝝ. Benedictꝰ cuꝰ filij
ſunt/ ſicut nouelle oliuarũ: in circuitu mẽ/
ſe ſue. Benedictus paſtoꝛ bonus qui vbi
de clericis iudicare debuerit/ clericis ꝛ di/
ſcipulis ſuis ꝛpaſtoꝛibus circumſeptus
eſt. Indecoꝛum enim eſt laicum viros eccle
ſiaſticos iudicare. 16. q. 7. c. noua. ꝛ eſt ex
conſilio Hiſpalenſi. Debueram bilingu/
uam laxare in ꝑlatos/ Prepoſitos/ De

canos ꝛ ceteros/ q̇ ſacerdotes q̄ſlibet ꝑte/
runt: eos ante ſe/ vt ſclauos ꝛ ſeruos ſerui
re ꝛ ſtare ꝑmittẽtes. At vbi venerit laicus
q̇ſpiã/ ex potentibꝫ/ vl ſcḋm ſeculi dignita
tẽ nobilis/ e veſtigio lateri eius ꝯiungũt/
cum omnibꝫ clericꝫ ꝓferũt: vere oñdẽs ſe
potius Egiptios q̄ Iſrahelitas eſſe. Sed
tranſeo ad alia ꝛ ad oꝛationis accelero cal
cem. Attamen ne huius obliuiſci opoꝛtet:
quin ꝛ noſtris Egiptijs/ conſulibus alte/
ris edipis: quippe qui non ſe dauos: ſed
edipos putant ꝓbleuma proponam. Dici
te ſi pro chriſti gloꝛia (quẽadmoduꝫ vos
facere iactatis) conſulitis vt quid igitur/
non ſinitis ſtare paſtoꝛem: in medio diſci
puloꝛum ſuoꝛum: vt quid eum in medio
armigeroꝛum inducitis: ꝛ non ſe vt ſacer/
dotẽ domini inter ſacerdotes/ ſed vt prin
cipem huius mundi eijciendum foꝛas/ in
ter tartareos exercitus oſtentare/ Sed di/
citis Spiritualia ſine tempoꝛalibus/ diu
ſubſiſterre non poſſunt/ terram defendere
opoꝛtet: non decretis ꝛ decretalibꝫ/ ſed gla
dijs ꝛ lanceis: non Biblijs: ſed bibulis.
Uera ſunt que dicitis: ꝛ vox quidem hec
vox Iacob: ſꝫ ni falloꝛ manꝰ: manus eſau.
Ubi vera dixeritis tacere potero/ ſin fal/
ſum: continuo palam eſt: cum Therentia
no parmenone: plenus rimarũ ſum: ꝛ hac
atqꝫ illac perfluo. Spiritualia ſine tempo
ralibus: diu ſubſiſtere non poſſunt/ hoc q̇/
dem taceri poteſt: quoniam verum: tempo
ralia enim ſpiritualium paxilli ſunt/ ꝛ ad
fructificandum ſuſtentant ſpiritualitatis
vitem: ſi ſaltem viti paxillus congruerit: vi
tis ſine palo errat/ vento agitatur/ in terrã
decidit: ibi ſerpit ꝛ perit/ q̄ ſi maioꝛ fuerit
palus q̄ equum eſt/ in terram deprimit:
cuꝫ palo autem congruo ſuſtentatur ꝛ fru
ctificat. O deus/ quoꝛſum hi maioꝛes tẽ/
poralium boноꝛum pali detraxerunt ſpi/
ritualia/ quantum depreſſerunt ꝛ fregerũt
Ecce de profunda humilitate in extremaꝫ
pompam: ꝛ ſuperbiam/ docet hoc faſtus
multoꝛum ex prelatis: a ſummo vſqꝫ deoꝛ/
ſum: de largitate in auariciam: de munifi
centia in tenacitatem de caſtitate in lux/
uriam. Maledicta tempoꝛalia pali maledi
cti/ quo illas reuerẽdas/ Epiſcopatuũ Pre

poſiturarum/⁊ decanatuum detraxiſtis di
gnitates/in manus reuera Egiptiorum et
filiorum huius ſeculi/extrahe palum illum
diuiciarum/a viribus dignitatū eccleſiaſti
carum/⁊ videbis eos a iam ſuis cultoribꝰ
et amatoribus omnino relictas. Sʒ cito/
velis vt temperate ⁊ cum modeſtia tempo-
ralia procurentur/vt paxilli temporalium
viribus ſpiritualium congruant/etiaʒ illa
tamen ſine gladijs/ferro/⁊ fuſtibus / neqꝫ
teneri nec acquiri poterunt. Taceam et hoc
ſi placuerit/⁊ hoc. Sed nunquid conſulis
vt ab hoc palo cura adhibeatur neglecta vi
te/nunquid vis vt temporalia plantentur/
⁊ ſpiritualia negligantur. Nolumus/ſcio/
gitis. O Egiptij: ⁊ quid igitur vultiſ fieri?
Volumus vt et ſpiritualia ⁊ temporalia
exerceantur/Spiritualia ꝑ vicarios ⁊ ſub
ſtitutos. Temporalia vero per ipſum paſto
rem. Ipſe tractet hec ardua ⁊ magna nego
cia temporalia/⁊ iuriſditionem defendat.
ſpiritualia autem per vicarios prouideat. ꝑ
monachos ⁊ pauperes theologos/hij or-
dinent/hij predicet. O mores/o tempora/
proch dei hominūqꝫ fidem/quale conſiliuʒ
hoc? Dicite infelices quid hoc eſt? Que
ſunt maiora queſo ⁊ principaliora/magiſ-
qꝫ ardua/ſpiritualia vel temporalia? Nū
quid ſpiritualia? Quid cogitatis? Cur
non reſpondetis? nūquid ſpiritualia? Eti-
am. Et cum is qui principalis: principalio
ri non incumbit. Et que minora ſunt per vi
carios exercent, queſo dicite quid decentiꝰ:
atqꝫ ſalubrius vt ꝙ acceſſorium / prelatus
per ſe ipſum exerceat/et principale per ſub-
ſtitutos. vel econtra. Si enim illud opor-
tet facere/ſcʒ predicare ordinare/ ſacroſan-
cta myſteria miſſarum celebrare, ⁊ aliud nō
omittere: ſcilicet iuriſditionem defendere.
Cur non ſuggeritis/vt ſit executor princi-
palioris/ipſe qui principalis eſt habendꝰ/
quia et ſi ſpiritualia per ſubſtitutum fieri
poſſunt/quantomagis id quod minus eſt/
Temporalium defenſio. Et quid ad hec di
cis Egiptie paſtoris ouium inimice? quid
dicis? Ais forſitan. Ecce vtrumqꝫ ſe exhi-
bebit ⁊ ſpiritualem ⁊ ſecularem dominum/
iam erit vt pontifex in medio diſcipuloruʒ
ſuorum/iam vt princeps ſecularis ī medio
ſui exercitus. O conſilium Achitofelis.
Infatuat ⁊ hoc tuum conſilium/⁊ confun-
dit mordax illa: ⁊ faceta cuiuſdam homis
ruſtici reſponſio. Nempe erat quidem po-
tentiſſimus epiſcopus: partiū germanie ꝗ
nedum ſpiritualis ſed etiam ſecularis iuriſ
ditiōis negocia adminiſtrabat. Is cū qua
dam vice/veſtitus ferro ⁊ militum ſtrepen
ti caterua circumuallatus per campos equi
taret vidit ruſticum hominem / aratri ſui
ſtiua relicta in ſuo agere ſtare/⁊ aperte ore/
atqꝫ ſtupentibus oculis/ ſeſe cum ſumma
admiratiōe reſpicere. de quo admiratꝰ epi-
ſcopus/deſerto paululum cepto itinere/ e-
quum quo vehebatur/verſus ruſticuʒ egit/
et inſolita quadam beniuolentia vultum
ſerenans/ad eum dixit. Haberem aliquid
interrogare te/vir bone/ſi velles ſimplicia
et vera interroganti reſponſa tribuere. Ad
quod ruſticus (Neſcio a quo doctus/Vr
bane ſatis reſpondens dixit.) Quis ſum
ego? ⁊ qui ſunt omnes parentes mei? vt il
luſtriſſimo principi meo: et gratioſo domi-
no dedigner reſpondere. Et epiſcopꝰ ait ad
eum. Dic ergo mihi/quid cogitabas cum
hiante ore/et diſſutis malis ſtabas et me
ſtupens inſpexeras? Cogitabam: inquit
ruſticus: vtrum ne ſanctꝰ Martinus/ qui
et ipſe Epiſcopus erat: cum ſtrepitu tanto
armorum/militumqꝫ exercitu ſolitus ſit ꝑ
viam incedere. Ad quod Epiſcopus pau-
lulum rubore ſuffuſus. Ego inquit non tā-
tum epiſcopus ſum / ⁊ ſpiritualis dominꝰ
ſed ſum etiaʒ temporalis Dux/Princeps/
⁊ Dominus: vnde nunc me ducem exhi-
beo. Sed ſi epiſcopum libet videre ea die,
⁊ diem ſtatuit: ad eccleſiam veni/et epiſco-
pum exhibebo. Ad quam rñſionē modice
in riſum ꝯcitatus hō ruralis epō ait. Si
nō velles egre ſuſcipe/nec dedignari rñſum
prebere/ſeruo tuo. Mrēm ⁊ ego/quod inter
rogarem a te. Quere ex me ait epus/quod
cunqꝫ libuerit non offendes. Dixit ergo ru
ſticus. Si inquit/quod deus prohibeat/
exigentibus meritis dux ad inferna migra
ret/epus noſter queſo quo pergeret. Qua
interrogatione confuſus eps cum rubore
abſceſſit/⁊ nihil ad hoc rñdens/ruraleʒ ho
minem deſeruit / haud parum inſtructus

ruſtici hominis decenti facetia/vt magno-
pere caueret/ne ſi ducis magis q̄ epiſcopi
negocia ſollicitare vellet/ducis magis q̄ epi
ſcopi mercedis reciperet. O quot epiſcopi
perierunt/⁊ iam nunc apud inferos tremūt:
qui vtranqꝫ iuriſditionem/ſecularem/ ſcili-
cet ⁊ ſpiritualem adminiſtrauerunt/ qui ſi
tm̄ ſpiritualium cauſarꝫ negocia tractauiſ-
ſent/iam felicibus feliciores in celeſti regno
regnarent. Ecce Egiptie conſul/qui ſuades
domino tuo/ vt ⁊ temporalibus/⁊ ſpiritua-
libus inuigilare ſtudeat. Ecce facetam illaꝫ
reſponſionem: quam tibi homo ille agrico-
la tribuit: ⁊ noli poſt hac ſimilia/de ſetenti
oris tui ſepulchro eructare: ſed abi hinc in
malam crucem/amodo non ad te: ſed ad pa
ſtorem noſtrum/qui ecce iam in medio di-
ſcipulorum ſuorum ſtat: verbum ⁊ tamē ab
breuiatum habebo. Beatus es: ⁊ eris o bo
ne paſtor/ſi tales a te abegeris/ſi huiuſmo-
di mille a latere tuo ceciderint/⁊ decem mil
lia a dextris tuis/⁊ ad cor tuum redierī. In
doles tua bona eſt ⁊ proba/niſi me fallat
imago. Igitur conſulte: ſi cor tuū conſuluе
ris/ages: ⁊ nō quos hactenus deſcripſi egi
ptios. Vere beatus es tu: ſi ipſos expulerī.
Ipſi enim filiorum diaboli nutrices ſunt:
plane nutrices ſunt. Nutrix/caſum paruu-
li: ad eius conſolationem ſaltum interpreta
tur. Si enim puer ceciderit ⁊ leſus caſu/la-
chrimās eiulauerit/nutrix dicit/q̄ pulcher
q̄ realis fuit ſaltus. Fallor ſi non Egiptij
hij/ſic te conſolari nitantur. Vbi enim te
etiam grauiſſime cadere contingeret: deum
offendendo: ⁊ tu intra te/ tua conſcientia
propria morſus fleres/quid ipſi queſo tibi
dicturi eſſent. Certe hūc grauiſſimū caſuꝫ/
ipſi ſaltum/⁊ opus magnificum eſſe aſſere-
rent. He maledicte rane in penetrabilibus
regum ⁊ intimis latent: non aliud/ q̄ que
luti/et aque ſunt/huius immundi/⁊ fluen
tis ſeculi coaxantes. Echo ſunt/iuxta ver-
bum ſapientis/reſonans in altiſſimis mon
tibus. Mōtes/principes ⁊ prelati/ſunt cō
ſules egiptij. Echo ſunt/conformantes ſeti
bi ad omnia que egeris. Si riſeris/rident
ſi fleueris/flere geſtiunt. ſi alicui indignat⁹
fueris/⁊ ipſi indignentur. Et profecto gna
tonicum illud fideliſſime obſeruant. Aiunt

aio. negant/nego/laudant laudo/ vitupe-
rāt/vitupero. Hij/crede mihi: ſi ſaltꝫ ſim-
plici viro credenduꝫ eſt. Hij inqꝫ ſi eos ad
miſerie/non aliter te/q̄ pueri porcinam tra
ctabunt veſicam. Illam/vnus ex puerulis
aliquantulum inflat: quo facto ipſam alteri
tradit: qui et ipſe eaꝫ amplius inflat/⁊ hic
tertio tradit ⁊ quarto/⁊ deinceps alijs/q̄t-
quot ibi fore contigerit: quouſqꝫ omnino di
ſtenta fuerit ⁊ inflat/tandem autem cum ea
ludunt/alter alteri ipſam iactantes/ Sic
ſic/quos tibi deſcripſi/de te facient: niſi eos
caueris. vnus ex eis: vbi collum veſice/au-
rem tuam loquor. Arripuerit/ecce inſufflat
⁊ ait. Ecce tu princeps es ſm̄ ſeculi dignita
tem/ſicqꝫ mens tua diſtenditur ⁊ inflatur.
Traderis alteri/⁊ ille inſufflat. Etiam dux
Bauarie es inquit. Et dilataris amplius.
Traderis deniqꝫ tertio: ſed ⁊ ille inſufflat.
O domine Palatinus eſtī Rheni/Ecce e
mirum immodum iam vanitate diſtende-
ris inſtar veſice. Sed et quarto traderis/il-
le flatu te quaſi rumpet/ait enim. Ecce cen-
ſus ⁊ temporalia bona pro ſtatu principis.
O maledicti ⁊ diabolici folles. Dicunt ti
bi o bone preſul/dicunt inquit tibi. Prin-
ceps es/ſed tacent ꝙ epiſcopus/Dux es/ſꝫ
tacent ꝙ paſtor ouium: quarum ſanguis de
manu tua requiretur. Aiūt/ Palatinus es
ſed tacent ꝙ ſacerdos. Oſtendunt tibi cen-
ſus ⁊ prouentus/pro tot equis ⁊ militibus
ſed tacent ꝙ ſunt elemoſyne ⁊ bona paupe-
rum/panis pupillorum orphanorum ⁊ vi-
duarum/qui iam eſurientes erant/⁊ pere-
unt fame/⁊ non pabula equorum ⁊ ſtipen
dia militum. Ecce quomodo mentem tuaꝫ
vt veſicam vanitatis vento diſtendere co
nantur. ꝙ ſi forte fortuna hoc effecerint: ti-
bi illudent/te ridebunt ⁊ ſuſqꝫ deqꝫ facient
non aliter q̄ pueri veſicam. Hoc officium
omnium talium/ſi Senece credis. Eſt et
vna intentio/quis blandiſſime fallat. Ita-
qꝫ his blandatoribus atqꝫ laudatoribꝰ ne
credas/immo irriſoribus tuis aurem ne li-
benter accomodes: qua te cum adulationi-
bus fouerint/ ⁊ quodammodo impotem
mentis effecerint/ſi ſubito reſpexeris/ aut
ciconiarum deprehendes poſt te colla cur-
uari/aut manu auriculas agitari aſinīnas

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſtuantem canis protendi linguam. Conſulto igitur iam oculos tuos ab eis venerabilis antiſtes ⁊ bone paſtor auertiſti / de medio nationis praue exiens/ ⁊ te in medium ſtatuiſti diſcipulorum/ hoc eſt profecto ꝙ gauiſi ſunt diſcipuli tui/ viſo te domino in medio ſui non Egiptiorum. Aſſumus itaqꝫ ecce tibi/ aurem parati/ ⁊ oculos viſuri ⁊ audituri ex te vt dicas. Pax vobis. Et deinde/ vt oſtendas manus ⁊ latus. Amodo ego ſilebo/ plura neceſſaria dicta reſcindens/ puta de miniſtrandis negligentijs ⁊ exceſſibus/ in hac tua eccleſia cathedrali / tua curia/ ⁊ ciuitate Argentiñ. ⁊ garrulationibus tempore diuinorum officiorum/ non minoribus q̄ꝫ muliercularum in foro rerū venalium/ iam per vicarios confratres meos in choro/ iam per dominos canonicos ſupra in lectorio/ qui vſqꝫ adeo in his ſepe numero exorbitant / vt ſacerdotes diuina myſteria altaribus celebrantes impediantur: quod reuera ipſorum generoſam dedecet nobilitatem: hic locus alios q̄ꝫ rigor zādi expoſtulat mores/ de negligentia deniqꝫ bibliothece ⁊ librorum precioſorum taceo/ de miſerabili ⁊ inordinato cantu/ ſi ſaltem cantus dici meretur/ ⁊ ꝙ ſoli pueri canunt. Alijs vel omnino tacentibus/ garrulantibus. O deus/ ſed nemo prelatorum corrigit. Et cur hoc eſt? quoniam par culpa eos inuoluit. Sed neqꝫ de curie ⁊ curialiū tuorum exorbitantijs modo loquor/ de excommunicationibus pro leuiſſimis cauſis/ de venalitate conſtitutionum iuris/ vt oblata pecunia/ liceat matrimonia temporibus ab eccleſia prohibitis/ nulla rationabili ſuadēte cauſa/ ſolennizare/ ⁊ cetera q̄ꝫ plura / que nunc non eſt narrandi locus. Nihil etiam dico de peſſimis corruptelis ciuitatis tue ⁊ ſtatutis laicorum/ contra eccleſiaſticam libertatem/ ⁊ diuinum honorem. Iam in violatione feſtorum/ per mercantias ⁊ opera ſeruilia/ iam per ſuperſticioſas/ ⁊ gentiles obſeruationes in templo hoc/ et extra/ que ſepius ad populum exhortans deteſtatus ſum/ quarum alique ex dono dei delete ſūt/ ſed tamen et alie reſtant. Iam de ſtatuto illo/ ꝙ nemo habeat facultatem teſtandi. Nemo intraturus religionem audeat/ niſi certam ſummam ſuorum bonorū tradere monaſterio. Quid dicerem/ ſi dicere velleꝫ de ingreſſu virorum/ in monaſteria monialium/ et mulierum in clauſtra monachorum/ vnde abhominanda fetuum nondum plene natorum homicidia perpetrantur. De his omnibus ⁊ alijs multis dicere ſtatueram/ ſed ecce tempus me deficit/ et tuam expectamus dictionem. Dic igitur/ ⁊ oſtende manus ⁊ latus/ dic aliqua pro reformatione eccleſiaſtica. Sed et oſtende latus zeli/ quem geris pro eccleſiaſtica refectione / et manus exhibe executionis. Alioqui quid proderit nouas veteribus ſuperaddere ſanctiones/ ſed neqꝫ veteres fiant neqꝫ noue. Apponatur manus ori neceſſe eſt / hoc eſt operatio locutioni/ ⁊ executio preceptioni. Ne ſit vox quidem vox Jacob/ manus autem manus Eſau. Dic itaqꝫ vigilantiſſime antiſtes. O bone paſtor aut dicere que ita tuiſti iube. Ego enim amodo ſileo / quoniam que habui iuſſu tuo ecce iam dixi.

Preſcriptum ſermonem ſaluberrimum: Primum/ ne populares lateret. Deinde vt quorundam ambicioſiſſimorum (quos ſolos populus doctos credit) ora comprimerētur: Jacobus Wimph. in vernaculā traduxit.

# Quarta feria ipſa die. s.

Calixti martiris. Oratio funebris in ex equijs domini Alberti quondam Epi ſcopi Argeñ. in eccleſia Argentineñ habita circa horam octauaz anno 1506. preſēte electo dño Guil helmo Comite de Honſtei.



**Ussus ſū** habere orationem funebrem in exe quijs his / domini Alberti / quondā Epiſcopi iam de functi. Vellē hāc prouinciam / alte ri fuiſſe cōmiſſaz / qui artem haberz ⁊ exercitium dicendi / quod vtrūqꝫ a me lon ge eſt / quippe ꝙ etatem meam contriuerim in contionibus ad plebem non latinis ſed theutonicis. Verum quia ita placitum eſt dominis meis / ſtatutum apud me habui / potius imperitiam meaz prodere / ꝙ̄ eis nō obedire. Melior eſt enim obedientia ꝙ̄ vi ctime / ⁊ auſcultare magis ꝙ̄ offerre adipem arietum / qm̄ quaſi peccatū ariolandi eſt / re pugnare / ⁊ quaſi ſcelus idolatrie nolle acqͥ eſcere. Necꝫ tamen quiſpiam ex me expectz orationem ſplendidam / immo nec ornataz / attamen veram / catholicam / ⁊ vtinam tam motiuam ⁊ efficacem quam veritate ſufful tam. Oratos aūt vos velim / ſi quippiaz cō tra vicia acerbius inuexerim / nemo id ī ſui contemptum / contumeliam aut iniuriam dictum eſſe putet / ſed in fraternam admoni tionem ⁊ correptionem. Omnes quos legi mus aut audiuimus / orationes habuiſſe funebres / eo tendere viſi ſunt mihi / vt lau des defuncti depromerent / locoſqꝫ aſſum pſiſſe / iam ab ortu et progenie defuncti / iaz a patria / iam a perſona. Et hoc quidem / re cenſendo animi eius virtutes / prudentiam. iuſtitiam. fortitudinem. temperantiam. et cetera id genus. Sed ⁊ bona corporis / ro bur / viuacitatem ⁊ ſanitatem. Porro et bo na fortune. diuitias. gloriam. laudem. ⁊ ho norem. ⁊ alia his ſimilia ⁊ diſſimilia. Ego autem ſolidius fundamentum orationis ſtatui iactare / ex ſacra videlicet ſcriptura / quam indignus profiteor. Et in medium producam regulaz epiſcopalē a beato Pau lo ad Timo. ⁊ Titum deſcriptam. Deinde e regione ſtatuam vitam noſtri defuncti epi ſcopi. Quo facto ſi quadrauerit ſua gloria ſponte reſultabit.

Ut autem hoc perficere valeamus / orem⁹ dominum deuz noſtrum pro gratia. quam per interceſſionem ſanctiſſime ſue genitricis efficaciter impetrare poterimus / ſi ex corde eam ſalutauerimus dicentes. Aue gratia plena dominus tecum. ⁊c. Regulam Epi ſcopalem ponit beatus Paulus (vt dixi mus) ad Timotheum ⁊ Titum. Opor tet inquit epiſcopum eſſe irreprehenſibilez / ſine crimine / vnius vxoris virum / ſobrium prudentem. ornatum. pudicum. hoſpitalez. doctorem. non vinolentum / non percuſſo rem / non litigioſum / non turpis lucri cupi dum / ſue domui bene prepoſitum. nō neo phitum. oportet autem et illum teſtimoni um habere bonum ab his qui foris ſunt. Ecce regulam in quindecim capita diuiſaz

Primum caput eſt / oportet epiſcopum eſ ſe irreprehenſibilem / ſine crimine. Sed qs eſt ais qui ſine crimine viuit. Joanne di cente. Si dixerimus quia peccatum non habemus / ipſi nos ſeducimus. Sed aliud eſt peccatum aliud eſt crimen / peccatum dicitur quodcunqꝫ ſiue magnum ſiue par uum. manifeſtum ſiue occultum. Crimen autem magnum et infame: Debet igitur eſſe non infamis. Res enim eſt pene con tra naturam vt aliquis ſit ſine peccato. Sed hoc vult ita intelligi irreprehenſibi lem id eſt non obnoxium reprehenſioni vt talis eligatur. cuius comparatione. ceteri grex dicantur. Debet itaqꝫ eſſe irreprehen ſibilis / qui alios reprehendere debet. ne dicatur ei id Luce quarto medice cura te ipſum / ⁊ id Pauli. qui predicas non furan dum furaris. Et id Euangelij Eijce feſtu cam de oculo. Illud quoqꝫ. Quid cecus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ceum: quid Catilina Cethegum: Cori-
pedem rectus ethiopem rideat albus. Ecce
primum caput.

Secundum caput regule epiſcopalis eſt.
oportet epiſcopum eſſe vnius vxoris virū.
hoc capitulum exponentes multi multa di
xerunt/quemadmodum recitat Athanaſi-
us z beatus Thomas. Orientales ſic ex-
ponunt. vnius vxoris virum id eſt ꝙ non
habeat ſimul duas vxores ſicut quorundā
eſt conſuetudo. hec expoſitio non accepta-
tur. habet z beatus Hieronimus ſuum lo
quendi modum. Sed aliud exponunt bea
tus Auguſtinus z Ambroſius. Sed hec
omnia miſſa facientes/dicimus cum Oſti
en. ꝙ capitulum hoc negatiue exponi debꝫ
id eſt non plurium. Niſi enim ſic expona-
tur continens et ſine vxore viuere volens
epiſcopari non poſſet. quia non eſſet vnius
vxoris vir/quia virgo vult manere/et nul-
lius vxoris vir eſſe. Huius autem capituli
ratio eſt ſecundum beatum Thomam/qa
epiſcopus ē diſpenſator ſacramentorum et
ideo nullus defectus ſacramentorum debꝫ
eſſe in ipſo epiſcopo ſed ſacramentū ma-
trimonij eſt ſignificatiuum coniunctionis
Chriſti z eccleſie/ergo vt ſignum reſpon
deat ſignato ſicut Chriſtus eſt vnus z ec-
cleſia eſt vna/ſic et hic/quod deficeret ſi epi
ſcopus plures vxores haberet. Sed con-
tra hanc rationem ſtatim obijceret a curio
ſo ergo tenetur quis habere vxorem/z non
eſſe virgo/quia niſi ſic iterum deficeret ſig-
nificatio. Videant ſcholaſtici. Nos perga
mus ad tertium.

Tertiū caput regľe epiſcopalis eſt. Opor
tet ep̄m eſſe ſobrium. Miniſtri templi pro-
hibentur vinū z ſiceram bibere ne ebrietate
grauentur corda eorum z vt ſenſus vigeat
ſemper et tenuis ſit. Sic z epiſcopus debꝫ
ſobrius eſſe. ſic ſcꝫ nomen eius ſic z laus ei
us. epiſcopus dicitur ſuperintendens/vigi
let ergo neceſſe eſt aliter enim quomō ſuper
intenderet niſi vigilaret. Ebrietas aūt ob-
ſtat vigilijs. Sobrij eſtote z vigilate cla-
mat. b. Petrus. Hoc contra ep̄os q̄ ad oēs
horas bibūt ſed z ſe ad eq̄les hauſtꝰ inuitāt.

Quartum caput eſt oportet ep̄m eſſe pru-
dentem/in omnibus agendis. prudentia re-
gulatiua eſt omnium virtutum/z auriga.
Sine enim hac/virtutes vitia ſunt ſm̄. b.
Bernardum: Epiſcopus autem eligitur
vt alios regat. Eſtote prudentes ſic ſerpen
tes/ait dominus. Et iterum. Quiſ putas
eſt fidelis ſeruus z prudens quem dominꝰ
conſtituit ſuper familiam ſuam hoc igitur
dicit apoſtolus contra eos qui ſub nomi
ne ſimplicitatis excuſant ſtultitiam ſacerdo
tum. Debet itaqꝫ epiſcopus ne dum in cō-
cupiſcibili per caſtitatem et ſobrietatem ſꝫ
z in rationali per prudentiam bene eſſe or-
dinatus.

Quintum caput oportet epiſcopum eſſe
ornatum. Non hoc de ornatu ſuppellectilis
intellegi oportet vbi pleriqꝫ excedūt. Dici-
tur enim ex concilio Carthaginenſi. Epi-
ſcopus vilem ſuppellectilem z menſam/ac
victum pauperem habeat/z dignitatis ſue
auctoritatis/fidei ac vite meritis querat/
adde z non argenteis vel aureis vaſis. In-
telligi ergo dꝫ ornatus iſte/in motu in inceſ
ſu z habitu z ſermone cōmuni vt dicit glo-
ſa magiſtralis. z hic ornatus eſt virtus que
modeſtia appellatur a. s. Tho. z his quos
allegat doctoribus z philoſophis. Sit igi-
tur ornatus primo in habitu vt nec fulgi-
¶ Si quis Epiſcopus/ fornicatiōi Preſbyterorum/ Diaconoꝝ/ vel crimen inceſtus/ in ſua parochia ꝑcio vel precibus interueniente conſenſerit/ vel commiſſum auctoritate officij ſui non impugnauerit ab officio ſuſpendatur.

¶ Auguſtinus.

¶ Nemo quippe nocet in eccleſia dei amplius quam qui peruerſe agens nomen vel ordinem ſanctitatis ꝛ ſacerdotis habet/ delinquentē nanqꝫ hunc/ redarguere nullus preſumit. Et in exemplum culpa vehementer extenditur/ quando pro reuerentia ordinis/ peccator honoratur. Epiſcopus itaqꝫ qui talium crimina non corrigit/ magis dicendus eſt canis impudicus q̄ Epiſcopꝰ hec ille. Ecce Epiſcopum talem/ vocat impudicum canem Auguſtinus.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Idem Auguſtinus.

Qui nec regiminis in ſe rationem habuit/nec ſua delicta deterſit/nec filiorum crimen correxit/canis impudicus dicendus eſt magis q̄ Epiſcopus. Ne ergo canis fias ⁊ appelleris ab Auguſtino: fac fiant ea que ſequuntur.

¶ Contra queſtionarios.

COhibeātur queſtionarij laxātes linguas ſuas/ad falſitates ⁊ ineptias. Necꝫ oculus ad hoc habeatur/quis pro literis ſiue mandatis copioſam ad cancellariam preſtantur pecuniā. Examinentur preterea diligenter/Bulle indulgentiarum ⁊ facultatum quas habere ſe iactant queſtionarij illi/⁊ caueatur ne excedant in abſoluendo in caſibus reſeruatis/in diſpenſatione aut votorum commutatione/⁊ ſimilibus talibus. Timendum/quia multi in hoc exorbitent.

¶ Contra ficta mandata in concubinarios publicitus emiſſa.

NOn affigantur mandata publice contra cõcubinarios ſine debita ⁊ efficaci executione eorundem ſolum propter pecuniam ab eis emungendam/in magnum contemptum ignominiam ⁊ ridiculum Epiſcopi mādatis ita vt etiam (cum viſum fuerit tale mandatum) vulgo dicatur/Epiſcopus iterum indiget pecunia [es iſt aber vmb gelt zu thun]

¶ De correptionibꝫ pecuniarijs q̄s periti mulctas vocāt debite faciēdis.

FIat correctio ſubditorum ſ̄m qualitatem delictorum/⁊ plus ad emendationem ſuam ⁊ terrorē alioꝝ/q̄ ad pecuniaꝝ exactiōem (que gregem ſimplicē ſcandalizat frequentius q̄ edificat. Q, ſi delicti qualitas exigat imponere penā pecuniariā/exponatur illa in pios vſus manifeſte/ne plus ad auariciam paſtoris q̄ ſubditorum correctionē exacta videatur. Q, ſi factum non fuerit ſed inter talem pecuniā Epiſcopus/Vicarius/⁊ Fiſcalis diuiſerint/quomodo ſuſpicionē de calūnia vitare poterint.

¶ Contra calūnioſas actiōes/q̄s Fiſcales ⁊ ꝓcuratores q̄nq̄ intentant contra innocentes.

FAciat Epiſcopus realem ⁊ effectuales ꝓuiſionem contra aſtutiſſimam illam/imo ſepe apertā tirannidem fiſcalium ⁊ ꝓcuratorum/in angarijs ⁊ citationibus iniuſtis. Que omnia cum iniuſtiſſime cõperti fuerint cõmiſiſſe/gratis abſcedunt a querela. Nec iam gratis quia recipiunt expenſas ab innocentibꝫ abſolutis. Necꝫ calumnijs peruerſiſſimis/de diffamationibꝫ preterea crudeliſſime impoſitis/ipſi mercedem recipiunt. Exigatur a talibus ꝓcuratoribꝫ iuramentū/vt nihil agāt vel foueant/quod iniuſtum eſſe/vel crediderint ab initio/vel poſtea cõpererint. Prouideat Epiſcopus/de iuramentis terribilibꝫ exactis per officiales ⁊ alios curiales officiarios dum examināt aliquem criminoſum/ſuper dicenda veritate/quibus tamen iuramentis deferre nolunt nec credere/qualia etiam violatum iri probabilꝰ q̄ oppoſitū ſuſpicantur/hic plane laqꝫs eſt manifeſte ac crudeliſſime perditionis animarum. Porro/dicit Apoſtolus/omnis ꝯuerſie finis eſt iuramentum.

¶ Contra Symoniam in adminiſtratiōe ſpiritualium.

FIat obſeruatio decretalium prohibentium ne detur aliquid omnino in ſpiritualium adminiſtratione/aut ſaltem adhibeatur moderatio/tam in collationibus ordinum q̄ beneficioꝝ/⁊ in approbationibꝫ ſacerdotum officiare debentium. In ſigillationibus quoqꝫ/⁊ multis ſimilibus/plus ad queſtum (vt dicunt aliqui) quam ad ſpiritualem profectum ſuper impoſitis. Exequantur ſaltem iſta tali modo ꝙ ab omni ſpecie mala ſymoniaci ſcandali ſemet abſtineant.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

172

¶ De Sigillo.

Iudices notarij ⁊ alij officiales nullo modo cogantur iurare ſigilli pmotionem/ hoc modo videlicet vt ppterea folia/ ⁊ ſcripturas pter neceſſarias multiplicent/ libellis inſerendo impertinentia/ tenorē puta literaꝝ/ cōtinentiū inſtitutionem ⁊ auctoritatem fiſcalis/ indubitati ⁊ habiti ab omnibus ꝑ tali/ aut alia ſimilia vel diſſimilia talia/ aut cauſas litium quas iuſte abbreuiare poſſent/ prolongent/ quatenus pro ſigillatione maior exigi poſſit pecunia/ plane furtum hoc eſt/ aut ſpolium ⁊ rapina. Prouideat ſibi diligenter Epiſcopus/ cum doctoꝝ ſapientū ⁊ deum timentium conſilio/ ſup receptione pecunie pro ſigillatione/ ſunt enim magni ⁊ doctiſſimi viri qui hanc concluſionem ponunt. Extorquens pecuniam/ aut rem pecunia appreciabilem/ pro ſigillo literarū/ iuſtitiam vel gratiam continentium/ vltra valorem materie qua ſigillatur iniuſte grauat proximum/ ⁊ ad reſtitutionem tenetur. Duriſſima plane hec concluſio ſpiritualibus ⁊ ſecularibꝫ noſtri temporis principibus qui immoderatam recipiunt pro ſigillationibus pecuniam. Ideo neceſſarium eſt vt anime ſue prouideant/ quid em̄ proderit homini ſi totum lucretur mundum/ anime vero ſue detrimentum patiat.

¶ De hoſpitalitate Epī in pauperes ⁊ elemoſyna ⁊ defenſiōe pauperꝝ orphanoꝝ ⁊ viduarum

Pauperum orphanorum ⁊ viduaꝝ eſto ſingularis pater ⁊ defenſor/ fac quod papa Gelaſius: qui dicit/ licet omnibus de nobis ſperantibus/ nō debemus inquantū poſſumus/ nos denegare/ plus tamen viduarum ⁊ orphanorum cauſas ⁊ impenſius duximus exequēdas/ quas tueri a nobis vel ab omnibꝫ/ diuina manifeſtat aſſertio. Eſaie primo. querite iudicium/ ſubuenite oppreſſo/ iudicate pupillo/ defendite viduā. In eos qui hoc non obſeruant clamat dominus per Hieremiam prophetam. Cauſam vidue non iudicauerunt/ cauſam pupilli nō direxerunt/ ⁊ iudiciū pauperum non iudicauerunt/ audi ⁊ de elemoſyna.

¶ Gregorius.

¶ Non credat Epiſcopus/ ſibi ſolā lectionem ⁊ orationem ſufficere/ vt remotus nihil ſtudeat de manu fructificare/ ſed largā manum habeat/ ⁊ neceſſitati pauperum ſuccurrat ⁊ alienam inopiā ſuam credat/ quia ſi hoc non habet/ vacuū nomen Epī habet/ glorie/ quia nō eſt ſuper intendens quod ſignificat nomen Eps. Prouideat Epiſcopus/ ne pauperibus ſua bona crudeliter auferantur vel detineantur. Et que ſunt illa bona inquis? Ipſa ſunt que viris eccleſiaſticis (quorum primus tu es) ſupſunt/ vltra ſimplicem victum ⁊ veſtitum/ iuxta decentiam ſui ſtatus in eccleſia ⁊ republica. Notiſſima eſt hoc loco/ ſed duriſſima beati Bernhardi ⁊ Hieronymi ſententia/ qui retentionem huiuſmodi/ vel luxurioſam profuſionem/ non dubitauerunt/ ſacrilegium/ immo omni ſacrilegio ⁊ depredatiōe dānabiliorē appellare. Quale iudiciū pater putas his futuꝝ eſſe Epiſcopis/ qui per fas ⁊ nefas/ pecunias vndecunqꝫ colligunt/ vel collegerunt/ nunc de butiro/ nunc de primis fructibus/ nunc de collectis/ nunc de charitatiuis ſubſidijs/ nunc de incorporatione monaſteriorum/ ꝓ eorū menſa/ ⁊ tales pecunias/ nō in vſus pauperum/ aut pro gloria dei/ ſed in faſtū pompam ⁊ luxum/ in meretrices ⁊ nebulones diſpenſauerunt immo in damnū anime ſue/ ⁊ ſcandalum totius plebis/ prodegerunt ⁊ diſſipauerūt. Cuſtodiat te dominus (mi Epiſcope) ne talium predeceſſorum tuorum veſtigijs inherendo/ in eternum cum eis pereas. Amen.

¶ De Caſtitate contra luxuriam.

Summopere tibi cauendum eſt a vicio luxurie/ ita vt neqꝫ in te/ neqꝫ in familia tua dominetur/ tam occulte qꝫ manifeſte. Que em̄ tibi eſſe poterit ad corripiendum

concubinarios frons/ſi tu ipſe/vel officia
les tui tales fuerint. Sed ais/ ⁊ quid faci
am?nunquid eos amouebo?quod ſi fece/
ro/vbi recipiam caſtos quos eis ſufficiā?
Non dico pater vt amoueas/ſed fac ſaltē
vt ſi in officijs permanere voluerint/con/
cubinas non teneant ſed amoueant. Q,
ſi eas ad tuam commonitionem amouere
noluerint fac ſint tibi vt Ethnici ⁊ publi/
cani.

¶ In eos qui inboneſte puden
da oſtentant tunicis apertis.

NEdum autē a
lubricitate tibi ⁊ familie
tue cauendum erit ſed eti
am a ſignis luxurie. Nō
enim a malo ſolum/ſed ⁊
ab omni ſpecie ideſt ſimi
litudine mali abſtinendum eſt. Sed ais ⁊
que ſunt illa ſigna ſpecies vel ſimilitudi/
nes luxurie?ipſa ſunt/laſciui mores:turpi
loquia/ſcurrilia/ludicra/⁊ ſtultiloquia:ip
ſa ſunt pudendorum detectio:⁊ eorundem
per aptas ab anteriori parte tunicas oſten
tatio. Non patiaris tales tecum verſari:ꝙ
inſtar nebulonum contra omnem clerica/
lem honeſtatem incedūt: fac quin potius/
obſeruēt illud Pape Innocētij tertij Clau
ſa clerici deſuper indumenta; pallis diffi/
bulatis non vtant in publico:ſed vel poſt
collum/vel ante pectus/hinc inde connex
is:hoc quidem abhominabile eſt : dum a
ſacerdotibus fit/tum etiam/ſine vitupera
tione a tue familie laicis nō fiat:hoc enim
etiam tibi imputaret/⁊ diceretur/niſi Epi
ſcopo placeret:turpitudinem talem nō ad
mitteret. Dicenteſqꝫ illud ſapientis/ ſecun/
dum iudicem populi : ſic ⁊ miniſtri eius.
Et qualis Rector eſt Ciuitatis/ tales ⁊ in
habitantes in ea: ſed miſſa faciendo chri/
ſtianos:audi quid de gentili Ceſare lega/
tur ſuper hac pudenda tegendi honeſtate
Julius Ceſar.

¶ In adulatores conſuetudi
nem contrariam allegantes.

SEd dicēt fortaſ
ſis adulatores tui : hec eſt
huius temporis cōſuetudo
ſic omnes paſſim incedunt
laici ⁊ clerici. Nunc autem quiſquis con/
temptis his cum quibus viuit: lautiora
ſibi vel auſteriora pre ceteris indumenta
vel alimenta querit:aut intemperans ſui
aut ſuperſtitioſus eſt. Porro in omnibus
talibus non vſus rerum ſed libido in cul/
pa eſt. Itaqꝫ dum cor noſtrum caſtum fu
erit:quid nobis de veſtitu ⁊ exterioribus?
Reſpondeo ⁊ dico primo / ꝙ impudicus
oculus/impudici cordis eſt nuncius : Et
ꝙ intima per mores congnoſcimus exteri/
ores. Et incompoſitio corporis qualitatē
inducat mentis . Benedictus quoqꝫ ait.
forma veſtium : deformitatis mentium ⁊
moris indicium eſt. Et Fran. Petrarcha
veſtitus inſignis ⁊ mollis ſuperbie vexil/
lum niduſqꝫ luxurie eſt. Et vulgo dicitur/
| mā ſicht am ſack wol wo die bieren teig
ſeind | Dico ſecundo ꝙ hec non eſt conſue
tudo ſed corruptela:⁊ etiam nature contra
ria turpitudo / detegere ⁊ oſtentare quod
natura obtexit/⁊ ad ſecretiores abſtruſio/
reſqꝫ corporis partes collocauit. ſed neqꝫ do
minus dixit ego ſum conſuetudo /ſed ego
ſum veritas vt ait Gregorius. Et Oſtien.
in ſumma li.iij. ti.i.ait/ꝙ quidam dicunt
hoc capitulum ſublatum per conſuetudi/
nem contrariam:ego hoc dico falſum.
Dico tertio ꝙ Canon quem allegant pro
conſuetudine intelligendus eſt de conſue/
tudine bonorum/ ait enim:quiſquis vero
ſic vtitur eis:vt metas conſuetudinis bo/
norum:inter quos verſatur excedat.⁊c.
Clericus itaqꝫ profeſſionem ſuam ⁊ habi/
tu ⁊ inceſſu probet:⁊ ideo nec veſtibus nec
calciamentis decorem querat : ſic Canon
dicit. Si igitur non licet querere decorem
in veſtibus quomodo licebit admittere ta
lem ( vt dictum eſt ) turpitudinem : Car/
nis peccata/maxime ſunt infamie:pro bo
na igitur caſtitatis fama:expediret Epiſ/
copo obſeruare illud/quod dixit paſcalis
Papa: Epiſcopi inquit lectioni ⁊ oratio/
ni vacent ⁊ ſemper ſecum presbyteros ⁊

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diacones: aut alios boni teſtimonij cleri-
cos habeant: vt ſecundum Apoſtolum/ ⁊
ſanctorum patrum inſtituta poſſint irrep̄
henſibiles inueniri. Nam boni teſtimonij
clericos: non lubricos/ luſores/ lurcones ⁊
liguritores. Et beat⁹ Gregorius. Cum pa-
ſtoris vita: in exemplo debeat eſſe diſcipu
lis plerumq̄ꝫ clerici qualis in ſecreto ſit vi
ta ſui paſtoris neſciunt: quam tamen ſecu
lares pueri ſciunt/ de qua re preſenti decre
to ↄſtituimus: vt quidam ex clericis ( vel
etiam monachis ) electi/ in miniſterio cu-
biculi pontificalis obſequantur: vt is qui
in loco regis eſt: ⁊ tales habeat teſtes/ qui
veram eius in ſecreto conuerſationem vide
ant/ ⁊ ex ſedula viſione exemplum profe-
ctus ſumant.

¶ De manſuetudine Epiſco
pi contra iram.

OPortet Epiſco
pum nõ eſſe percuſſorem id
eſt ad vindictã facilem. Nõ
enim oportet Epiſcopũ ita
eſſe iraſcibilem ⁊ perturbati ſenſus: vt per
cutiat: qui debet eſſe patiens. ſed ſequatur
eum qui dorſa poſuit ad flagella vt enĩ ait
¶ Beatus Gregorius.
¶ Paſtores facti ſumus non percuſſores.
Egregius p̄dicator dicit/ argue/ obſecra/
increpa/ in omni patiẽtia. Nota verbum/
in patientia/ hoc eſt ꝙ beatus Paulus di
cit. Oportet Ep̄m non eſſe percuſſorem.
Eſt autem duplex percuſſio. Una corpora
lis: ⁊ eſt illa q̄ manu fit: ⁊ hanc Ep̄s nun-
q̄ꝫ ſuis faciet manibus: ſed per alium cleri
cis in quibuſdam caſibus poteſt. Alia eſt
percuſſio ſpiritualis cum ſcꝫ quis in diſcre
to ſermone corrigit aliquos. Et etiam hec
prohibetur. Dicit enĩ Anacletus Papa:
ſane percuſſor: ille doctor dicit̃ qui ſermo
ne inutili/ conſcientiam percutit infirmo-
rum. Immo ⁊ beatus Athanaſius: textũ
hunc de ſola ſpirituali percuſſione intelli-
git. Non ( inquit ) percuſſorem Apoſtolus
dicit qui manib⁹ quempiam affligit: ſed q̄
tempeſtiue inceſſat: ⁊ fratrũ percellat ani-
mos. Obſeruet igitur Epiſcopus illud
Apl'i: ſi preoccupatus fuerit homo in deli
cto aliquo vos qui ſpiritales eſtis: corri-
pite hunc in ſpiritu lenitatis/ conſiderans
te ip̄m ne ⁊ tu tenteris. Conformiter ad il-
lud Pſal. Superuenit manſuetudo ⁊ cor
ripiemur. Inde ⁊ principes sereniſſimi ap
pellant̃ ꝙ ſine turbulentia ⁊ in tranquil-
litate regere debeant. Et reges apum ſine
aculeo ſunt.

¶ Epiſcopi ſint patientes non
vim dicãti Exemplo etiam
gentiliũ Imperatoꝝ.

DEbent epiſco
pi eſſe patiẽtes nõ vim
dicãti: etiam ſi quando
perſona eoꝝ/ a ſubditis
offenditur cum ⁊ id ip-
ſum maximos reges etiam gentiliũ feciſſe
legat̃. Alexandro Antigonus pedagogus
citharam fregit abiecitq̄ꝫ dicens: etati tue
iam regnare conuenit/ pudeatq̄ꝫ in corpore
regni: voluptatem luxurie dominari quod
⁊ ille patientiſſime tulit licet plerumq̄ꝫ in
patientiſſimus fuerit: ⁊ patrem ſicut virtu
te ita vicijs ſuperaret. Scipio Affricanus
cum eum parum pugnacem quidam argu
erent. Imperatorem me mater peperit nõ
bellatorem. Anthonius cum Auguſti ma
ternam originem deſpiciens eum/ Afrum
gn̄e: ⁊ natura panificũ diceret: hec ridens
pertulit/ ⁊ eundem ſorore tradita in affi-
nitatis gratiã admiſit. Idem Auguſtus/
non modo in ſe ſeruabat patientiam: ſed
eandem alijs indicebat. Unde cum Tibe
rius quereretur per Ep̄lam: ꝙ multi de il
lo perperam loquerent̃ ita reſcripſit. Mi
Tiberi/ noli nimis indignari: q̄ꝫquam eſſe
qui de te male loquatur. Satis eſt enĩ: ſi
hoc habemus ne quis nobis malefacere
poſſit. Idem Auguſtus/ cum gnauus ob
corporis breuitatem ( conuitiantis cuiuſ-
daꝫ impetu ) diceret̃/ ſibi calciamẽtis grã
diuſculis vtendũ eſſe reſpõdit. Tiberius
q̄ꝫ cum in multis legat̃ fuiſſe culpabilis
tñ aduerſus conuitia ſatis firmus ac pati

ens extitit: dicenſq; in ciuitate libera / linguas eſſe liberas ⁊ mētes hoīm oportebat. Veſpaſianus etiam infirmoꝝ conuicia patiēter tulit / adeo vt ſene buculo ꝓclamāte improperium eius: vulpem pilum poſſe mutare non animum: eo ꝙ natura cupidiſſimus eſſet pecunie / nec auariciam mutaret proceſſus etatis / reſpondiſſe dicit: huiuſmodi hominibus debemus riſum / nobis correctionē: ſed penam crimīnoſis.

Sed quid citamus reges gentilium ⁊ exteros / cum patientiſſimum pre oculis habemus noſtrum Romanoꝝ regem Maximilianum / qui q̄ta paſſus ſit ⁊ in preſentiarum patiatur. Patientiſſime quotidie in libro legimus experientie. Sed audi etiam Epiſcopi cuiuſdam patientiam. Joannes Patriarcha Alexandrinus precipiens aliquando dari cuidam petenti elemoſynam decem nūmos ereos tantum / conuitia patiebatur ab eo in facie atrociter ille beatus / quia non dederat ei quotquot voluit: his autem qui de obſequio erant querentibus cedere eum qui conuitiabatur / increpauit eos vehementer patriarcha dicens ſinite eū fratres / habeo lx. annos. blaſphemans per opa mea Chriſtum / ⁊ vnū conuiciū non portabo ab iſto? Et p̄cepit datori ſoluere ſacculum / vt ſineret pauperem tollere q̄tū vellet p̄cium. Idem cum nepos eius percuſſus a quodam caupone: peteret ſe vindicari / reſpondiſſetq; / taliter ſe vindicaturꝰ vt tota admiraretur Alexandria / p̄cepit prepoſito cauponū: ne ab illo caupone acciperet neq; conſueta ſua / neq; publica / neq; penſiōem ergaſterij eius / et ipe eīn / ſanctiſſime eccl'e erat: hec erat vindicta q̄ mirabatur tota Alexandria.

¶ De tēꝑantia Epi ↄtra gulam.

FIat reſtrictio frugalis / tāte varietatis / ⁊ multiplicitatem ferculorum ſūptuoſiſſimoꝝ / in eadem menſa / vſq; ad nauſeam / ⁊ perditam vaſtatiōem: eaꝝ rerū ex quib⁹ multi vētres paupum paſci poſſint. Cōſidera pater q̄lis ſit illa iniq̄tas apud eccl'aſticos viuentes ex oblationib⁹ ac laboribꝰ paupum qui ita luxuriant quaſi gratis obuenerit ſibi / quaſi preterea ad nihil aliud nati ſint / diligēti⁹ q̄q; paſcunt apud eos ⁊ carius aliq̄n canes q̄ pauꝑes. Nec iſta dixerim / vt laudet in prelatis ⁊ eccleſiaſticis ſordida tenacitas: honeſtati hoſpitalitati q; ↄtria ſed aſſit frugalitas liberalis / q̄ nō ſcd̄m inanem iactantiā aut opinionem ꝓdigoꝝ ſed ſecundū ↄſcientie virtuoſe iudicium menſuretur.

¶ Reſtringat Ep̄s multitudinē ſeruitoꝝ ⁊ equorum ⁊ adoleſcentium laſciuiarum.

FIat honeſta reſtrictio talis pompe in multitudine oneroſa ⁊ incompoſita tot ſeruitoꝝ ⁊ equoꝝ ↄſumentium opes / ſine menſura / ſine fructu / Adde ꝙ enutrit homines iſtos comatulos / ⁊ adoleſcentes laſciuos ocioſitas peſſima doctrix. Nam multam maliciā docuit ocioſitas ait ſapiēs. Cui peſſimi comites ebrietas ⁊ crapula ↄiungunt. Quid aliud iſti tunc ſtuderent / niſi vel inſidiari aliene pudicicie / ꝓdigi ſue / vel luſib⁹ illiberalib⁹ occupari / hinc illa adinuentio deformoſiſſima habituū varioꝝ: hinc luſus taxilloꝝ / ⁊ ſimilium ꝓhibiti / hinc omnia deniq; tollentia moꝝ honeſtatē. Subditi vero ceteri q̄d facerent niſi qd̄ viderint familiam ſui paſtoris facientem. Imitant certe ⁊ libenter. Ruſus qua fronte iubebit paſtor crapulam ⁊ luxuriā a ſubditis / q̄ aſſidue coram oculis ⁊ in penetralib⁹ ſuis: illas intuet: ⁊ gaudet exerceri / puerbium eſt / q̄lis rector ciuitatis / tales ⁊ habitantes in ea. Et mobile ſemper mutat cū principe vulgus. Fiat obſeruatio ieiunioꝝ ab eccl'a ſtatutorū in Curia Epi: ⁊ ↄſtantior apud diuites ⁊ potentes preſertim eccl'aſticos / apud q̄s ꝓh dolor / iſta iam ſunt velut in deriſu3. Cū ſoli vere pauꝑes atq; ruſticani ieiunēt / q̄bus vix eſt panis cibari⁹ relictus ad ſaturitatē ſufficiēs. Neq; tpe illo ieiunioꝝ ad cenā faciendam / ſit menſa publice p omnibus comedere volentib⁹ / indifferenter parata: quemadmodū in multoꝝ principū Curijs male obſeruatur.

174



¶ Honeſtas teneat in menſa epi non fabule/ſed lectio ſacre ſcripture.

NOn admittantur mimi/⁊ hiſtriones ſcurre/⁊ alie perſone a canonibꝰ ꝓhibite ad mēſam epi: neqꝫ fiāt in ea turpiloquia/ſcurrilitas/cachinni: neqꝫ īmundicie quecūqꝫ. Hec oīa maturitas epiſcopi cohibebit/ſi ipſe garrulus non fuerit. Sed illud Tolletani concilij obſeruauerit.

¶ In mēſa epi non debēt eſſe fabule/ſed lectio ſacre ſcripture. Utinā talis eſſet oīm epiſcopoꝝ mēſa: qualē deſcribit.b. Grego. in qua.ſ. nll'a abſentiū vita mordet nullus ex irriſione reꝑhendit. Nec in ea ſeculariū negotioꝝ fabule: ſed verba ſacre lectōis audiunt: cum nō pluſqꝫ neccē ſit/ſeruit corpori: ſed ſola eiꝰ infirmitas reficit: vt ad vſus exercēde virtutꝫ habeatur: vtinā talis eſſet menſa: que nō ſplenderet vaſis aureis ⁊ argenteis: ſed fidei ⁊ vite meritis.

¶ De charitate ꝓximi ꝯtra inuidiā.

QUantā charitatem eps ad ſubditos habere debeat: ſatis inuit Dn̄s cū ait: bonus paſtor/aīam ſuā ponit ꝓ ouibꝰ ſuis: ego ſum paſtor bonus/⁊ aīam meā pono pro ouibus meis. Maiorē hac dilectiōe nemo habet: quā/vt animā ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Tantus proximi amor preciꝑue epiſcopū decet. Hunc ⁊ tantū proximi amorē ſancti Apoſtoli habuerūt: dum ſanguinē ſuum fuderūt: vt proximos lucrarentur: quoꝝ ſucceſſores ſunt epiſcopi. Si igitur ait bea. Hierony. in apoſtoloꝝ loco ſumus: non ſolū ſermonē eoꝝ imitemur: ſed etiā conuerſationē/⁊ abſtinentiā. Fecit hoc beatus Paulinus Nolane ciuitatꝫ epus: qui ſe vendi fecit pro redēptione filij cuiuſdam vidue: quo facto/magnā animarum multitudinē lucratus fuit: vt in eius legenda: lectu digna inueniri poteſt.

Et beatus Ioānes Criſoſto. ait. Necqꝫ enī gladiator. plus deberet animam habere in manibus: hoc eſt eā vltro morti dare: quā predicator/qualē maxime decet eſſe epm/exemplo.b. Pauli dicentis: non enī miſit me Chriſtus baptizare/ſed euangelizare.

Hanc proximi charitatē innuit dn̄s cū ad ꝑdicandū binos miſit diſcipulos: quatenus (vt ait bea. Grego.) hoc nobis tacitus innuat: quia qui charitatē erga alterū non habet predicationis officiū (quod epiſcoporum precipuum eſt) ſuſcipere nullatenus debet.

¶ Status epālis periculoſus eſt valde.

SEd ais. ſi ita eſt cauſa hominis cū vxore non expedit nubere. Si ita obligatus eſt epiſcopus eccleſie ſue: ⁊ ad ea que nunc ⁊ prius dicta ſunt tenetur: non expedit fieri epiſcopum: quia vt audio/epiſcopus/nomē eſt operis non honoris. Scopos enī grece ſuperintēdere eſt latine. Et ꝙ in omnibus actibus ſuis vel dictꝫ nihil ſuū querere debeat epiſcopus: ſed tantū aut dei honorē: aut ſalutē proximoꝝ: aut vtrūqꝫ. Et ꝙ epus ſeipſum prorſus abnegare debet: ⁊ ꝙ iā ſibi non viuat: ſed ſubditis/⁊ ei qui pro ipſis mortuꝰ eſt. hoc plane difficile eſt: melius igitur inquā fuiſſet me nunquā duxiſſe vxorē eccleſiā. Quid hic dicis? Nihil aliud pater dico ꝗ illud ꝙ Auguſtinus lumē eccleſie duꝫ in epiſcopi adiutorē fuiſſet electus cum lachrymis eſt lamentatus: quod merito/tuū: ⁊ omniū noſtri temporis epiſcoporū: cor debet concutere. Ait enim ad Ualeriū epiſcopū: qui eum in adiutorem epiſcopū elegerat. Ante omnia peto: vt cogitet religioſa prudentia tua nihil eſſe in hac vita: ⁊ maxie hoc tempore facilius ⁊ leuius/⁊ hominibus acceptabilius epi officio ſi ꝑfunctorie atqꝫ adulatorie res agat: ſed nihil apud deū miſerius/triſtius ⁊ dānabilius. Itē nihil eſſe in hac vita/⁊ maxie hoc tēpore difficilius/laborioſius/periculoſius epi officio. Sed apō deū nihil beatiꝰ/ſi eo mō militet quo noſter Imperator iubet. Quis autem ſit

modus nec a pueritia: neꝗ ab adoleſcentia mea didici. Et eo tēpore quo diſcere ceperā vis mihi facta eſt/ merito peccatorū meoꝝ. Nam quid aliud exiſtimē/ neſcio: vt ſecundus locus gubernaculoꝝ mihi traderetur: qui remū tenere non nouerā. Et infra. hinc erant lachryme ille / quas me fundere in ciuitate / ordinationis mee tempore nōnulli fratres animaduerterūt.

¶ De amore dei ⁊ alacritate in diuino officio contra Acediam.

Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo: ⁊ in tota anima tua: ⁊ in tota mente tua: hoc eſt maximū ⁊ primū mandatū / in quo vniuerſa lex pendet ⁊ prophete. Finis eñ precepti charitas ait Apoſtolus de corde puro cōſcientia bona ⁊ fide non ficta/ oīs conſummatiōis vidi finem latū mandatum tuū nimis. Nimirū mandatum hoc/ de quo Chriſtus in euāgelio. Mandatū nouum do vobis: vt diligatis inuicē. non tamē ibi ſiſtendo: ſed in deū referēdo / alias blaſphemia eſſet hec dilectio: ⁊ eſſet frui vtendis. Mandatū ergo hoc / mandatū charitatis eſt dei ſuper oīa. hunc ſi dilexerimus ſuper oīa alacriter ei ſeruiemus. amor eñ/ etiā difficilia facilia facit: quippe ꝙ amor affectiuus effecti amoris ſit cauſa/ hanc dilectionē ſequitur gaudiū. Unde ⁊ bea. Paulus enumerans fructus ſpiritus ait: charitas gaudiū pax/ gaudiū charitati coniūgens: qđ gaudiū/ acediam que eſt tediū/ ſiue triſtitia de ſpirituali bono: penitus extrudit. Deum amare ⁊ glorificare per ſe ⁊ alios debet epiſcopus. Ad hūc dei amorē concitare te debes omni conatu cogitans: quia dominus deus tuus eſt: qui te creauit hominē: qui te redemit: qui ⁊ te eternaliter glorificabit: ⁊ hic in terris glorificauit: non ergo ei ſis ingratus/ ſed vices redde amoris: ⁊ eum qui te glorificauit glorifica. Glorifica inquā primum intra te/ in corde tuo/ inſtar eius que dixit. Magnificat aīa mea dominū/ ⁊ exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari ſuo: ꝗa fecit mihi magna qui potens eſt. Fac vt ex ſententia dicere poſſis cum pſalmiſta. Cor meū ⁊ caro mea exultauerūt in deum viuū. Et item glorifica eum ore. Benedicā deum in omni tēpore/ ſemper laus eiꝰ in ore meo. Nedum autē in ore/ ſed fac vt ⁊ opera tua/ laudent ⁊ magnificent deū / bene viuendo. Siue manducatis/ ſiue bibitis: vel aliud quid facitis/ oīa in gloriam dei facite: ait Paulus: Auguſtinus. Si quod manducas/ ⁊ bibis ad refectionē corporis ſumis/ reparationēꝗ membroꝝ gratias agens ei: qui ꝓbuit mortali/ ⁊ fragili iſta ſupplementorū ſolatia: cibus tuus ⁊ potus laudat deum. Et hec laus bone vite magꝭ ꝯtinua ē. Nā ſ̄m Auguſtinū: qui deū līgua laudat: non ſemper laudare poteſt: qui deum moribus laudat: ſemper poteſt.

¶ Non ſolum ad ſui/ ſed etiam ad ſubditorum ſaluationem debet niti epiſcopus.

Non ſufficere aūt pater tibi debet: vt tu apud te ⁊ intra te/ deum magnifices: ⁊ laudes corde/ ore/ ⁊ opere: ſed ⁊ alios: in id ipſum concitare ſtudeto. flāmeſcat igne tua charitas: vt ardor accēdat ꝓximos. Dic igiť: magnificate dñm mecum ⁊ exaltemus nomē eius in idipm. Dicunt Juliū Ceſarem/ militibꝫ ſuis nunꝗ̄ dixiſſe ite: ſed ſemꝑ venite: et ſpiritus ⁊ ſponſa dicunt veni. et qui audit/ dicat veni. Ita ⁊ tu qui eps arieſꝗ tui gregꝭ es/ precede nos in bonis operibꝫ: ⁊ dic venite poſt me. Imitator Chriſti: q̄ incepit facere ⁊ docere/ aries/ gregē/ nolā in collo tenēs/ ꝑcedit ⁊ ideo eū oues ſonantē ſequunť. Et tu ingredere cū nolis. inſtar ſummi ſacerdotis: de quo ſcriptū eſt in Exodo: ꝙ tintinabula debeāt eſſe veſtimētis eius inſerta: ita vt audiať ſonitus quādo ingreditur ⁊ egreditur/ ſanctuarium in conſpectu domini/ ⁊ nō moriatur Super quo dicit bea. Gregorius. Sacerdos nāꝗ ingrediens/ vel egrediens moriť: ſi de eo ſonitus non audiť: quia irā contra

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſe occulti iudicis erigit: ſi ſine predicatiõis ſonitu incedit. Apte autẽ tintinabula veſtimẽtis illius deſcribũtur inſerta. veſtimẽta em̃ ſacerdotis/ quid aliud/ ꝙ̃ recta opera debemus accipere? propheta atteſtante/ qui ait/ ſacerdotes tui iduant̃ iuſtitia. Veſtimẽtis itaqꝫ illius tintinabula inherent: vt vite viam/ cuꝫ lingue ſonitu/ ipſa quoqꝫ opera ſacerdotis clamẽt. Bonis igitur operibus: quaſi quibuſdã tintinabulis concitari debent ſubditi: vt paſtorẽ animaꝝ ſuarum ſequãtur. Et hoc quidẽ admoduꝫ neceſſariũ eſt paſtoribus: ad omnes em̃ dicit dominus illud: quod Joſeph ad fratres. Niſi venerit frater minimus vobiſcũ/ non videbitis amplius faciẽ meam. Itaqꝫ magna cura habenda eſt epiſcopis pro oĩbus ſuis ouibus ſubditis: cũ ſalus eorũ etiam a minima oue neglecta/ pendeat: quam per ſuã negligentiã perdiderint. Non ſolũ ergo ipſe diligat ⁊ deũ laudet: ſed etiã ſuos ſubditos (vt frequẽter dictũ eſt) ad hoc ipſum inuitare debet.

¶ Epiſcopus debet in primis reformare diuinũ cultũ: deinde eccl'iaſtica viſitare ornamẽta: ⁊ Tertio curatos examinare.

Sed ais. et quid igitur in primis faciã/ vt deũ laudẽ/ diligã: alios quoqꝫ ad hoc faciendũ alliciã? Reſpondeo ⁊ dico confidenter ſine dubitatione: ꝙ his tribus/ facies rem deo ⁊ hoĩbus placitam: ⁊ tibi hic ⁊ alibi honorificã. Primo ⁊ anteomĩa coneris ad reformationẽ diuini cultus: vt per totaꝫ dioceſim ⁊ ciuitatem pſallatur et cantetur iuxta canonicas ſanctiones. Secundo fac viſitari miſſalia/ calices corporalia: pallas altariũ cum reliquis ornamẽtis eccleſiaſticis/ et ſub pena precipiat̃: vt mundentur ⁊ aptent̃ iuxta eccleſiaſtica ſtatuta. Tertio facit examinari oẽs curatos: vt ſciatur/ an nouerint debite adminiſtrare eccleſiaſtica ſacramẽta: et neſcientes doceant̃/ ne periculũ animaꝝ incurratur. Hec tria facilime reformari poterunt: neqꝫ aliquã patientur reſiſtentiã: et multũ erunt edificatura in populo/ ad deuotionemqꝫ concitatiua. Ceterũ illo facto ad reliqua cũ diſcretione ſcđm ꝙ vnctio et chriſtiana docebit prudentia: procedendũ erit. Sic facere ⁊ procedere iubet dominus Primũ inquit: querite regnũ dei ⁊ iuſticiã eius/ ⁊ hec oĩa adijcientur vobis.

¶ Querentibus principaliter ſpiritualia/ epiſcopalia adijciunt̃.

Ordinẽ hunc procedendi obſeruauerunt ſancti epiſcopi/ Amandus/ Arbogaſtus/ et Florencius predeceſſores tui: qui primũ ⁊ principaliter querebant gloriam dei/ ⁊ animarũ ſalutem. homines ad dei ⁊ proximi dilectionẽ (que eſt iuſtitia regni) inducendo: ⁊ nihil temporalium querebant: ſed erant eis a domino adiecta in magna copia. Cum eorũ ſequaces in epiſcopio: qui temporalia querebant ſpiritualia negligẽdo. Neqꝫ temporalia/ neqꝫ ſpiritualia obtinuerũt: ſed vtraqꝫ amiſerũt. Et ita verũ factum fuit verbũ beati Bernardi. Religio peperit diuitias/ ⁊ filia deuorauit matrem.

¶ Habes ecce Reuerende ⁊ deo amabilis epiſcope/ pater charíſſime/ habes meaꝫ imo non tam meam ꝙ̃ ſanctiſſimoꝝ patrũ ſuper epiſcopi vita ſententiam per capitula ſeptem/ iuxta virtutes ſeptẽ contra ſeptem capitalia vitia deſcriptam. Quam ſi ſecutus fueris procul dubio verus epiſcopus eris. Securuſqꝫ in conſpectu tremẽdi iudicis poſt mortem cõparere poteris.

¶ Epũs non debet exaudire adulatores ſibi ꝯtrariũ perſuadere nitẽtes.

Non autẽ ignoro ſi hec audierint/ vel legerint Snatones aulici adulatores: quin mox ſubridentes ſubſannando dicent. Durus eſt hic ſermo: et quis poteſt eum audire? Dominus noſter epiſcopus iuuenis eſt/ et tanta

grauitas morũ non cõgruit. Nobilis eſt ꝛ
ex proſapia comitũ genitus. Sed ꝛ domi-
nus tẽporalis eſt/ quia Alſatie Landtgra-
uius/ non ſimplex epiſcopus: ideo ratione
illius dominij tẽporalis licet ei quod al-
teri minime liceret. Oportet habere ſolatia
Interpone tuis interdũ gaudia curis: ait
vulgatus author. Sed ꝛ Joannes euange
liſta perdicẽ propter fratrũ ſolatia/ manu
conſectauiſſe legit. Item: quod caret alter-
na requie durabile non eſt. Porro ad quid
nemora ꝛ fere ſyluestres in dominio ſuo? ſi
non ei aliquãdo liceret ire venatũ: quid de-
niqꝫ obeſt intendere ludis: ſaltẽ cum ſua fa
milia. Et ita inherere veſtigijs predeceſſo-
rum ſuorũ. habet enĩ ſufficientes in omni-
bus ſpiritualibus: ꝛ etiã ſecularibus ſerio-
ſis rebus vicarios. Ita dicent tibi blandi
entes: ꝛ ſub melle tali venenũ mortiferum
propinantes.

¶ Iuuenis ep̃us ſeniles ꝛ matu-
ros induere debet mores.

SEd ais ꝛ quid
reſpondebo eis? Reſponde
ꝛ dic primo. Eſto q̃ iuuenis
ſum/ tamen epiſcopus ſum.
Et hic dies aliam vitã affert: alios mores
poſtulat/ quod tolerabile fuerat in canoni-
co adoleſcente/ reprehenſibile et ſcandalo-
ſum erit in epiſcopo iuuene. In maxia for-
tuna minor licentia eſt/ ait Salluſtius.
Vere ſic eſt/ qui enĩ dimiſſi in obſcuro vi-
tam agunt: ſi quid iracũdia deliquere/ pau
ci ſciunt: qui magno imperio prediti in ex-
celſo etatẽ agunt/ eorũ facta cũcti mortales
nouere. Tales itaqꝫ minime iraſci decet.
Nam que apud alios iracũdia dicitur: ea
in imperio ſuperbia ꝛ crudelitas appella-
tur. Et hoc quidẽ Salluſtius de iracũdia
dixit. Sed nõ minus de alijs inordinatis
paſſionibus intelligendũ eſt. Recitat Tul-
lius in officijs q̃ Pericles ꝛ Sophocles
quondã ſimul erant: vt ↄſultarent in facto
Romane ciuitatis. Inter ceteros preterijt
eos iuuenis quidã puer pulcher: quẽ reſpi
ciens Sophocles ait Periclĩ: Pericles o

pulchrũ puerum: Ad hoc reſpondit Peri-
cles: pretorem decet/ non ſolũ manus ꝛ lin-
guã/ ſed ꝛ oculos cõtinere: Ecce pretor: q̃a
pretor ꝛ in poteſtate cõſtitutus erat: non li
cuit oculos habere incõtinẽtes/ ſed concu-
piſcẽtiã illã oculoꝝ ↄpeſcere debebat. Ideo
nihil debet facere princeps: ꝛ maxime ſpiri
tualis qualis ep̃us eſt: quin totũ ponderere-
tur ꝛ per rationẽ mẽſuret: ꝛ quin velit vnũ
quẽqꝫ id ſcire. Si enĩ non vellet adhuc ta
men ſciret/ et precipue hi ſcient ad quos mi
nime ſpectat. Nimirũ quotidie querit vbi
eſt ep̃us? quid agit ep̃us? incipit ne epiſco
paliter viuere? an ſequit veſtigia pernitio-
ſa ſuorũ predeceſſorum? Iam lapſus eſt an
nus: quid agit? epiſcopus dormit/ ep̃s ſur
git ep̃us audit miſſaꝫ/ epiſcopus prandet/
talia epiſcopo miniſtrant cibaria/ epiſcop᷒
ſpaciat/ ludit/ ſagittat/ ludit in ſperulis in
fritellis: quid multa? non faceret ep̃us ſal-
tum in Zabernia: quin mox illud ſciretur
per totã dioceſim/ ꝛ in Argentina. Non er-
go me releuat a ſerio: quia iuuenis ſum: ſed
cogor relinquere iocũ: quia epiſcopus ſum.
Scio deniqꝫ quia ſcriptũ eſt. Senect᷒ ve-
nerabilis eſt non diuturna neqꝫ annoꝝ cõ
putata numero. Cani aũt ſunt ſenſus hoĩs
ꝛ etas ſenectutꝭ vita imaculata. inueniũtur
pueri centũ annoꝝ maledicti/ iuuenis eſt
et Daniel puer etate/ ſed ſenſu ſenex.

¶ A iuuẽtute aſueſcendũ eſt virtutib᷒.

VOs dicitis quia
iuuenis ſum: ideo iuuenili-
bus intẽdere debeam. Ego
prorſum in cõtraria ſum ſen
tẽtia: ꝛ potius q̃a iuuenis ſum/ mea iuue-
nilibus cõpeſcere debeo: ꝛ formã mihi opti
mã viuẽdi pſtituere: quã facile mihi faciet
aſuetudo: ſed ꝛ ſcriptum eſt. Bonũ eſt viro
cũ portauerit iugũ ab adoleſcẽtia ſua. Pro
uerbiũ eſt. Adoleſcens iuxta viã ſuam/ eti-
am cũ ſenuerit non recedet ab ea. Et rurſus
ſcriptũ eſt. Si mutare poteſt Ethiops pel
lem ſuam: aut Pardus varietates ſuas: ꝛ
vos poteritis bũ facere cũ didiceritis malũ
Et quod noua teſta capit inueterata ſapit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Dic ſecũdo eſto ꝙ ex comitibus nobi/
libus ꝓgenitus: ſed ⁊ Alſatie ſim Landt/
grauius. Scio tñ quia ⁊ epſ ſum/ porro
dicite mihi fratres ſi Landtgrauius cũ ſua
pompa ⁊ ſeculari vita/ a diabolo ad perpe/
tuas inferni raperet̃ penas/ vbi queſo epũs
noſter reſideret: Epalis dignitas/ Landt
grauij dignitatem ſuperat: ⁊ ideo potius
epm̃ agere oportet ꝗ̃ Landtgrauiũ. Scio
deinde: quia lucos ſaltus/ ⁊ nemora cũ fe/
ris habet epiſcopiũ/ ſed nunquid ideo/ ego
ero venator? habeo equorum ⁊ porcoꝝ ſta/
bula/ ſed ⁊ piſtrinũ ⁊ culinam: nunq̃d ideo
vultis vt ⁊ ego ſim cocus: piſtor ⁊ porcorũ/
equorũq; cuſtos. Vultis ne vt ⁊ ego luſtrẽ
oĩa promptuaria in coquina/ anetũ/ cu/
minũ/ ⁊ rutam examinẽ: ⁊ curioſus ſim in
dagator totius ſuppellectilis: quẽadmodũ
quidã ſordidoꝝ epiſcopoꝝ qui ſe iactãt ni/
hil eos latere de re domeſtica. Sed ⁊ oĩa
per eos recepta ⁊ expoſita in ordinẽ debitũ
a ſe fuiſſe deſcripta: vt mox in quo folio ⁊ ri
ga hi vel illi cenſus deſcripti ſint: oſtẽdere
ſciant. Mentior ſi non talẽ nouerim epm̃:
etiã hoc ipſum de ſe ſtulte iactantẽ. Nihil
autẽ vel parũ de aĩabus ſuorũ ſubditorũ
intelligentẽ. Vultis vt de me hoc dicatur
quid vulgo de aliq̃bus epĩs dicitur. Epũs
noſter eſt bonus Econom⁹ ⁊ nihil amplius
eſt non aĩaꝝ/ ſed burſarũ: non kiriace/ ſed
coquine epſ [ nit ein ſelen ſunder/ ein ſeckel
biſchoff/ nit ein kirchen ſunder/ ein kuchen
biſchoff ] Abſit vt hoc faciã. Terret eñi me
he. Bernardi ſcriptũ ad Eugeniũ papã ita
dicentis.

¶ In epõs ſordidos maiorẽ curaz re/
bus domeſticis ꝗ̃ diuinis ĩpendẽtes.

QUid epõ turpi/
us/ ꝗ̃ incũbere ſuppellectili
⁊ ſuoſtãriole ſue/ ſcrutari oĩa/
ſciſcitari de ſingulis/ morderi
ſuſpitiõibus/ moueri ad queq; perdita vel
neglecta/ ad verecundiã dico quorundam
eiuſmodi ſcrutantiũ quotidie oẽm ſubſtan
tiam ſuã numerãtium ſingula de minutis
⁊ quadrãtibus exigentiũ rationẽ. Non ita
ille Egyptius qui Joſeph oĩbus crediderit
ignorabat quid haberet in domo. Erube/
ſcat chriſtianus chriſtiano ſua non credẽs/
homo ſine fide/ fidem tñ habuit ſeruo ſu/
per oĩa bona ſua conſtituẽs eum. Et hic
erat alienigena. Mira res ſatis ſuperq; epi
ſcopi habent quibus aĩas credant: ⁊ qui/
bus ſuas cõmittant facultates nõ inueni/
unt. Optimi videlicet eſtimatores rerum:
qui magnã de minimis / paruã aut nullaz
de maximis curam gerentes. Sed vt liqui
do datur intelligi patiẽtius ferimus Chri/
ſti iacturam/ ꝗ̃ noſtrã/ quotidianas expen
ſas quotidiano reciprocamus ſcrutinio: et
continua dominici gregis detrimẽta neſci/
mus. De precio eſcarũ ⁊ numero panum/
cũ miniſtris quotidiana diſcuſſio eſt. Ra/
ra admodũ cum preſbyteris celebratur col/
latio de peccatis populorũ. Cadit aſina: et
eſt qui ſubleuet eam: perit aĩa ⁊ nemo eſt
qui reputet/ nec mirũ cum nec noſtros quẽ
dem aſſiduos ſentiam⁹ defectus. nõne ad
ſingulas ſupputatiões iſtas iraſcimur/ vri
mur/ anxiamur/ Tolerabilius rerũ/ quam
mentiũ ſuſtineremus iacturã: quare inquit
non magis fraudẽ patimur. ſuſtinere te po
tius conſulo etiã minus idoneũ yconomũ
ꝗ̃ te ĩmergere labirintho huic: memẽto ſal/
uatorem Judam Aeconomũ habuiſſe.

¶ Qualem ſe epũs exhibere debeat
ſue familie/ ſiue domeſticis:

QUod aũt dicitis
me ſaltem vobis fore famili
rem in iocis ⁊ luſibus non
accepto. Debet enim epiſco/
pus apertis viuere ianuis/ ⁊ tantã hone/
ſtatem in priuato/ quantã in publico tene/
re ſuamq; familiam diligẽter regere: Quis
enim curam temporalium alij committere/
⁊ me de eis non intromittere deceat: tamen
de familia ego ipſe curare debeo. Docet me
hoc idem Bernardus. Multa (inquit) ne/
ſcias/ plurima diſſimules/ nonnulla obli/
uiſcaris. Sunt tamen que ignorare te no/
lim mores quorumq; et ſtudia: Non opor/
tet vt vitia domus tue vltimus ſcias/

quod ꝙ̄ plurimis nouimus ꝯtigiſſe. Quapropter/ vt dixi/ alius alia diſpenſet/ de diſciplina tu prouide/ illud nemini credas. ſi inſolentior coram te vel ſermo inſonuerit vel habitus apparuerit/ manus tua ſuper eiuſmodi/ tu vlciſcere iniuriam tuam. Impunitas auſum parit/ auſus exceſſum. Domum epiſcopi decet ſanctitudo/ decet modeſtia/ decet honeſtas/ horum diſciplina cuſtos. Epiſcoporum domus aut ceteris honeſtiores/ aut fabula omnibus. In vultu in habitu in inceſſu illorum qui circa te ſunt/ nil reſidere impudicum/ nil indecens patiaris. Debent epiſcopi comatulos pueros/ ⁊ cōptos adoleſcentes/ ſecum non habere. Certe inter mitratos diſcurrere calamiſtratos non decet.

¶ Ep̄us erga familiam ſuā grauis ſit non tamen auſterus.

Te memēto ꝙ ſapiens admonet/ filie tibi ſunt noli faciem tuam hilarem ad eas oſtendere. Nec auſteritatem tibi ſuadeo ſed grauitatem. Illa infirmiores fugat hec leuiores reprimit. Illa ſi aſſit odibilem/ illa ſi deſit contemptibilem reddit. In omnibus tamē modus melior/ ego/ nec ſeuerius velim/ nec diſſolutius/ q̄d hac mediocritate gratius/ vt nec de ſeueritate ſis oneri/ nec de familiaritate contemptui. In eccleſia epiſcopum/ domi te patrē familias exhibe/ ament te domeſtici tui/ ſꝫ et facito vt timeant. Utilis ſemper cuſtodia oris/ que tamen affabilitatis gratiam non excludat. Ergo vbiq; frenanda lingua preceps/ maxime autem in conuiuio. Ille conuenientior habitus/ ſi actu quidem ſeuerus ſis/ vultu ſerenus/ verbo ſerius.

¶ Precipiat omnibus officialibus ne ab aduentantibus aliquid petant/ ſed ſuis ſint contenti ſtipendijs.

Omnes quos i officijs qualicūq; nomine appellantur/ conſtituiſti/ fac vt neceſſaria de manu tua accipiāt his contenti ſint/ que tu prouiderꝭ illis/ tu vide ne egeant. Super hoc q̄d forte ab aduentantibus petere deprehenderis iudica iezitam. Id de oſtiarijs/ id de ceteris officialibus decernendum eſt/ Ex his omnibus elicitio. quia non oportet epiſcopum eſſe leuē aut luſiuum cum ſua familia aut coram ea/ ſed maturum ⁊ grauem/ ꝙ̄uis non auſterū. Sꝫ dicitis ⁊ quid de ſcacorū ludꝭ aut alijs ſimilibus cauſa recreationis factis.

¶ Epiſcopo etiam Scacorū ludus vitandus eſt.

Et quid ꝺ ludo ſcacorum/ ⁊ ſimilibꝰ cauſa recreationis nature factis. Reſpondeo/ ꝙ ſunt qui dicunt non eſſe prohibitum. Sed non ſatis eſt ſecura opinio. Nam cū clerici ſint aſſumpti in ſortem domini propter q̄d ſe in eccleſiaſticis officijs ⁊ alijs bonis ſtudijs exercere ſe debent diligenter/ nō decet clericum ludis talibus conſumere/ ꝑſertim illo ludo/ cum ludus ille ſcacorū valde animum diſtrahit/ ⁊ talibus plurimum conſumit. Nimis deniq; miſer qui in ſortē domini aſſumptꝰ/ extra dominū in huiuſmodi exercitijs vanis/ ⁊ vanitatibus recreationem querit/ quaſi in ſummo ⁊ delectabiliſſimo bono/ recreatio haber non poſſit. Et ſicut dicit Hieronymus. Ama ſciētiā ſcripturarum ⁊ carnis vitia non amabis. Ita in propoſito dici poteſt/ ama ſcientiam ſcripturarum/ ⁊ ludos ac otium iners nō amabis. Potiſſime autem epiſcopis eſt ab hoc abſtinendum. Unde eſt epiſcopum quendam legimus propter hoc acriter fuiſſe caſtigatum. Ait enim Petrus Damiani Florentine ciuitatis Ep̄us/ ludo Scacorum ꝑfuit/ quem ego increpans adhuc ep̄s/ iniūxi ei/ vt ꝑcurreret tria pſalteria/ ac. xij. pauperum pedes lauaret/ et eos reficeret/ ⁊ ſingulis ſingulos daret denarios/ vt manib

ablueret quod manib⁹ polluerat. Si Epiſcopus ludo Scacorꝫ indulgens ſic reprehenſibilis eſt / quid erit de illo : qui ludis cartarum / tabularum / taxillorū / aut aliis alearum ludis generibus intenderit.

¶ Famuli leuem aut laſiuum cum eis Epiſcopū irrident.

Propter hec autē enumerata incōmoda que leuitatem ludi ſequūtur : hoc nō effugiet Ep̄s / qn famuli ludētē illudāt. Etenim ſi cū familiarib⁹ ꝛ ſatellitibus meis id fecerim / plane me intra ſe / ꝛ ſi non palam irridebunt : ſed a tergo aures aſini mihi ironice facient : linguaſqꝫ vt canis apula protendent : ꝛ ciconias exprimēt pinſentes. Dicentqꝫ illud Satirici. O Iane a tergo quē nulla ciconia pinſit. Nec manus auriculas mutata eſt mobilis albas. Nec lingue quantum ſciat canis apula tantum. Plane ita fiet : nō enim maior ſum Auguſto de quo legitur / ꝙ eo timpanizante in ſcena / a quodam militum probroſe dictum eſt : vides ne vt citharedus orbem digito temperet ? cuius ille verbi paſſus amaritudine : os manus ꝛ animam ab huiuſcemodi leuitate ſuſpendit : habuitqꝫ ſemper gratiam exprobranti. Docet ne gentilis ille vt odiam adulatores : amem autem mihi veritatem dicentes quo omnes principes egent. Cum enim ſecundum Senece ſententiam / omnia ad vota habeant hoc vno carent homine ſcꝫ qui eis libere veritatem dicat. Vnū enim adulandi certamen ꝛ vnum alicorum omniū officium : vnaqꝫ contentio : quis principem blandiſſime fallat. Det mihi deus cor qđ diligat / mihi veritatem dicentes : ꝛ odiat ſuis blandimentis me decipientes. Paucis principibus hec gratia data eſt.

Ep̄m venatorem non oportet eſſe.

Porro quod de venatione mihi dicitis : ꝛ ſaltibus ꝛ lignorum ſyluis : verꝫ eſt ſed econtrario ſcio ꝙ Nicolaus Papa iuſſit quendam Lanfredū iuuenem Epiſcopum venationi deditum excōicari : ꝛ merito eum iuuenem appellatum qui in iuuenilibus deſyderiis occupatus nulla grauitate cōſtringitur. Nam vt beatus dicit Hieronym⁹ : Venatorem nū quam legimus ſanctum. d. xxxiiij. quorundam. Et igitur o ſatellites mei non licet mihi quamuis iuueni venationi vt ſuadetis intendere.

¶ Dic tertio tuis gnatonibus : talia ſuggerentibus / dic inquam / verum eſt / ꝙ habere oportet interdum ſolacia : ſed multa ſunt ſolatiorum genera : ꝛ non quelibet quibuſlibet congruunt. Vultis ne ( o paraſiti ) vt nucibus iam ludam ? ſicut cū eſſem puerulus. Vultꝫ vt ludo pile ſicut cū eſſeꝫ in ſtudio adoleſcēs : tempus perdam ? aut cum crotalis ſaltem ? Obiicitis mihi Joannem euangeliſtam poſteaquam ſecutus fuero Chriſtum in vita mea omnibus tēporalibus relictis : ꝛ in ſinu Chriſti in cena ob dormiero : ꝛ in cruce matrem mihi cōmiſit : ꝛ in Pathmos inſula / Apocalipſim mihi reuelauerit ꝛ dederit mihi nedum intelligere : ſed ꝛ dicere. In principio erat verbum. ꝛc. poſteaqꝫ hec fecero / tunc afferte mihi perdicē in deſerto : ꝛ eam nō ꝓpter meum ſed diſcipulorum ſolatium libere ꝛ libenter contrectabo.

¶ De officio Epiſcopi.

Dic q̄rto qꝛ mihi non vacat talibus iocis intendere : ad magis ardua vocor : ad alia me trahit officium meum. Seneca ait hominis ſecuri eſt minuta conq̄rere. Cum hoſtis inſtat a tergo / ꝛ mouere ſe iuſſus eſt miles / neceſſitas excutit / qđ pax ocioſa collegit. Demens merito viderer : ſi cum ſaxa in munimentum : ſenes femineqꝫ ꝯgererent. Cum iuuent⁹ intra portas armata / ſigna eruptionis expectaret aut poſceret. Cū hoſtialia in portis tela vibrarent : ꝛ ipſum ſoluꝫ ſuffoſſionib⁹ ꝛ cuniculis tremeret. Sederem ocioſus / ꝛ huiuſmodi q̄ſtiunculas

f

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Orato de electione Epiſcopi.

ponerem/qđ nõ perdidiſti/habes/cornua nõ perdidiſti/ergo cornua habes. Nõ vacat ad iſtas ineptias. Ingens negociũ in manibꝰ eſt: Mors me ſequitur fugit vita/ Aduerſus hec me doce. Si hoc gentilis Seneca dixit/ ſenſit ⁊ voluit ſe occupari puerilibꝰ ineptijs/qꝛ mortem ſibi imminere putabat temporalem: quid ego Chriſtianus/nõ ſimplex/ſ3 Ep̃s/ facere debebo/cui nedum corporalis ⁊ tempalis ſed anime ⁊ eternalis mors imminet. Porro grãde hoc negociũ/arduũ eſt officium meum.

¶ Officium meum eſt.

Legere orare ⁊ p̄dicare. d. lxxxvi. Epiſcopus nullam.

Elemoſynas in pauperes diſpenſare. Ep̃s enim poſſidet res Eccleſie ad diſpenſandum nõ ad diſſipandũ. ij. q. vij. Epiſcopi.

Diſcordantes ꝯcordare. d. lxxxvi. fratrez. d. xc. per totum.

Vigilanter ⁊ ſolicite regere mihi commiſſos. d. c. rationis.

Occupationes ſeculares abijcere ne prefocatus curis negocioꝝ dei verbo nõ poſſim vacare ⁊ ergo non inſtar ſculteti cum baculo cauſas ꝓphanas iudicare. xi. q. i. te quidem.

Non ꝑ me ſed per Economũ clericũ tp̃alia gerere. xvi. q. vij. qm̃ in quibuſdam.

Oportet me hoſpitalem eſſe. xlij. d. § hoſpitalem.

Pauperibus eſt oppreſſis ſolicite prouidere ⁊ eos defendere. lxxxiij. d. Ep̃s.

De rebꝰ eccleſie nihil in meam vel meoꝝ proprietatem ꝯuertere: ſed de eis mihi primum/poſtea miniſtris/demũ alijs fidelibus ꝓuidere. xij. q. i. nulli Epiſcoporum. d. lxxxix. volumus.

Officia canonica propinquis non debeo committere. lxxxix. d. decenter.

Virgines altaria ⁊ eccl̃ias ꝯſecrare Criſma ꝯficere ⁊ cũ ipſo confirmare. d. lxviij. quamuis.

Et alia ſexcenta talia ſupius enumerata ⁊ ꝑ librũ Decretoꝝ ſparſa/facere/imo debeo eſſe ſine crimine vt alios poſſim liberius arguere. xxv. diſ. Epiſcopum.

Nunc dicite o fratres vel ſyrenes. dicite quid tempis vacabit vt iocis intendam?.

Sꝫ dicũt ad talia: habes vicarios in ſpiritualibꝰ ⁊ locũ tenentes q̇ illa expediunt. Quid hic rñdebo? quid dicam eis?

¶ Ep̃i in officijs honeſtis ⁊ diuinis vicarios habẽt/ſꝫ vicia ꝑ ſe exercẽt/iõ ⁊ infernalem vicariũ nõ habebũt ſed ꝑ ſe ibi erũt in ꝓpria ꝑſona.

DIc quinto verum eſt ⁊ ſcio qꝛ vicarios habeo/ ⁊ q̇dem multos: habeo vicariũ in pontificalibꝰ/vicariũ in ſp̃ualibus/vicarium in p̃nialibꝰ/vicarium in iudicialibꝰ/vicarũ in tp̃alibus/quem vicethum appellãt: Vicariũ in miſſalibꝰ/⁊ vicariũ in p̄dicabilibꝰ. Deeſt tñ mihi vnꝰ. Vicariꝰ in infernalibꝰ. Si ſic egero/quẽadmodum vos mihi dulce canitis o Syrenes/ꝑfecto illic in ꝓpria ꝑſona officia faciam/⁊ eternaliter p̄ſentialiterq; reſidebo/ qꝛ ſicut in criminalibꝰ vicarium nõ habui in terris his/ſed per meipſum in ꝓpria ꝑſona vicia exercui/ludendo/lubricando/lucando/ſic nemo ꝓ me erit in inferno vicarius: ſed penas luã ego ipſe. Abite ergo in malam crucem o Sicophante.

¶ Epiſcopus predeceſſoꝝ ſuoꝝ maloꝝ veſtigijs inherere non debet

DIc ſexto recte dicitis me inherere debere veſtigijs predeceſſorũ meoꝝ. ſi tamẽ de bonis ⁊ nõ malis/verbũ hoc intellexeritis/alias ſi malos imitatos fuero/ faciã ꝯtra illud qđ ſcriptum eſt. Ne ſequaris turbam ad faciendũ mala. Neceſſe eſt hac tempeſtate maledicta. ſꝫm ſententiã Senece. Juſtũ induere morẽ planetaꝝ ſiue ſtellaꝝ erraticaꝝ/ q̃ ꝓprio motu ſup polis zodiaci/mouent̃ ꝯ motũ diurnũ firmamẽti: q̃uis etiã a firmamento q̈tidie ab oriente in occidentem motu raptus voluant̃. Sic nimiꝝ iuſtũ oportet niti ꝯtra tractũ ⁊ ꝯſuetudinem/ potius corruptelam/multoꝝ ⁊ ſingularem fieri.

¶ Epiſcopus fidem ſeruare debet ⁊ preſtare qđ policitus eſt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Dic ſeptimo vos (o mei ſatellites) nolite me
veſtris conſilijs/ a via veri-
tatis/ ⁊ iuſtitie abducere. ſcio
enim quid dixerim. ſcio quid ſcripſerim. ſcio
etiã q̃d populo de me publicare iuſſerim.
Dixi me nolle viuere de turpi lucro. ⁊ mal
le vno famulo contentũ eſſe: quam ꝓ pecu-
nia concubinatum diſſimulare. Scripſi-
me ſtudere velle preſtante altiſſimo/ ita po
pulo: doctrina ⁊ exemplo preeſſe ac irrepre
henſibilem exhibere vt grex de ſuo merito
letari poſſit paſtore: ad laudem omnipo-
tentis dei/ ⁊ in ſalutem animaꝝ ſuarum.
Juſſi deniq̃/ hoc publice intimari popu-
lo: ⁊ ita factum eſt ⁊ per hoc murmur ſeda-
tum/ falſuſq̃ ⁊ vagus rumor/ quo q̇dam
ex eis detinebant̄ penitus extinctus. Et ro
gati vt ſpatium ſaltem vnius anni labi ſi-
nerent priuſq̃ de me male iudicarēt. Et ec
ce o ſatellites iam annus labit̄. Neceſſe eſt
igitur vt fidem ſeruem/ ⁊ qḋ pollicitꝰ ſum-
preſtē. Ne de me dicat̄/ Jn principio erat
verbum. Sed nondum/ verbum caro fa-
ctum eſt. Jn principio electionis ⁊ ꝯfirma
tionis: verbũ bonũ et ſuaue: ſed hoc ver-
bum nondum per executionem factum eſt
caro: hoc plane dicet̄ de me/ ſi id quod vos
ſuadetis fecero. Jdeo ad hoc me nulliꝰ ve
ſtrum inclinabit ſuadela. Nolo vt de me
hoc dicterium verum fiat: qḋ apud Sa-
lomonem ſcriptum eſt. Nubes ⁊ ventus/
⁊ pluuia nõ ſequens/ vir glorioſus ⁊ pro-
miſſa non ꝯplens. Neq̃ hoc turpe/ in me
vnquam dicet̄: multum de verbis/ de fa-
ctis nihil habebis. Qualis putatis ꝯtra
me in populo ſurgeret tumultus/ claman
tium/ crucifige crucifige eũ/ Quale gau-
diũ fierem inimicis meis/ q̇ prius de me
falſa finxerũt: ⁊ per totum orbem/ falſo ſu-
per alea infamauerunt: ſi tam in aliquo fa
cto reprehenſibili me deprehenderēt/ quo
circa/ vt cautiſſimus ſim magna mihi in-
cumbit neceſſitas.

¶ Satiſfactum eſt mundanis
hominibus/ iam deo ⁊ cõ
ſcientie ſatiſfaciendũ eſt.

Sed etiam ſi po
pulus taceret/ aut ego eorũ
clamorem ſi occiſacerem/ q̇d
queſo reſponderē ꝓprie mee
conſcientie: quid reſpõderem domino deo
meo: in cuius conſpectu ſto/ neq̃ oculos
eius effugere poſſum. Quid reſponderem
inquam domino deo meo ad cor meũ mi-
hi loquenti. Ecce iam completa ſunt om-
nia que facta ſunt ad gloriam ⁊ conſpectũ
hominum: immo nedum completa/ ſed ⁊
hidrie he mũdane aqua vanitatis vſq̃ ad
ſummum vident̄ implete: ita vt niſi aqua
vanitatis per miraculum vertatur in vi-
num veritatis ⁊ virtutis: erit ridiculũ ma
gnum: penſa queſo/ quantam abſumpſe-
ris pecuniam pro confirmatione/ q̃tam
pro conſecratione/ q̃tam pro regalium in-
inueſtitutione/ quantam in ꝯuentu prin-
cipum Conſtantie/ ⁊ quantam expones ꝓ
regis coronatione/ quantã deniq̃ iam no-
uiſſime pro primario tuo honorifico intro
itu. Et hec omnia ſumpta ſunt de patri-
monio crucifixi/ filij mi/ de bonis paupe-
rum/ de bonis q̃ Dagobertus rex/ Arbo-
gaſto ⁊ Florentio/ pro diuino cultu augen
do/ ⁊ pauperibus alendis/ donauit. Non
in luxum ⁊ pompam/ ſed dei gloriã ⁊ ani-
marum ſalutem. Nonne ergo/ ſaltem nunc
tempus eſt/ fili mi/ ait Dominus/ vt glo-
riam meam queras: ⁊ animarum Epiſcopũ
te oſtendas: ſatis ſuperq̃/ hominibus ⁊
mundo factum eſt/ fac ⁊ mihi/ immo fac ⁊
tibi/ ⁊ populo tibi commiſſo: primum mi-
hi facere debueras/ ⁊ primum querere re-
gnũ meum/ ⁊ deinde alijs/ ſed alijs primũ
feciſti/ ſaltem nunc ſecundo mihi facias.
Da ſecundum locum cui debebatur pri-
mus. Si ita feceris/ facile (ſi veniam pe-
tieris) primam hanc noxam dimittam.
O, ſi neglexeris facere tremendum meum
iudicium non euades.

¶ Amor mundanus funis
eſt quo animus huic
ſeculo alligatur.

# Oratio de electione Epiſcopi.

NOli igitur amodo conformari huic ſeculo/ſed reformeris in nouitate ſenſus tui. Noua ſint oīa/corda/voces ⁊ opera: pṙnceps ſpūalis es ſpūalia ergo cures principaliter: ſeculari bus ſecularia committe: tu princeps / principali intendas. Et procul dubio temporalia ſubſequentur/primum quere regnū dei ⁊ iuſticiam eius ideſt ſpiritualia/⁊ hec omnia ſcʒ tempalia adijcient. Vetus quidam Guilhelmus predeceſſor tuus tempalia ⁊ ſpiritualia diſſipauit ⁊ abſtulit. Guilhelmus nouus colligat ⁊ reddat/affectum ad temporalia ⁊ mundana abrumpe: ⁊ ad ſpiritualia eternaqꝫ conuerte. Amor mundi funiculus triplex eſt qui difficile rumpit amor ſcʒ deliciarum diuiciarum ⁊ pomparum. De quibus Joannes: omne quod eſt in mundo/aut eſt concupiſcentia carnis/ecce diuicias/aut ſuperbia vite/ecce pompas/his miſera hominum mundanorum corda alligata tenent. Tu funiculū hunc amoris ſolue immo precide fac quod iuſſit beatus Hieronymus paulinum Feſtina (queſo te) ⁊ herenti in ſalo nauicule/funem magis precide q̄ ſolue. Nauiculum anima tua eſt. Salum ſiue mare mundus eſt/ideſt delicie/diuitie ⁊ ſuperbia vite. Funis quo anima alligat ⁊ adheret mundo amor eſt/hunc funem/hunc amorem/non ſolum ſolue pedetentim ⁊ deliberatione longa eum dimittendo/ſed ⁊ precide/mox ⁊ cum ſancta indignatione eum a te excutiendo.
Jubes domine deus meus vt amorē hunc precidā da quod iubes: funiculus hic triplex eſt/⁊ vnus ex funiculis Adam quibꝫ miſer trahor ad ſecularia: ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum/⁊ in peccatis concepit me mater mea: igitur ⁊ in Adam/ipſo fune ligatus ſum: quomodo eum preciderem niſi eſſet mihi cultellus/⁊ quidem vt nouacula acutus.

¶ Verbum dei gladius eſt quo preciditur funiculus amoris mūdani.

NOn longe eſt fili mi ait dominꝰ: cultellus iſte in manu tua eſt enim/tu eum tenes/ipſe verbū dei/qđ modo legis / quod in hoc conſcriptum eſt libello/ ipſum eſt gladius de quo Paulus epheſijs ſcribens ait Galeam ſalutis aſſumite /⁊ gladium ſpiritus quod eſt verbū dei: hic gladius verbi dei. Culter petrinꝰ eſt quo preputia circumcidere iuſſi ſunt filij Iſrahel. Petra autem Chriſtus qui eſt verbum dei in excelſis. In principio enim erat verbum. Habeo laminam inquis ⁊ vbi manubrium? Etiam hoc in prompto eſt/⁊ quidem non vulgare/ſed de Sandalo rubeo confectum. Et verbum caro factū eſt/ait beatus Joannes: manubrium ſanguineum carnis/deitatꝭ/verbo dei ſuperadditum eſt / quo facilius verbum dei teneres: quis enim intelligeret verbum dei/qđ erat in principio niſi verbum dei caro factum eſſet. Habes ecce cultellum qua precidere poſſis funem illum amoris/quo annexus es mundo: ipſe eſt inquam/verbum dei/ſermo dei/ fac intret in cor tuū carneū (ſi tamen non fuerit lapideum) mitte gladium in vaginam ſuam/neqꝫ tibi nocebit quia ſpiritualis eſt: tum autem in corde tuo gladius verbi dei eſt: quando frequenter in corde tuo verſas ea q̄ hic ſcripta ſunt ⁊ alibi/ per ſanctorum patrum decreta: ſtatum tuū Epiſcopalem reſpicientia/⁊ ea nō ſolum perfunctorie. ſed frequenter diligenter ⁊ attente legeris/⁊ in affectum traxeris: hoc eſt ꝙ cor tuum tangāt illa ſcripta/⁊ ad dei timorem mundi contemptum/odium viciorum/⁊ iuſtitie amorem/deſiderium celeſtium/fugam ⁊ horrorem infernalium cōmoueāt/Si ſic/acumē cultelli huius/cordi tuo admoueris/proculdubio ſenties: funem hunc amoris mundi preciſum iri. Viuus enim eſt ſermo dei / ⁊ efficax ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti: ⁊ pertingens vſqꝫ ad diuiſiōem anime ac ſpiritus: compagum quoqꝫ ac medullarum ⁊ diſcretorum cogitationū ⁊ intentionū cordis.

179

¶ De quibuſdam qui verbo dei audito ↄuerſi ſunt ad deū rupto funiculo amorꝫ mūdani.

SEnſit Gladij ⁊ cultelli huius verbi ſcꝫ dei acumen ⁊ efficaciam. beatus Antonius / ipſe enim quadam vice recordabatur: quomodo ⁊ Apoſtoli omnibus ſpretis ſecuti fuiſſent ſaluatorem / ⁊ multi vt legitur in actibus Apoſtolorum facultatibꝫ ſuis venditiſ / ꝓcia ad pedes illoꝝ detuliſſent: egentibus partienda / que ve aut quanta ſpes iiſdem repoſita eſſet in celis. Talia ſecum voluēs intrauit eccleſiam / ⁊ accidit / vt tunc euangelium legeretur: in q̄ dominus dicit ad diuitem. Si vis perfectus eſſe / vade ⁊ vende omnia tua quecūqꝫ habes / ⁊ da pauperibus ⁊ veni ſequere me ⁊ habebis theſaurum in celo. Quo audito quaſi diuinitus huiuſmodi ante memoriam concepiſſet: ⁊ veluti ꝓpter ſe hec ſcriptura eſſet recitata / ad ſe dominicū traxit imperium / ſtatimqꝫ regreſſus: poſſeſſionē q̄s habebat dimiſit: ecce vim verbi dei.
Senſit ⁊ quidam alius gladium hūc verbi dei / de quo legimus / ꝙ cum ſemel audiret legi in eccleſia: factum eſt omne tempus quod vixit Adam / nō zenti triginta anni / ⁊ mortuus eſt / ⁊ cetera que ſequunť de moribus eorum qui tam diu ⁊ tantū vixerunt ſtupefactus ⁊ compunctus / ait. Deus meus / omnes moriuntur etiam illi qui tam diu ⁊ tantum vixerunt: quid faciemus ⁊ nos etiam moriemur? Hac igitur vtili ⁊ ſancta cogitatione cōpunctus religionem intrauit. Plane miſit hic gladium huius verbi dei quod audierat in vaginam cordis ſui: verbum ⁊ precidit funem amoris mundani. Senſit ⁊ hoc tertius quidam Rolandus magr̄ de quo legitur ꝙ cum in feſto quodam de Scarletico panno / haberet nouas ⁊ precioſas veſtes / ⁊ ſolennibus conuiuijs interfuiſſet cum ſocijs / ⁊ totam illam diem in luſibus ⁊ vanitatibꝫ ⁊ huiuſmodi vana gloria tranſegiſſet: in ſero ad ſe reuerſus tacite intra ſe ait: vbi eſt feſtū qđ fecimus? ⁊ tota illa letitia / quo abijt? Videns ergo / qđ omnis mundi letitia tranſijt cito / ⁊ ad dolorem conuertitur: ſequēti die mundum relinquens religiōem intrauit / in qua multis annis deſeruiuit domino / ſanctitate / fama / ſcientia ⁊ doctrina preclarus.

¶ Vides iam puto ex paucis exemplis q̄buis alia ſuppetant innumera / quam efficax ſit gladius hic verbi dei ad precidendū funē amoris hui⁹ ſeculi. Tu ergo curato / vt hunc frequenter gladium acuas / verbum dei legas / audias in corde rumines. hunc gladium ancipitem manu opatiōis apprehendas ⁊ ad funiculū cordis admoue vt precidas.

¶ Oratio Epiſcopi ad deū / ⁊ gratiarum actio ꝑ verbi dei gladio ſibi donato.

DOmine deus meus gladium hunc verbi dei ⁊ cultrum Spiritus / gratanter a te ſuſcipio / ⁊ eo vti totis viribꝫ adnitar: tu autem infirmitatem meā conſideras / tremulas habeo manus: incōſtans in bonis ꝓpoſitis / me ipſum nimis male diligo: libēter mihi parco / laborem meum ⁊ dolorem conſideras / ſi mihi vim facere voluero: difficile enim eſt conſueta relinquere. Scio quia ſine te nihil poſſumus. Tu ergo deus meus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpirituiſancto. Sicut erat in principio ⁊ nūc ⁊ ſempꝛ ⁊ in ſecula ſeculoꝝ. Amen

# Sequuntur ſermones tredecim de Gemmis ſpiritualibus duodecim in Kalendis Januarij per Eximium Doctorem Joannem Keyſerſpergium Argentine in Eccleſia Cathedrali ad populum habiti.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



¶ Dominica in feſto Circumciſionis. Anno domini Mileſimo quadringenteſimo nonageſimoſeptimo. De primo precioſo lapide Onychino miſericordie.

Precipe eis vt tollant. xij. lapides Joſue. iiij.

Legim⁹ in libro Exodi. capitulo. viceſimo octauo. ꝙ cū deus iuſſiſſet Moyſen facere fratri ſuo Aaron veſtem ſanctā in gloriam et decorem/ eamqꝫ qualis eſſe deberet/ deſcripſiſſet/ inter cetera precepit: vt ei faceret ſuper humerale de auro ⁊ purpura ⁊c̄. Poneretqꝫ duos lapides Onychinos/ in vtroqꝫ latere ſuper humeralis/ inſcriptos nominibus duodecim filiorum Iſrael ⁊c̄. Similiter ⁊ pectorale quadrangulū/ ſimiliter de auro ⁊ purpura ⁊c̄. [ein viereckecht bruſttuoch] quod appellabatur rationale/ quod habebat menſuram palmi/ tam in longitudine/ ꝙ̄ in latitudine/ iuſſitqꝫ vt in eodem rationali poneret quattuor ordines lapidum [vier zylen ſtein.]

¶ In primo verſu/ erat Sardius Topaſius ⁊ Smaragdus. ¶ In ſcḋo Carbunculus/ Saphyrus et Jaſpis. ¶ In tertio Lygurius Achates ⁊ Ametiſtus.

¶ In quarto Criſolitus/ Onychinus/ et Berillus. Incluſi auro ꝑ ordines ſuos/ habebantqꝫ noīa filioꝝ Iſrael. ſinguli ſingula inſculpta. Tale ⁊ tam precioſum lapidibus precioſis/ erat pectorale ſummi pontificis Aaron/ ⁊ non ſine myſterio magno/ ⁊ ſignificatione. Hoc enim factū erat ſecundum beatum Thomā. prima ſecūde. queſtio. cij. ad ſignificandum/ ꝙ ferret onus totius populi/ per hoc ꝙ habebat nomina eorum in humeris/ ⁊ ꝙ iugiter de eorum ſalute cogitaret/ per hoc ꝙ portabat eos in pectore/ quaſi in corde habens. Adde ꝙ et inſignum/ quia verus ſacerdos. Chriſtus Jeſus/ dominus noſter/ in eternum benedictus: cui⁹ ipſe erat figura duodecim principales virtutes in corde ſuo erat habiturus/ ⁊ ſuis cultoribus eaſdē conſulturus.

¶ Ipſi ſunt lapides precioſi: duodecim conſilia Chriſti/ Sardius/ correctio fraterna/ Topazius obedientia/ Smaragdus caſtitas/ Carbunculus charitas/ Saphyrus paupertas/ Jaſpis verborum ſimplicitas/ Lygurius operum ⁊ verborum conformitas/ Achates ſollicitudinis vitatio/ Ametiſtus manſuetudo/ Criſolitus occaſionis peccandi extruſio/ Onychinus/ miſericordia/ Berillus intentio recta. Nimirum lapides precioſiſſimi/ ⁊ ſuper om̄e aurum et Thopaſion/ a Dauid reputati. Ideo dilexi mādata tua ſuper aurum ⁊ topaſion.

¶ Venit mihi in manus hec torax/ gemmis ſtipata/ querenti quid vobis hac die pro bono anno/ loco Encenij traderem/ et vt arbitror/ non prorſus indigni/ aut contemptibilis. Quis enim pectorale hoc deſpiceret: quod ſummus ſacerdos Chriſtus dominus in pectore geſſit/ rex regum/ et dominus dominantium/ quod ſuis cultoribus induendum poſt ſe reliquit/ et cōmendauit pro ſingulari Clenodio. Sed forſitan non ſatis eſtimabitur/ niſi ſigillatim ſingulas gemmas viſitauerimus diligenter/ et non perfunctorie. Et opus erit illud comicum/ Munus noſtrum ornato verbis Sed quis laudaret has omnes/ et ſingulas in vna hora? Nemo plane. Sed in hac hora vnam exaceruo illo producam/ alias ſingulis annis futuris/ quibus ſuperuixerimus/ domino dante/ ꝓducemus. Sed quam vultis: vt iam imprimis contrectem? Illam vtiqꝫ ſi placet/ que in ſupremo ſita fuiſſe legitur: Onychinum/ qui in vtroqꝫ latere ſuper humeralis poſit⁹ erat preter hunc qui etiā in rōnali penultimus poſitus eſt. Accipe Onychinū hunc pro

preſenti anno/ aptus plane et neceſſarius omnibus nobis. Per ipſum ſignificatur miſericordia / et quando opportunius ſe ingerit miſericordia ꝗ̄ hoc magnarum miſeriarum tempore. Sic igitur hic miſericordie Onychinus Encenium veſtrum/ hunc vobis commendo et trado hunc ſuſcipite hilari fronte/ atq; ſecundum eius interpretationem veſtram vitam moderate.

¶ Sed que conuentio Onychini ⁊ miſericordie? Cur per eum miſericordia ſignificatur? conueniunt ne in aliquibus conditionibus? vtiq; in tribus.

¶ Primo. Onyx ſimilis eſt vngui humano: ſic ⁊ miſericordia.

¶ Secundo. Onyx oculo infirmo appoſitus ſponte ſua: quaſi res ſenſata intrat ſine leſione/ circuitq; oculum/ ⁊ penetrat interius omnes partes quouſq;/ eius contrarios humores/ prorſus excuſſerit.

¶ Tertio. Onyx valet contra ſcabiem et dealbat faciem. Hec tria noſter ſpiritualis Onyx miſericordie/ perficit/ ſicut clare deducemus. Sed ad preſens hec tria nõ poſſumus perficere: ſolum autem primũ/ reliqua duo/ ad feriam ſextam Epiphanie domini reſeruantes/ expediemus.

Rima igr̃ Onycis proprietas eſt: ꝙ ſimilis ē in colore ⁊ magnitudĩe vngui humano/ vnde ⁊ nomen traxit: vt enim dr̃ in Breuiloquo. Onyx onycis quedã gemma appellatur/ dicta ſic/ eo ꝙ habeat in ſe permixtum candorem in ſimilitudinẽ vnguis humani. Onyca enim greci vnguem dicũt. Inde hic onycus vel onyculus/ pro eodẽ lapide/ ⁊ corripit pe. genitiui onycis/ Hec ille. Sic ⁊ miſericordia / habet vnguis ſimilitudinẽ. Et in quibus ais eſt vngui ſimilis miſericordia? Reſpondeo ꝙ primo/ in hoc eſt ſimilis vngui miſericordia/ quia vnguis eſt extremum in homine: vnde ⁊ per vngues in ſcriptura vltimate operationes deſignantur. Exodi. x. Non remanebit nec vngula (ait Moſes pharaoni volenti dimittere populum/ non autem pecora) Et extremi conſanguinei apud teutonicos appellantur [nagel freund] Et certe miſericordia ſiue conſilium miſericordie/ extendit ſe etiam vſq; ad vltimum poſſibilitatis noſtre. Immo perfecta miſericordia nõ habet vltimum: quia vt dicit gloſa Leuiti. ij. Miſericordia nunq; impletur/ qꝛ ſi miſerearis quantum potes plus tamẽ velle debes. Si vis videre/ quomodo ad extremũ miſericordia initar vnguis perueniat: quia corde prodit vſq; ad extremum hominis ſicut ſtatim dicetur. Ecce dum vides pauperem miſerum. Primo tangitur ⁊ commouetur cor tuum miſericordia/ quia miſeria pauperis tangit cor tuum. Sed nunquid ibi ſiſtit? Non vtiq; ſed ratio procedit ſi tamen vera eſt: vſq; ad os/ vt conſoleris pauperem. Neq; ibi ſiſtit / ſed ad manus vſq; digitos ⁊ vngues/ deriuatur, id eſt ad opus Legitur de muliere in Prouerbijs. Manꝰ ſuas non ſolum cor ⁊ os aperuit inopi/ Et palmas ſuas extendit ad pauperem/ niſi enim ſic: fruſtra nobis ipſis blandimur ſuper miſericordie Onychino. Teſtis eſt nobis locupletiſſimus/ atq; hac in parte nullo modo reprobandus/ diuinꝰ ille beatuſq; Joannes / qui inquit in Canonica ſua. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi ⁊ viderit fratrem ſuum neceſſe habere/ ⁊ viſcera ſua clauſerit ab eo: quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei non diligamus verbo neq; lingua/ ſed opere ⁊ veritate. i. Joannis iij. Et beatus Jacobus capitulo ſecundo. Si frater ⁊ ſoror nudi ſint et indigeant victu quottidiano/ dicat autẽ aliquis ex vobis illis. Ite in pace/ calefacimini ⁊ ſaturamini/ non dederitis autem illis que neceſſaria ſunt corpori. Quid proderit? quaſi diceret/ nichil. Ecce miſericordia vt vnguis de corde prodit vſq; ad extremum digiti. Vis adhuc videre quomodo prodeat/ prodit vſq; ad exiſtentem in extrema neceſſitate. Sic ꝙ vbi talẽ viderit/ et neceſſaria adminiſtrat/ de ſuperfluo ſui ſimpliciter neceſſarij: ſcit enim ſe ad hoc teneri ſub pena peccati mortalis. Immo aliquando in caſu cogit ad tradendum ſibi ſimpliciter neceſſarium/ ⁊ id tm̃ quod ſumme eget.

puta ſi viderit perſonam in extrema neceſſi
tate exiſtentem / eſſe neceſſariam / reipubli.
aut animarū ſaluti: quibus propter mortē
eius grande damnum accideret: etiam ſi
tunc pro tali moreretur: vt ille ſuperuiueret.
¶ Prodit tandem longius: ꝙ ne dum exi
ſtentibus in extrema: ſed etiam in magna
ſolum exiſtētibus neceſſitate. Largitur de
ſuperfluo ſibi neceſſariorum ſimpliciter / et
decentie ſtatus. Si placet de his diffuſi⸗
us dicere / dic ex. 4. diſtin. 16. Gabrielis.
Ecce quomō miſericordia inſtar vnguis /
ad extremū vſqꝫ procedit / et Chriſtum ad
extrema vſqꝫ coegit: vt ne dum ſua / ſed ⁊ ſe
pro fratribus miſeris exponeret / ⁊ per ma⸗
nus ſanguinē ⁊ ſpiritum effunderet maio⸗
rem charitatem nemo habet.

¶ Secundo / ſimilis eſt miſericordia vn⸗
gui: quia ſicut vngues albi / plani / molles /
⁊ tenues / et ſubrubentes / ⁊ bene perlucidi /
optimum in homine ingenium indicant: et
hoc eſt vnum ex ſignis: quod valde raro
fallit. Quia tales vngues ab optima pro
cedunt complexione: vt ait Albertus libro
primo de animalibus. Et vtiqꝫ miſericor⸗
dia ſignum eſt nobilis ingenij / et animi / le⸗
ua oculos tuos / ⁊ vide / ⁊ conſidera in omī
genere creaturarum / ⁊ inuenies: quia ea / que
ex eis nobilia dicuntur / communicatiua
ſunt / ⁊ liberalia / Leo (ſi Alberto creditur
in libro. 22. animalium) eſt animal magis
gaudens ⁊ liberalius: propter quod dicitur
rex ferarum: ⁊ quia cōmunicatiuū eſt pre⸗
de ideo indignatur prouidere in craſtinum:
⁊ abhorret iterum redire ad ſui cibi reliqui
as: ſed permittit accipi a quocunqꝫ / et ma⸗
xime ab homine: quem etiaꝫ non perimit:
niſi in magna fame: quando alium non in⸗
uenit cibum obuians autem / ⁊ prouocan⸗
tes / ⁊ proſtratis / et veniam petentibus / ali
quādo parcit. Diſce / o tu homo / quiſquis
es / que tibi de nobilitate blandiris: diſce a
beſtia hac nobili non ſis in ſupplices crude
lis / non inuadito hominē pauperem eum
conſumendo / per ſuorū neceſſariorum ſub⸗
tractionem: dummodo alias ſufficientem
habueris alimoniam. Neqꝫ menſe tue re⸗
liquias reſerues / ſed in vſus pauperum ex⸗
ponas. Neqꝫ in craſtinum pollicearis.
Quod ſi Leonem non exaudis docentem
leua oculos altius in aerem: et reſpice aui⸗
um nobiliſſimam Aquilam: que (vt Alber
tus ait) heros auium eſt: vnde et Herodi⸗
us appellatur. Vide inquā: quia valde pre
dam communicat alijs auibus / et tu eam
imitato. Conſpice in profundum maris et
fluminum / et vide piſcium nobiliſſimum
Salmonem optimum omnium piſcium
(vt dicit Plinius allegatus ab Alberto.)
Ecce cor eius de corpore extractum: diutiſ⸗
ſime mouetur / cito et tu miſericors / mouea
tur cor tuum (o nobilis) preter et ſuper ce⸗
teros homines. Moueatur inquam miſe⸗
ricordia in pauperes / et plane ſignum tue
nobilitatis expandiſti. Quod ſi immobi⸗
le fuerit ad pauperum miſerias. Non no⸗
bile plane cor: ſed ruſticum eſſe te mon⸗
ſtraſti. Sed quid beſtias / aues nobiles /
et piſces / in teſtimonium liberalitatis pro
duco: cur non deum omnium nobiliſſimū
et nobilium creaturarum creatorem intue⸗
mur / ipſe plane nobiliſſimus ſumme libe⸗
ralis eſt: ita vt non ſolum det ſua: ſed eti⸗
am ſeipſum. Et non ſolum ſeruientibus:
ſed etiam hoſtibus ſuis: Matthei quinto.
Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos
et malos: et pluit ſuper iuſtos et iniuſtos /
ipſe propter liberalitatem ſuam / fecit que⸗
cunqꝫ facta ſunt: quia ad dandum ea / facit
quecunqꝫ fecit / creaturas enim rationales
fecit: vt eis daret.

¶ Tertio. Similis eſt vngui miſericor⸗
dia: quia vngues inflexi / curui / Rapaces /
indicant / et imprudentes. Et craſſe manus
ſi digitos breues vltra modum habeant /
declarant tergiuerſorem / inſidioſum et fu⸗
rem. Sic et rapacitas ſiue in miſericordia
tenacitas / et obduratio / ſignificant animū
ruſticum et ignobilem.
Nimirum ſicut liberalitas ſignum eſt no⸗
bilitatis: ſic rapina et tenacitas / ſignum
eſt ruſticitatis. Multi hodie qui repu⸗
tantur nobiles / ruſticiſſimi ſunt / cum non
ceſſent auferre atqꝫ ſubtrahere pauperibus

181

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et illis: qui poſſunt defendere ſe/ Magiſter Alanus/ cum eſſet apud montem Peſſulanum/ et audiſſent vicini ⁊ milites: ꝙ tantus clericus eſſet: et ad omnia interrogata reſponderet. De cõmuni conſilio euntes queſierunt: que eſſet magna curialitas. Qui reſpondit/ dare/ qui omnes conſenſerunt. Et dixit eis: que eſt maior ruſticitas? qui non potuerunt in idem conuenire: et increpauit eos dicens. Ego potueram vos in viam ad queſtionis mee ſolutionem. Si enim dare/ curialiſſimũ eſt auferre ruſticiſſimũ eſt: vñ vos qui inceſſanter auferꝭ pauperibus/ ruſticiſſimi eſtis.

¶ Ecce igitur: quia miſericordia ſignum nobilitatis eſt/ ruſticitatis autem tenacitas ⁊ rapina. Nunc venit hora ⁊ iam eſt: vt qualiſquiſq; ſit ꝓbeatur: an nobile cor habeat vel ruſticum. Scitis: quia pauperes ſunt in egeſtate maxima/ in nuditate/ ⁊ morbo illius inaudite ſcabiei: que eos adeo oblinit/ facie totoq; corpore: preſertim in pudendis/ eoſq; vrit: vt longe minus turpe ſit et tolerabilius/ eſſe leproſum ꝙ̃ tali ſcabie infectum/ ſolo hoc dempto/ ꝙ hec curabilis: lepra autem non.

¶ Eguerunt illi hactenus/ cibo/ veſte/ et domo: quippe ꝙ ab omnibus erant ſpreti/ neq; ab aliquo colligebantur ſub tectum: ſed in frigore et nuditate cogebantur degere: quaſi ſub diuo. Iam autem quia recepti ſunt ſub tectum: ſi diu ſic mãſerint/ graue admodum erit eos paſcere: ꝙ morbus ille et ſcabies/ diutius inhereat: multi ſunt. Ecce nonagintaquattuor in vna domo/ femine in ſtuba vna/ viri in alia/ miſerũ ſpectaculum/ horrendus fetor/ aſpectus horrendus. Ex his nonaginta quattuor que modo ſimul ſunt/ aduene ſunt quinquaginta. Reliqui famuli et famule ciuium/ nihil loquor de ciuibus iſtis: qui in domibus ſuis manent/ ſic infecti. Hi nonagintaquattuor ex hoſpitali nutriuntur: quod ſi diu durare deberet/ vix ad hoc ſufficeret. Conſilium ergo eſt: ꝙ cure medicorum et Chirurgicorum ſint tradendi. Medicine autem ex Apothecis emende ſunt precioſe/ indigent ergo veſtra ope/ quatinus precium aromatum habere poſſint: quo emantur.

¶ Veſtrum ergo erit fratres chariſſimi/ manus extendere/ et liberaliter eis elemoſynam impendere/ non parce. Qui enim parce ſeminat/ parce et metet. Quilibet iuxta ſuam facultatem/ omnes tamen aliquid/ et nemo nihil preſtet. Vidua paupercula duo preſtitit minuta/ et maius omnibus (teſte domino.) intulit. Qui multum habet/ multum preſtet. Nobilis nobiliter/ et liberaliter. Qui miles eſt/ aut doctor: quibus aurum licet deferre/ non argentum offerant ſed aurum/ non plaphardos/ ſed florenos: ſimiliter et eorundem vxores. Et hi qui libenter eſſent Milites/ aut femine que vellent habere Milites in maritos/ omnes aurũ offerant. Sed et hi qui diuites ſunt: ſimiliter multa dent. Certi eſtis de fidelitate adminiſtratorum/ ego ipſe oculum adhibeo: vt in vſus illorum equulum diſtribuatur elemoſyna per vos ꝓſtanda/ precipue autem ſacerdotes et prelati eccleſiarum/ et monaſteriorum ſint liberaliſſimi/ portent inſtar Aaron Onychinum miſericordie in vtroq; humero/ et vnum in corde: vt reali ſubleuatione et cordiali/ miſerias pauperum ſpirituales et corporales ſupportent. Imitatores domini noſtri Ieſu Chriſti ſummi ſacerdotis ſecundum ordinem Melchiſedech. Panem et vinum offerentes/ ſed et populum: ſicut et ipſi in humeris ſuis et corde/ quemadmodum dixi ſupportantes. Siquidem et ipſe hoc fecit: de quo ſcribitur. Puer natus eſt nobis/ et filius datus eſt nobis: principatus eius ſuper humerum eius. Et crucem noſtram/ in humeris portauit/ in locum Caluarie. Non ſumus ſimiles chariſſimi fratres/ legali illi ſacerdoti: de quo dixit dominus in Euangelio. Quia vulneratum preterijt. Similiter et Leuita/ et in verecundiã vtriuſq;/ Samaritanus eundem collegit. Sed et vos (o Samaritani laici) audite: quia non dimiſit Samaritanus vulneratum/ incuratum: qui relictus erat a ſacerdote: immo inde ſumpſit occaſionem vulneratum colligendum: quia a

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

182



ſacerdote fuerat neglectus. Sic o laice ⁊ tu non dimittas pauperes curare: ſi videris clericos ⁊ ſacerdotes / eos negligere: ſicut multi facere ſolent / arguūt / alij nihil dant. Et ergo ego nihil debeo dare / falſum eſt: et mala ↄſequētia: imo ratio fortiſſime ad oppoſitū concludit. Sequit̄ enim bene / alij relinquūt pauperē: ergo tu non debes relinquere: quia ſi alij non relinquerent: tunc tu non tenereris eum / non relinquere. Omnis ergo homo aliquid preſtet / iuuenes ⁊ ſenes cum iunioribus. Omnes aliquid offerāt puero Jeſu / ꝓpter nos hodie circūciſo. Circumcidamus ⁊ nos ſuperflua in pecunijs propter eum: qui propter nos circumciſus eſt in preputijs. Fundamus vinū propter eū: qui ꝓpter nos fudit ſanguinē / Enceniū ei omēs preſtent in ſuis pauperibus. Circumcide o frater / vngues ferreos / rapaces ⁊ tenaces auaricie. Fac tibi eos humanos vt non ad rapiendū: ſed ad elargiendū ſint aptiꝰ attere eos ad petrā illam duriſſimam. Petra aūt erat Chriſtus / ad exemplū eius / trade ſaltem tua: qui tradidit ſe: Beatus qui tenebit et allidet paruulos ſuos: id eſt paruificentiā ſuam / ad petrā: vt efficiatur magnificꝰ: ſicut Chriſtus petra fuit in dando magnificus. Circumcide te mox cultello Petrino: ne incircūciſus manens interficiaris ab Angelo: ſed circumcidaris petra illa acutiſſima: que poſita eſt in ruinā ⁊ reſurrectionē multorum in Jſrael. Exod. 4. Circumcide / o filia captiua / circūcide vngues: vt placeas domino tuo: vt ducaris ab eo in vxorem / Vngues tenacitatis infle xos abijcito / ⁊ planos tibi facies / miſericordie ⁊ liberalitatis / reduceris ſic in libertatem prius captiua.

¶ Feria ſexta Feſtum Epiphanie Anno 14.97: Adhuc de Onychino miſcdie. Duos lapides Onychinos incluſos auro / pones in vtroqꝫ latere ſuperhumeralis. Exodi. xxviij.

Hodie aurū obtulerūt puero reges Magi. Et tu miſcdie Onychinū / auro ad literā include: vt ſit elemoſyna tua / non parca ſed larga / de aureo non argenteo. Dixi (ſi tamē meminiſtis) dominica precedenti feſto Circumciſionis / quēadmodum per Onychinum: quem vobis preſtiti Encenium / ſignificatur miſericordia / propter tres proprietates: in quibus communicant.

¶ Prima proprietas: quia Onychinus habet ſimilitudinem vnguis humani. Sic et miſericordia / et hoc in tribus.

Primo: quia vnguis eſt extremum in homine / et miſericordia impellit ad extrema.

Secundo: quia plani vngues et tenues ſunt ſigna bone complexionis ⁊ ingenij. Et miſericordia eſt ſignum animi nobilis.

Tertio: quia vngues reflexi ſunt ſigna / ignobilis et ruſtici / rapacisqꝫ animi. Et in miſericordia / tenacitas / ſignum eſt animi ruſtici et ignobilis ⁊c̄.

¶ Eſt ſecunda proprietas: quia Onychinus intrat oculū naturaliter / et purgat.

¶ Tertia: quia ſcabiem aufert / et faciem dealbat / duas illas nō expoſui: ſed ad preſentem diem ex intentione reſeruaui. Timui enim / ne non ſatis ad miſericordiam vos per ſermonem vnicum poſſem commouere. Sed longe aliter euenit / benedictus deus: magnam enim elemoſynam adminiſtrauiſtis / et verbum dei cepit in vobis: vt quid ergo / iterum vos / iam ad miſericordiam commmotos / commouere niterer. Jſta ergo duo reliqua puncta / amodo non ad eum finem abſoluere conabor: ſed ad aliū. Non ad ↄmouendū vos ad miſcdiaꝫ: ſꝫ ad in ea pſeuerādū. Laudes Onychini

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

miſericordie/ duas depromā reliquas: non quatenus vos inducā/ vt eum aſſumatis: ſed vt aſſumptū conſeruetis: ⁊ quia aſſumpſiſtis gaudeatis. Niſi forſan eos: qui tūc non aderant: ⁊ pauperibꝫ illis nihil adhuc preſtiterūt: aut eos qui affuerūt/ ⁊ preſtare aliquid (poſteaquā finem dicendi ad hunc diem dilatū audiſſent) ſtatuerunt: poſſunt plane tales pecuniā illam ad edes meas p̄ſentare. Ceterū de frumento hoc apud ſe reſeruēt: ⁊ ſchedulā ſue intentiōis ⁊ quātitatis frumēti/ mihi trāſmittāt: vt ſi neceſſe fuerit/ ad nutū meū pauperibus illis adminiſtrari poſſit/ iuxta neceſſitatis exigentiā: his qui hic degunt/ ⁊ qui foris manēt ⁊ pereunt: qui multi ſunt/ vt timeo. Audiui quia retulerit quedam villana pridie ad ſe veniſſe talis modi pauperē: ⁊ eam obnixius rogaſſe: ſi horreum haberet/ quatenus ſe intromittat: cumqꝫ reſpondit nō ſe horreū: ſed ſtabulū habere/ illud introiuit. Cumqꝫ poſt horam aut duas/ puerū femina/ ad videndū: quid faceret pauper ad ſtabulū miſiſſet: eū reperit expiraſſe ⁊ mortuū. Vellem iam reſponderemus: quis reus mortis huius fuerit. Audiamus nunc reliquas proprietates duas.

¶ Secunda igiť proprietas Onychini eſt: ꝙ appoſitus oculo infirmo/ ſponte ſua quaſi res ſenſata/ intrat ſine leſiōe: ⁊ circuit oculū/ ⁊ penetrat interius oēs partes/ quouſqꝫ eius contrarios humores prorſus excuſſerit. Et miſcdia naturaliter ſe ipſa oculum cordis ſubintrat. Quia (vt dicit Hieronymus in quadā epiſtola) miſcdia/ affectio eſt [ beruerung des hertzen ] que nec voluntate coercetꝛ: nec rōni ſubijcitꝛ: ſed ipſas pias mentes ad compaſſionē dolentiū/ neceſſario cogit affectu. Ita etiā: vt ſi peccatū eſſet miſereri: ⁊ ſi multū vellem/ nō poſſem tamē non miſereri: hec Hieronymus. Caderet hic materia de virtutibꝫ: an inſint a natura: de quo be. Tho. prima ſcd̄e. ⁊ Ariſtotelis ſcd̄o Ethicoꝝ: ⁊ Job ait. Creuit mecū miſeratio ab infantia. Sed de his alibi.

¶ Miſericordia igiť ſic intrās oculū cordis ſponte humores eius malos purgat. Humor malus oīm maloꝝ radix eſt cupiditas oībus vitijs fomentū ꝓpinans: ſicut declarat. b. Thomas pria ſcd̄e. Humores mali diuitie ſuperflue/ deforme efficientes corpus Chriſti myſticū: dum nō quodlibꝫ membrū ſufficientē attrahere ſinitꝛ alimoniā: ſed vnū diſtenditꝛ ſuꝑfluo/ aliud marceſcit diminuto. Hos malos humores nimirū aufert miſcdia: dum facit diuitē ſuꝑflua ſua pauperibꝫ dare. Sed cupiditatē in eo minuit: Quia ex frequētatis actibus ingignitꝛ habitus: ⁊ quantū augetꝛ charitas tantū diminuitꝛ cupiditas: crebra aūt diſpēſatio ⁊ aſſuefactio expēdendi/ tollit obſtinationē: et duritiā. Difficilis es ad elās p̄ſtandas/ ⁊ vis liberari a tenuitate ⁊ duritia Statue priuſqꝫ domū mane exeas/ quantum velis expēdere/ vnum/ duos/ vel tres/ plap. vel denarios/ ſcd̄m tuā facultatē: et illos repone in ſpecialē ſacculū/ ſiue particulā burſe: que faciliter ad tractū vniꝰ corrigie aperiatꝛ. Et primo pauperi obuianti/ da denariū ob honorē Sancti cuius dies eſt: vt tibi aſſiſtat in nouiſſimis. Secūdo obuianti vnum denariū/ ob honorē ſancti cuius noīe inſignirꝭ: vt te cuſtodiat illo die Tertiū pro his quos defraudaſti: ⁊ neſcis Quartū ob honorē proprij angeli: vt te illuminet ⁊ inflāmet ad bona. Quintū pro tuis peccatis ⁊ ad oēm dationē deuā mentem per iaculatā orationē ad deū/ dic. Suſcipe dn̄e hanc paruā elemoſynā/ ⁊ concede mihi cor liberale/ ⁊ charitatiuū/ ⁊ compaſſiuum: vt plura poſſim p̄ſtare ⁊c. Ecce quō tūc incipiet minui duplex malus humor. ſ. ſuꝑflue diuitie/ ⁊ ſuꝑflua cupiditas. Hoc aūt (vt dixi) efficiet Onychinus miſcdie: qui ſic intrans oculū cordis/ talem efficit purgationē. Aſſueſce ergo in ꝓpria perſona dare elemoſynā. Sic em̄ efficieris indies miſericordior: ⁊ alia multa bona cōſequeris. Fuit quidā ep̄us: qui dum ſemꝑ ad latus haberet pauperes ſedētes in mēſa: eum qui inter ceteros turpior apparebat/ e regiōe faciei ſue ſedere faciebat: Et cū ab eo quereretꝛ et quomodo id tolerare poſſet? reſpondit: quia a Milite quodā nobili hoc didiciſſet qui aiebat: viſitans ſpēm tuā/ ⁊ non peccabis: adde ſi placꝫ Joanne Chryſo. Sequitur igiť: ꝙ ⁊ oculū illuminat. Siquidē dū intrat ⁊ purgat humores malos concretos

redit oculus ad lumen ſuū generale/quod prius impediebat humoꝝ ꝯcretiōe/o qualis lux prodit hic ⁊ alibi miſericordibꝰ. Cupidus/nullas pauperis miſerias videt/etiam ſi oculis eius ingerant. Non viderat vlcera Lazari iacentis ad ianuā ſuam diues: non maciem/non nuditatem/ideo ad eternam miſeriam deuenit/ꝗ miſeriam pauperis intelligere noluit. Non ſic nō ſic miſericordes. ſed beatus qui intelligit ſuper egenum ⁊ pauperem/quia in die mala liberabit eum dominus. Ecce fratres/quomodo Onychinus miſericordie oculū cordis ſubintrat/mundat/⁊ per ꝯſeqns illuminat. Quod ſi teſtimonia hec.⁊ ratiōes/non ſufficiunt audi teſtem: omni exceptiōe ſuperiorem/primam veritatem/Chriſtū dominū Date elemoſynam/⁊ omnia munda ſunt vobis. Luce xi.

Tertia proprietas Onychini eſt: ꝙ valet contra ſcabiem ⁊ dealbat faciem. Et miſericordia ſcabiem peccatoꝝ abſtergit/⁊ faciem anime dealbat. Aufert plane miſericordia veſtra/ſcabiem corporis pauperum illorum qui de elemnſynis veſtris per chirurgicos curantur: ⁊ vt ſperamus ſanabuntur. Sed adhuc maiorem habet virtutē equidem ⁊ anime tue ſcabiem abſtergit.

Sed habet ne anima inquis ſcabiem: habet vtiq;. Et q̄d queſo aliud eſt pc̄tm̄ ꝙ̄ ſcabies: anime faciem pulcherrimā ad imaginem dei factam turpiter defedans: Maculam plane relinquit in anime facie peccatū cum etiā iam actu tranſierit: Facies eorū ſicut nigredo olle/ait Propheta/⁊ Dauid vt quid facies peccatoꝝ ſumitis: vtiq; laruate ſunt anime peccatorū: alienam quam naturalem preſeferentes perſonam. Nōne in conſpectu dei vt leproſus/abominabilis eſt peccator/⁊ vere leproſus eſt/⁊ quid lepra quam ſcabies: aut non ſentis peccati pruritū: o peccator poſtꝗ̄ te inuaſit peccati ſcabies/⁊ quanto plus ſcalpſeris/tanto magis augetur pruritus ⁊ ſcabies ſerpit augereq;: niſi peccatum perpetratum mox per penitētiam deleatur mox trahit ad aliud ait beatus Gregorius. Porro ne dū ſubiectū inficit hec peccati ſcabies/ſed eſt admodum contagioſa [erblich] ⁊ ſecum habitantes maculat. Cū ſancto ſanctus eris/⁊ cum peruerſo peruerteris: ⁊ qui conuerſatur cum ſuperbo induet ſuperbiam: inſtar pomi putridi alia circa ſe inficientes num tibi videtur temere dictū/ſcabiem eſſe peccatum/hanc abſtergit inquam Onyx miſericordie ⁊ faciem anime dealbat: teſtis eſt nobis magnꝰ ille Joannes Chriſoſt. qui dicit ꝙ elemoſyna illuſtrat animam/⁊ eam bonam efficit ⁊ decoram. Sed malles forſitan teſtimoniū habere ex ſcriptura: non deeſt frater Sicut aqua extinguit ignē ita elemoſyna extinguit peccatum: defecerat hec aqua diuiti/ideo clamabat pro gutta aque quia cruciabatur in flamma. Hec eſt aqua illa quā dominꝰ noſter Jeſus Chriſtus in cena nouiſſima fuderat in peluim/pedes diſcipulorum loturus. Sicut enim exemplum dederat humilitatis in lauando eorum pedes. Sic ⁊ ſecundum myſteriū cōmendauit nobis pietatem: aqua em̄ in peluī eſt pietas in corde. Immo lauacrum puri gurgitis celeſtis agnus attigit/peccata que non detulit nos abluendo ſuſtulit. Nos oues ſcabioſe peccatis originalibus ⁊ actualibus: ipſe ſine ſcabie ⁊ tamen pro nobis lotus eſt. Eſſet hic queſtio gratiſſima tractanda. An ex natura actus/elemoſyna extingueret peccatum: Et quomodo elemoſyne corporales effectum facerent ſpiritualem: Quod ſi non ex natura actus/quereretur/cur ergo potius elemoſyne illa extinctio attribuitur ꝙ̄ alijs actibus meritorijs/⁊ ſatiſfactorijs/cū eque per illos ſicut per hanc peccata dimitti ſoleant a deo. Sed de his alibi per beatū Thomam in ſecunda ſecunde.⁊ doctor ſuper quarto ſententiarum qui videant. Sufficiat nobis quia ita fit/quomodo autem fiat/committamus deo ⁊ ſcholaſticis.

Nemo autem putet/hunc noſtrum Onycem miſericordie: ſolum has tres enumeratas habere cum Onyce naturali proprietates: ſed multo plures habet/immo q̄d in alijs virtutibꝰ ſparſim reperitur: in hac

coniūctim reperiunt. Ita vt recte dicat ab
Apoſtolo pietas ad omnia vtilis eſt / ꝓ⸗
miſſionem habens vite que nunc eſt ⁊ fu⸗
ture. Gemme ſingule / ſingulas habent vir
tutes / hec autem multaꝝ multas / ne dixe⸗
rim omnium omnes. Facit amabilem ad⸗
amas / vt homo qui defert diligat / ⁊ ei ho⸗
mines benedicant. Sed ſuperat hunc ꝑla
ne Onyx miſericordie. Et quis eſt / q̄ non
adamet miſericordem ⁊ liberalem? quis eſt
qui ſibi non benedicat? Benedicit ei pau⸗
per benedicit ei populus / immo ⁊ deus ſu
per omnia benedictus / ei benedicit / dicit
dominus in Deutro. xv. Omnio indi⸗
gens ⁊ mendicus non erit inter vos / vt be
nedicat tibi deus: felix ciuitas ⁊ policia ſic
ordinata: vt in ea nemo ſit mendicus / qua
lis vtiqꝫ eſſe poſſet Argentinenſium, ſi vel
lent. Non deeſt ruſus miſericordi bene⸗
dictio pauperis: quis queſo dedit pauperi
denariū / panem / calceum / aut aliquid tali⸗
um / ⁊ non vidit eū oculos in celum cū ma
nibus leuantem ⁊ deo gratias agentem: ⁊
ei qui ſibi elemoſynam prebuit benedicen⸗
tem. Nouerat hoc ⁊ expertus fuerat miſe⸗
ricors ille Job / cum diceret. Benedictio
perituri ſup me veniebat Job. xxix. Quē tā
dem liberalem ⁊ miſericordem non omnis
plebs laudat ⁊ extollit in omnemqꝫ terram
famam eius diuulgat? profecto verū eſt qd̄
dicit ſapiens puerbioꝝ. xix. Qui pronus
eſt ad miſericordiam / benedicet. Nota pro
nus. Noli multū deliberare frater / in euen
tibus repentinis: non opus eſt deliberatio
ne. Sicut tredecim in hac policia ordinati
ſunt: qui in caſibus que exigunt repentinā
expeditionem / ſicut ſi irruerent hoſtes aut
ſimile accideret: facultatem habent diffini
endi / neqꝫ opus eſt vt referant ad ſenatum
tale negocium eſt pauperū / dum famēt fri
gent / nudi ſunt / infirmi ſunt / mox eis ſub
ueniendum eſt / recipiēdi in hoſpitale: ⁊ de
inde deliberandum an ſint retinendi vel ex
pellendi: non ſub dino relinquendi / quouſ
qꝫ neſcio quando fuerit deliberatum ⁊ dif
finitum de recipiendo. Dicitur de Sma⸗
ragdo: quia amator ſit caſtitatis ⁊ gerentē /
ſe ad caſtitatē inclinat: magna virtus vti
qꝫ. Sed Onyx noſter miſericordie / etiam

lubricū ſaluat / ⁊ in damnationem ire nō ꝑ
mittit. Si quis lubricum carnis patitur
ſine dubio vapulabit / ſed non peribit: ait
Ambroſius de miſericordia. Sed intellige
ſane: non ita q̄ ſi in lubrico carnis ꝑſeueraret
ret impenitens vſqꝫ ad mortem / per pieta⸗
tis opera liberetur. Sed quia per huiuſ⸗
modi opera diſponitur ad hoc q̄ gratiam
cōſequatur: per quam peniteat ⁊ in quan⸗
tū per hmōi opera ſatiſfacit de lubrico car
nis ꝯmiſſo / vt declarat beatus Thomas.
ſcd̄a ſcd̄e. q. 1 5 4. art. 2. Eſt lapis carbun⸗
culus qui nocte magis lucet q̄ꝫ die / ⁊ cir⸗
ca ſe noctem quaſi in diem mutat que nun⸗
q̄ꝫ extinguetur: q̄ (vbi nobis omnia extin⸗
cta fuerīt lumina / ſolis / lune / ⁊ ſtellarum /
ſed ⁊ proprioꝝ oculoꝝ dū in exitu dicunt
fracti) lucebit per tenebras illas magnas:
dum ſola comes defunctorum erit miſeri⸗
cordia. Et iuxta illud Thobie. 4. non pati
etur animas ire in tenebras. Sūt lapides
aut herbe / qui dicunt aperire ſeras ⁊ oſtia
nulla noſtri onychino obſiſtit ianua: facit
largam viam / nemo ianitorum ei reſiſtit.
Sed viam paradiſi dilatat: donum homi
nis (ait Salomō) dilatat viā eius ⁊ an
te principes ſpacium ei facit. Et quid mi⸗
rum? maius enim fecit: nam miſericordia
oſtium celi / Chriſtū ſcꝫ qui dicit Ego ſum
oſtiū / in die paraſceues fregit. Et quaſi in
duo fruſta volare fecit: ſcꝫ corpus ⁊ animā
⁊ ſic pauperibus celeſtem ingreſſum pate⸗
fecit. Sunt lapides precioſi q̄ ſe geſtantes
efficiunt eloquentes: ⁊ vt cauſam efficaci⸗
ter coram iudice queant perorare. Et qd̄ elo⸗
quentiorem vehementioremqꝫ efficit orato
rem / q̄ꝫ miſcd̄ia? Iocundus homo q̄ miſe
ret ⁊ ꝯmodat / diſponit ſermōes ſuos in iu
dicio: in illo nimirū extremo iudicio ita
diſponet vt vincat ⁊ ſententiā ꝓ ſe obtine⸗
at: venite benedicti patris mei percipite ⁊c̄
eſuriui enim ⁊c̄. Immo ipſi ſecundum mo⸗
rem quorundam iudiciorum Forenſium /
tanquam cauſidico ⁊ ꝓcuratori datur: pri⸗
mus locus ferendi ſentētiam. Et ita q̄ ei⁹
ſentētie penit⁹ ſtat / ⁊ a tota curia celeſti / cū
ſūmo iudice approbet: neqꝫ ab ea q̄mōlibet
appellat. Si q̄dem ſupius tribunal tenet
miſcd̄ia: nā vt ait Jacob. miſcd̄ia ſuperexaltat

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

184



iudicium. Et nedum ſententiā fert ſed eam
execution demandat in ꝓpria perſona/
loca eīs in regno celoꝝ aſſignat eccleſia.xvi.
Omnis miſericordia faciet vnicuiqꝫ locū
ſcđm intellectū peregrinationis illius: ⁊ ſcđm
meritum operꝫ illius. Quid queſo precio/
ſius noſtro Onychino/qui tot habet vir/
tutes ſed nō omnes enūeraui neqꝫ poſſem
Uerum he ſufficiūt ad eū cōmendabilem
faciēdum ⁊ reputandū precioſum. Nemo
ergo eum cōtemnat/ qui potius gratanter
Encenij loco excipiat /cū gratiaꝝ actione
Et eum auro incluſum/ ſuper vtrunqꝫ hu
merū ponat in pectore. Sis miſericors mi
ſeris in corde ⁊ habes Onychinū in pec/
tore: miſerias eorū abige ⁊ eos releua in de
fectibus ſpiritualib⁹ ⁊ corporalib⁹ ⁊ duos
Onychinos tenes in humeris: hoc facito
nō ꝓpter inanem gloriā/laudem aut homi/
num fauorem: ſed ex dei ⁊ proximi dilectio
ne/ꝓpter dei gloriam/anime tue ſalutē ⁊ au/
ro onychinos incluſiſti. Quod niſi feceris
virtutes quas recenſui/non habebunt ony
chini/ſed rem perdes ⁊ meritū. Hoc Ence
nium taliter auro incluſum: excipere ⁊ cō/
ſeruare ſuadet: īmo, imperat nouus natus
rex. Eſtote miſericordes ſicut ⁊ pater veſter
miſericors eſt. Et cur domine? qꝛ beati mi/
ſericordes quoniam ipſi miſericordiam cō
ſequentur. Cum igit̄ hoc onychinoꝝ Ence
niū acceptare ⁊ magnipendere optimus re
rū eſtimator/ eterna infans ſapientia ⁊ ve/
ritas/ſuadeat ⁊ imperet/tantaqꝫ bona con
ferat vt eloquentem victoremqꝫ in extremo
iudicio efficiat: ianuaſqꝫ paradiſi aperiat/
⁊ in medijs tenebris luceat: peccatorem eti
am lubricum in damnatiōem ire nullo pa/
cto permittat /amabilemqꝫ deo ⁊ homini/
bus faciat. Scabiem auferat corpis ⁊ ani
me: humores malos diuitiarum ⁊ cupidi/
tatis abſtergat: aliaqꝫ multa bona confe/
rat. Merito debet vnus quiſqꝫ hoc ence/
niū lapidē videlicet hūc miſcđie Onychi
num non floccipendere ſed palmis exten/
ſis cum gratiarum actione excipere/ quatē
nus hic virtutes eius mereamur percipere
⁊ alibi gloriam eternam ad quam perducat
nos dn̄s noſter Jeſus Chriſtus. Amen.

¶ Feria ſecunda Circumciſionis
Anno. 1498. De ſecundo lapi
de precioſo. Saphiro pau
pertatis voluntarie.

Precipe eis vt tollant.xij. lapides
Joſue.iiij.

Quadratum rati
onale [ das viereckecht bruſt
tuch ] ſummi ſacerdotis ha
bebat quatuor ordines lapi/
dum precioſoꝝ q̄ erant.xij. Significabat
autem ſacerdos Chriſtum Jeſum/ſummū
ſacerdotem ſecundum ordinem Melchiſe
dech /vt ait Pſalmiſta. In cuius pectore
xij. conſilia Euangelica erant: ⁊ nobis ab
eodem ꝓpoſita/oſtenſa ⁊ conſulta / nō aūt
precepta. Ego autem ſpoſpondi anno pre/
terito: vobis ſingulis annis ex eis vnum
dare pro Encenio. Et primū porrexi pro di
uitib⁹ ſcꝫ Onychinū miſericordie. in pre/
ſentiarū vero pauperib⁹/īmo etiam diuiti/
bus ſecundū exhibeo ſcꝫ Saphirum pau/
pertatis voluntarie. Dico autem volunta
rie. Eſt enī quedam pauꝑtas volita/ ⁊ hec
virtus non eſt: neqꝫ lapis ꝑcioſus/ſed mi/
ſeria. Eſt noſtra voluntaria paupertas: a/
mor paupertatis eoꝝ ſcꝫ/qui ꝓpter deū re/
linquerūt omnia ſicut dn̄s cōſuluit: ſi vis
perfectus eſſe vade ⁊ vende oīa ⁊c̄. Sed il
la paupertas q̄ ⁊ ſi actu diuitias nō abij/
ciat: affectu tamen prorſus eis nō inheret:
illa inquā laudabilis eſt/⁊ nō longe (ſi ta
men aliquanto) eſt a noſtro Saphiro.
Hunc paupertatis voluntarie Saphiꝝ
vobis preſto ꝑ noui anni encenio/⁊ vt vo/
bis eueniat opto diuitibus elemoſynarijs
ne depauperari timeāt: Pauperib⁹ ne pau
pertate deficiant. Sed quid obducitꝭ fron
tes? ſupcilia ⁊ q̄dem matutina demittitis/
q̄ſi donariū hoc vile ſit: plane precioſuꝫ eſt
⁊ non vile: qđ prudentiſſimus rex eſtima/
tor Chriſtus Jeſus eterna ſapientia appro
bauit ⁊ amauit ab incunabulis vſqꝫ ad vl
timū vite. Ecce pannis infans inuoluit̄/⁊
in preſepio reclinat̄: qꝛ nō erat ei locus in
diuerſorio. Ecce Saphirum paupertatis.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Petrū miſit ad piſcandū pro tributo ſoluē
do/ tante em̄ fuit paūptatis: vt dī gloſa/ vt
vnde daret tributū non haberet. Porro die
palmaꝝ/ circūſpectꝫ oībus/ cū iam veſpera
eſſet hora/ exijt in Bethaniā cum .xij. (glo
ſa) circūſpectis: ſi qs eū hoſpitio ſuſciperet/
tante em̄ paupertatꝫ fuit/ ⁊ ita nulli adula
tus: vt in tanta vrbe nullū inueniret hoſpi
tiū. Hanc elegit/ ⁊ in finē tenuit: per totāq̃
vitam ſeruauit/ ingrediens/ progrediens/ ⁊
egrediens: imo auxit neq̃ quomodolibet
remiſit. Non ſic nos miſeri non ſic/ plane
paupertas/ omnes ingredientes in mundū
iſtū excipit/ ſed poſtea a multis eijcitur de
poſſeſſione ſua/ ſine culpa ſua. Sed in exi
tu de mundo iſto/ iterū recuperat eos: Job
pri. Nudus egreſſus ſum de vtero matris
mee. nudus reuertar illuc. Non hec domini
paupertas/ ſed creſcendo proceſſit/ in nati
uitate pānis inuolutus eſt: ⁊ pro domo ha
buit diuerſorium: deinde hoſpitiū non ha
buit Mathei .8. Filius hominis non ha
bet vbi reclinet caput ſuū. Et tandē in paſ
ſione/ proprijs veſtibus ſpoliatus eſt. Pri
mo [ein klein huß] poſtea [kein huß] ſed ſo
las veſtes/ tandē neq̃ domū neq̃ veſtem.
Ecce qualiter Saphirum dilexit. Et vos
igiť nolite contēnere/ quod ſumma nō con
tēpſit maieſtas. Sed grato ſuſcipiatꝫ aīo.
Non paruę em̄ virtutꝫ eſt: q̄re merito amā
dus. Et q̄uis multo plures habeat. Ego
tamē eas innumeꝝ ſeptenariū redegi: quos
ſi placet audiamus.

PRimo Saphirꝰ
eſt Cyanei coloris: vt dī Plini
us. Et celo ſereno ſimilꝭ: vt ait
gloſa ſup Apoc. [himmelblo]
Et paūptas volūtaria noſter ſpūalis Sa
phirus/ facit hoīem eū habentē/ celeſtem/ ⁊
Saphiro ſimilē: imo ſaphiro pulchriorē
(Trenoꝝ .4.) cādidiores Nazarei eius ⁊c.
Saphiro pulchriores/ nazarei. i. pauperes
deo cōſecrati celeſtes efficiunť. Tum prio/
qꝛ a terrenis totalr̄ elongānť/ ⁊ ſolis celeſti
bus intēdunt. Tum ſcdo/ quia ſcdm Criſ.
paūptas ē manuductrix quedā in via que
ducit ad celū. Tum tertio/ qꝛ ſm Bernar.
ipſa paupertate emiť celum. Tum quarto
qd̄ excellentius eſt: qꝛ iſti paupes ſpiritu
iam inducti ſunt in proprietatem celi ſalua
tore dicente. Mathei .5. Beati paupes ſpi
ritu/ quoniā ipſoꝝ eſt regnū celorum: non
dicit erit/ ſicut in alijs beatitudinibꝫ pmit
titur tantūmodo in futuro. Tum quinto
qꝛ paupes inducti ſunt in celi poſſeſſionē
non ſolum ad habendum ipſum celum ſed
etiam ad cōicandum alijs/ quibꝫ amici fa
cti ſunt: iuxta illud Luce .xvi. Facite vo
bis amicos ⁊c. vt cum defeceritis recipiāt
vos in eterna tabernacula: fac ergo eos ti
bi notos ⁊ amicos ⁊ familiares p collocu
tiones per elemoſynaꝝ collationes.

SEcundo ſaphi
rus reddit hominē caſtum/
vt dicit Arnol. ⁊ caſte petra
ri vult ait Helinandus. Et
voluntaria paupertas hominem mundat
⁊ caſtū efficit. Caſtum inquā/ diuites em̄
ocioſi efficiuntur/ ⁊ ociū affert luxuriam:
queriť Egiſtus q̄re ſit factus adulter. In
promptu cauſa eſt/ delicioſus erat. Et Da
uid in quiete extra bellum factus eſt adul
ter: plane omnia mala docuit ocioſitas ⁊
vicioꝝ ſentina eſt (waſſer grub) ⁊ nouer
ca virtutum. Sed ⁊ mundum facit volun
taria paūptas ab infectiōe diuitiaꝝ/ quē
admodum diuitie deturpent animū: ſatis
dictum eſt in olla: ecōtrario paupertas q̄
a diuitijs elongat/ animū mūdat. Nō vult
hec paūptas luto diuitiaꝝ ſi affluant: coꝛ
apponere/ ſed exaudire Pſalmiſtam horā
tem. Diuitie ſi affluant nolite coꝛ appone
re. Nō ꝓhibet manū apponere. Si enim
homines manus appoſuerit/ diuitias di
ſtribuendo: non inde maculabunť ſed inde
mundiores efficiunť/ ⁊ lauanť in flumine
hoc ꝓmittente Chriſto: Date qd̄ ſupereſt
elemoſynam/ ⁊ omnia munda erūt vobis.
Saltem coꝛ ſit liberꝝ: quamuis manus ap
ponanť. Ipſa ordinem nature ſeruat. Si
cut em̄ terra exterioꝛ calcatur pedibꝫ/ ſic ip
ſa terrena calcat mentis affectibꝫ. Ipſa de
ſa terrena calcat mentis affectibꝫ. Ipſa de
fimo ſtabuli/ theſauꝝ facere dedignať: ſta
bulum eſt hec pars mundi in q̄ habitacu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

185



lum eſt iumenti noſtri/ ſcꝫ corporis. Ipſa terram talpis ⁊ ſerpentibꝰ relinquit: Iſaie 65. Serpenti puluis panis eius. Ipſa vult filijs huius ſeculi dimittere mobilia bona: ⁊ ipſa retinere immobilia ideſt eterna ſicut verus filius.

## Tertio ſaphirus

corpus humanū vegetat/ ⁊ integra membra ꝯſeruat: vt dicit Arnoldus ⁊ corpora prebet integra/ boniq́ꝫ coloris ſꝫm Diaſcoridem [ macht einen menſchen vollig/ wol gethon oder recht geſchaffen ] qualia ſunt corpora gaudioſoꝝ ſiue letantiū. Et voluntaria paupertas/ leta eſt effectiue/ facit enim hominem letum/ ⁊ vere letum. Diuitie ficte letum vere aūt triſtem. Teſtis eſt Seneca. qui felices vocantur (inquit) hilaritas ficta eſt ⁊ grauis triſticia: eo quidem grauioꝛ quia interdum non licet palam eſſe miſeros/ ſed inter erumnas coꝛ ipſum exedentes: neceſſe eſt agere felicem. Viſus eſt mihi q̇ eiuſmodi eſt ficte letus. Similis ſoli iam emittenti radios/ moꝛ retrahenti ⁊ rurſum emittenti: iterumq́ꝫ retrahenti quemadmodum fieri ſolet/ cū celum pluuiam geſtit. Sic illi Radios hilaritatis in facie oſtendunt: ſed moꝛ obnubilat᷑ triſtitia. Et vnde hec viciſſitudo? plane ex fictiōe: quia nemo diu poteſt gerere fictā perſonam/ aliter habet ſe voluntarie pauper nam ſub eodem tenoꝛe hilaritatis habet iocunditatē ſerioſam tñ nō diſſolutam/ celeſtem (vt Saphirus) faciem ⁊ aſpectum. Vis audire verum letum paupem/ audi q̇d ſcriptū in vitaſpatrū: Mattam quidem paup habebat de cuius medietate ſe cooperiebat: aliā vero medietatē ſibi ſubmittebat/ erat autē vrentiſſimū frigus/ Pater monaſterij de nocte exiens/ audiuit eū dicētē: gratias ago tibi domine/ q̇t ſunt mō diuites in cuſtodia ⁊ q̄ſi in inferno ſedent: aut pedes hñt in ligno ꝯſtrictos/ ego aūt velut imperatoꝛ ſum extendens pedes meos/ ⁊ quo volo ambulo.

## Quarto ſaphirꝰ

lapis ſanctus appellat᷑/ ⁊ gemma gemmaꝝ vt dicit Heinādus. Et vere gēma gemmaꝝ eſt pauptas voluntaria/ a paucis tñ nota ⁊ dei donū ſingulare: celeſtis Saphirus/ de celo a deo datus: o munera nōdum intellecta deum/ pauptas. clamat Lucanus poeta. O munera deū (ideſt) deoꝝ. Vere ſic eſt/ nam pauptas ⁊ honeſtas a deo ſunt inq̇t Eccl'iaſticꝰ. xi. capit. Sanctus hic Lapis eſt/ qꝛ pauptas ſancta: locus vtiq́ꝫ ſanctus in quo manſit ſanctus ſanctoꝝ filius dei pluſq́ꝫ triginta annis. Fateoꝛ terra macilenta videt᷑ pauptas: eſt tamē verorum bonoꝝ fertiliſſima. Creſcere me fecit deus in terra paupertatis mee. Gene. 41. In hac terra voluit plantari vnigenitus dei/ ſcꝫ lignū vite. Felicia monaſteria quorū pauimenta hoc lapide ſancto pauptatꝭ voluntarie ſaphiro ſtrata ſunt: illic ſuauiter bene ⁊ glorioſe ſine ſtrepitu inceditur ⁊ ſcādalo: Ceteꝝ vbi de pauimēto lapis hic ꝑcioſus pauptatꝭ erutꝰ fuerit illic freq̄ns ruina/ illic ſtrepitus ⁊ inpaccio/ pereūt meditatiōes/ lectiōes/ ⁊ orationes/ ita ꝙ ſeruitium eccl'ie nihil aliud eſt illic/ q́ꝫ inoꝛdinatus ſtrepitus: illic vicia ſunt in pace/ nō fiunt ibi correptiōes/ ſed ſupputatiōes: vt potius videantur Trapezete q́ꝫ religioſi. Ve noſtre tēpeſtati miſere/ q̇ fere oīa monaſteria nō hoc lapide ſancto ſtrata ſunt: ſed ſilicibꝰ ſcandaloſis/ abundantie ⁊ ꝓprietatꝭ. Sed ⁊ omnis clericalis ſtatꝰ/ ex illa abundātia ſubruit᷑: vbi maxime diuitie illic minime deuotiōes ⁊ dei reuerentie.

## Quinto ſaphirus

virtutem habet ſedandi/ multas malas animi paſſiones. Dicit᷑ enī optimus eſſe ꝯtra fraudes/ inuidiam/ ⁊ terrores/ ſꝫ ad pacē gratioſus eſſe/ vt dicit᷑ in Libro de natura reꝝ: manſuetoſq́ꝫ ⁊ humiles efficit. Et q̇d queſo efficacius contra has oēs paſſiōes/ q́ꝫ pauptas volūtaria? qꝛ ſecura eſt/ q̇eta ⁊ pacifica effectiue. Cōtra terrores eſt/ q̇d enī ptimeſceret in mūdo/ q̇ nihil habꝫ in mūdo qḋ diligat᷑.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

qualem facit volūtaria pauptas. Magna plane ſecuritas eſt cordis nihil habere concupiſcentie ſecularꝫ / ait Gregorius. Nō timet fures vel raptores / nec aeris paſſiones. Neminē fraudat: nec ab aliquo fraudari poteſt: qꝛ id in quo fraus fieri pōt / cōtemnit ⁊ nihili facit. Q, deinde amica. patet nam etiā in obſeſſa via / paupi / pax eſt / ait Seneca. Et denic pauptas iuxta verbum ſapientis: bonum ſine calumnia / pro ea eñ nō mouent̄ lites. Porro ꝙ̄ quieta ſit / patet ex verbo Senece dicentis. Quietiſſime viuerēt homines: ſi hec duo verba tollerent̄ / meū ⁊ tuū / ecōtra diuites vnde Gregorius / quid in hac vita laborioſius ꝙ̄ terrenis deſiderijs eſtuare: quid quietius / ꝙ̄ nihil huius ſeculi appetere. Tandem ꝙ̄ humiles ⁊ māſuetos efficiat pauptas / nemo ignorat / niſi is qui neſcit. Quā ſupbos ⁊ iracundos homines efficiāt diuitie / quippe ꝙ diuitiarum vermis eſt ſupbia / quā ſequitur iracundia: alludit huic effectui qđ de Saphiro ſcribit̄ in Dieta ſalutis: ꝙ Saphirus nobilis / fugat venenoſa / ⁊ mortificat aranea. Ūtic ⁊ pauptas / vermē venenoſum diuitiū q̄ eſt ſupbia: occidit ⁊ pungentem araneā iracundie interimit experimur: ⁊ q̄tidie videmꝰ ꝙ pauperes ſe humiliant: diuites vero ceruicem erigunt.

SExto ſaphirus multas corpis egritudines ⁊ morbos expellit. Dicit̄ eñ primo ardorem interiorē refrigerare / ⁊ oculos purgare. Et ſancta paupertas ardorem cupiditatis rerum temperaliū: q̄ cōiter eſtuāt hoīes mūdani: ita in aīo iſtorū pauperum refrigerat / vt oīa terrena bona arbitrent̄ quaſi ſtercora / cū Apoſtolo Philippo. Et ideo facit eos habere oculos mūdos / ⁊ limpidos ad ꝯtēplandū celeſtia qꝛ nō ſunt terrenorum puluere obfuſcati. Dicit̄ ſecūdo Saphirus fugare Squinanciā / ⁊ morbum q̄ dicit̄ noli me tangere / ⁊ vniuerſaliter valere ad apoſtemata calida. Sic ⁊ pauptatis ſpūs / tumorē ⁊ infectiōes viciorū nō ꝯpatit̄ ſed ea ſedat ⁊ fugat. Cum eñ iſti pauperes Chriſti / in camino pauptatꝫ ⁊ in frixorio ſpūs ꝯtribulati / quoti die examinent̄ ⁊ depurent̄ / nō pōt in eis aliq̄ peccati infectio vel tumefactio remanere ſed ſtatim ſedat̄. Nimirum qꝛ ipſi regnū celorū iā in preſenti apprehendūt. Luce. 17. regni dei intra vos eſt. ꝑterea hec volūtaria paupertas / radicē omniū malorum eradicat. cupiditatē ſcꝫ q̄ ſcđm Apoſtolū omniū malorum radix eſt: radice igit̄ omniū malorum ꝑ paupertatē ſpiritus perēpta / oīa vicia iacet ⁊ muco extracto ceſſat fluere ſanies.

SEptimo ſaphirus dic lapis vt ꝓhibēt / educit carcere vinctos: obſtructasq fores ac vincula tacta reſoluit: vt dicit̄ in Lapidario. Et paupertas volūtaria / vincula miſerrime ſeruitutꝫ vniuerſalis / reſoluit. Ipſa ſeruitutē diuitiarū: q̄ adeo generalis eſt excutit. Uere generalis ſeruitus / teſte eccl'iaſte. xi. Pecunie obediūt oīa. Expedit igit̄ hoīem / paupertas vt liberꝰ ad patriā tēdat: qꝛ de vinculis liberat / ⁊ a pōderibꝫ exonerat: ſiquidem (vt dicit. s. Grego.) Terrena ſubſtācia / eterne felicitati ꝯparata: pōdus eſt nō ſubſidiū. O quā ꝑcioſum Exeniū volūtaria pauptas / q̄ tā expeditū ⁊ liberum a vinculis ⁊ oneribꝫ impedientibꝫ a curſu in celum efficit. Abijce ergo o chriſtiane virtute huius Saphiri / diuitiarum onera: abijce vincula volūtaria: abijce anxietates ⁊ tedia / q̄ te plurimis annis inqetant. Si habes vade ⁊ vende oīa que habes ⁊ da pauperibꝫ / ſi non habes / grandi onere liberatꝰ es. Saphirum noſtrū nō ꝯtemnite ſed excipite / q̄ tantas habet virtutes: q̄ tam precioſus eſt / ⁊ tanti a Chriſto eſtimatus: qui hominē prorſus celeſtem efficit: animam eius mūdat ⁊ caſtificat / letū reddit ⁊ hilarem: q̄ lapis eſt ſanctus / ⁊ gemmarum gēma: qui importunas illas animi paſſiones ⁊ earū radicem funditus extirpat: liberum ⁊ expeditū ad currendum in viā pacis efficit: tandem ad regna celorum ꝑducit: quod nobis preſtet. Dominus noſter Ieſus in ſecula ſeculorum Benedictus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Feria tertia Circumciſionis. Anno 1422. de tertio lapide precioſo Smaragdo caſtitatis.

Precipe eis vt tollant. xij. lapides Joſue. iiij.

**S**ummus ſacerdos habuit pectorale/ cui inſerti erant duodecim lapides precioſi/ ſignificatiui duodecim conſiliorū Chriſti/ quos per duodecim ſequētes annos ſi dñs preſtiterit ſigillatim vobis ꝑ Encenio noui anni preſtare ſtatui. Anno igit̄ ſupiori Onychinū miſericordie: deinde Saphirū paupertatis. hoc anno Smaragdū caſtitatis offerre ſtatui/ quē ꝛ in preſentiarū exhibeo magnū plane donum. Et quid eſt: inquis? quā magnum donū? cur Smaragdo caſtitas cōparat̄. Quid eſt caſtitas? Caſtitas: eſt actuale vel habituale propoſitū mentis reijciendi libidines turpes/ ꝛ inhoneſtas. Hoc propoſitū diuerſimode emergit aut latet/ in cordibus multorū. Primi proponunt firmiter reijcere oēs ꝛ illi ſunt virgines. Secundi ſimiliter licet eis aliquādo indulſerint/ ꝛ ſunt vidue. Tertij proponūt reijcere oēs vetitas ꝛ ꝓhibitas/ ꝛ etiā non prohibitarꝫ ſuperabundantiā ꝛ exceſſum/ ꝛ ſunt coniuges. Nomē itaqꝫ caſtitatis eſt cōmune/ tēperantie virginū coniugatorū ꝛ viduarū. Eſt igit̄ triplex ſpēs caſtitatis: ſcꝫ virginalis/ vidualis/ ꝛ cōiugalis. Habes iam qđ queſiſti: quid videlicet ſit caſtitas. Erit itaqꝫ donum noſtrū ſiue Enceniū congruū omni ſtatui/ coniugibus ſcꝫ/ viduis/ ꝛ virginibus precipue/ qui ſunt in ſummo gradu caſtorum/ ꝛ inter hos maxime ſacerdotes ꝛ monachi. Sed ꝙꝫ magnum donum ſit/ intelliges: poſtqꝫ tibi explicauero: Cur ſmaragdo aſſimulata ſit caſtitas. Et ratio eſt: quia eaſdem ſiue ſimiles habet conditiones/ preſertim quinqꝫ.

**P**rimo Smaragdus inclinat ad caſtitatem ꝛ actus venereas nō tolerat laſciuoſqꝫ motus cōpeſcit. Eſt enim a tota ſpecie amator caſtitatis/ et nullo modo ſuſtinet coitū/ niſi rumpat̄ vt expertū eſt: vnde ꝛ geſtantē ſe/ ad caſtitatē inclinat. Et caſtitatis habitus ad caſtitatem inclinat: id eſt ad actū caſtitatis: id eſt ad velle continere ſe a delectationibus venereis ꝛc̄. ſiue reijcere illas. Hec volitio/ hoc propoſitū/ hec electio eſt actus caſtitatꝭ .i. gñatiuus caſtitatꝭ. Nā qui vult acquirere hunc habitū caſtitatꝭ/ neceſſe hꝫ: vt hoc faciat per actus ꝛ exercitia precedētia: ſcꝫ per mltas tales volitiōes cohibere ſe/ que multiplicate ingignūt habitum/ quo ingenito ipſe inclinat ad ſimiles actus/ ex quibꝰ genitus eſt/ oportet ergo gēmā hanc Smaragdū caſtitatis/ ex mynera elicere/ crebris foſſionibus actuū. Poteſt hec caſtitas in tantū creſcere: vt tandē omnē extrudat libidinem ſm̄ Martinū Martini/ tractatu de temperātia/ vbi adducit Caſſianum/ ꝛ hoc poſſibile fore/ quis ſentiet in ſex mēſibus: ſi hec obſeruauit que ſequūtur. Si quis inquit/ abſtractus a cunctꝭ fabulationibus mortificatus ab omī ira/ ſollicitudine ꝛ cura mundana/ ex duobus paximacijs in die fuerit contentus. Nec ad ſacietatem aquā biberit/ ꝛ ſomnū tribus aut quattuor horis terminauerit/ nō ſperans in labore ſuo ſed in miſeratione dei/ ille infra ſex menſes cognoſcet perfectionem caſtitatis non eſſe ſibi impoſſibilem. Poteſt itaqꝫ ſtimulus libidinis/ omnino extrudi non autem gaſtirmargie/ ſecundū eundem/ quod per parabolam cuiuſdā ſenis probatur: qui ita dicere ſolebat/ multis me creditoribus pater meus debitorem reliquit. Ceteris ſatiſfeci: ſed vnus eſt/ cui quotidie ſoluendo/ ſatiſfacere non poſſum/ ꝛ hanc parabolam ita ipſe expoſuit. Multis vitijs fui naturali conditione conſtrictus/ ſed inſpirante deo/ cunctis preterqꝫ viri ſatiſfeci/ gaſtirmargie vero ſtimulis nullo modo carere potui/ et quāuis eam in paruiſſimam quantitatem redigerim/ et vim quotidiane compulſionis euaſerim/ perpetuis tamē eius cōuentionibus/ perurgeor/ ꝛ interminabilē ei ſolutionē impendo/ alludit illud Job/ vocē exactoris nō audiet. Super quo vide Gregorium in moralibus.

SEcundo Smaragdus eſt herbacei coloris/ ſiue viridis. Et hoc q̃dem pro omnibus. Cuius etiam fulgore vicinus aer virere cernit̃/ nec eius viror obſcurat̃ Sole vel lucerna/ vel vmbra: vt aiunt autores. Sed caſtitas inter oẽs virtutes viret/ vñ ⁊ virgo dicta eſt a virere. Et ipa caſtitas eſt viror oĩm virtutum. Ipſa igit̃ eſt quaſi cãpus herbaceus in quo eo pulchrius relucent aliaꝝ virtutũ flores/ quippe ꝙ actus virtutũ a virginibꝫ ⁊ caſtis exercitati/ ſplendidiores ⁊ delectabiliores vident̃. Gratior eſt pulchro veniens e corpore virtus tu dic. Gratior eſt caſto/ veniẽs e corpore virtus. Eſt p̃terea virginitas/ quaſi quidã campus totius picture ſpũalis. Sup eam aliaꝝ gratiaꝝ picturam ponit deus/ eccleſiaſtici. 25. Gratia ſuper gratiaz/ mulier ſancta ⁊ pudorata. Eſt Smaragdus ita viridis: vt aerẽ circa ſe virere faciat. Et caſtitas ita eſt oĩm virtutum viror: vt etiam proximas exẽplariter ⁊ virtualiter virere faciat: ſicut econtra. Luxuria marcere/ inſtar pomi putridi: quod alia vicina poma putrefacit. Ejiciende ergo ſunt tales perſone de cõmunitate/ ⁊ ſeorſuz locande. Nec deinde obſcurat̃ a Sole: id eſt eſtu tentationis: vt veruz ſit de ea quod dicitur Apocal. 7. Neqꝫ cadet ſuper illos Sol/ neqꝫ vllus eſtus. Nec obſcuratur lucerna mũdane gloriationis/ Job. 18. Lucerna impiorũ extinguetur. Nec obtenebratur vmbra carnalis delectationis (pſal.) cooperuit nos vmbra mortis. Reuocillat viror Smaragdi viſum carnalem. Et caſtitas viſum ſpiritualem. Efficit enim claros ĩtellectus: ſicut luxuria excecat: vt in ſecũda ſecunde. Quãuis ⁊ ad litterã virgines delectabiliores ſint viſui corporali.

TErtio Smaragdus/ gratum hominez in verbis reddit. Si ego aut alij p̄dicatores haberemus talem neceſſariũ eſſet valde, ſed timeo etiã ſi eſſet tante quãtitatis/ quãte eſt mons ſancte Otilie/ vel turris Argẽ. eccleſie/ hunc effectuz non efficeret/ ꝙ redderemur in verbis grati: dũmodo ſaltez veritatẽ diceremus quia veritas odiũ parit. Secus ſi placentia loqueremur. Et quidem caſtitas gratũ reddit hominẽ in verbis: nec mirũ/ cum ſermo caſte virginis ſit prudens/ modeſtus/ et rarus: nec tam eloquentia precioſus quã pudore. Et nedum in verbis/ ſed ſimpliciter gratum reddit hominem caſtitas/ deo et hominibus. Matrem elegit virginem/ patrem putatiuũ Joſeph: diſcipulũ Joannem virgines habere voluit/ ⁊ ipſemet virgo fuit. Porro virgini Joanni pepercit/ ⁊ tenerius dilexit/ ne gladio aut cruce vitã finiret. Non enĩ de mundo tranſijt per dolorem martyrij: vt alij Apoſtoli. Merito virgines in deo delicias inueniũt: quia amore eius delicias carnis relinquũt. Bernardus in epiſtolis. Quomodo ignis ⁊ aqua ſimul eſſe non poſſunt. Sic ſpirituales et carnales delicie in eodem ſe non patiuntur vbi criminoſa ciborum diuerſitas/ vbi diuitis ſupellectilis diſcolor varietas oculos pariter paſcit ⁊ ventrem celeſtis panis ieiunam deſerit mentem.

QVarto ſmaragdus tempeſtatem auertit/ et caſtitas tempeſtatez carnalis impugnationis reprimit: vnde dicit Auguſtinꝰ. Eſt virtus ſub iugo rationis imperiũ libidinis refrenans. Et ne dum hanc/ ſed alias innumeras tempeſtates: quas carnales homines ſuſtinere coguntur compeſcit. Et quis queſo grandines pluuias ⁊ tonitrua recenſebit: que reboant in animis luxurioſorũ/ lege Terentiũ in Eunucho. Bellũ rurſum pax blandimẽta exprobrationẽs rixe ⁊ cõtumelie: etiã in m̃rimonio/ lege de oneribꝫ m̃rimonij Theophraſtũ apud Hieronymũ. Deus meus ex omni parte Chaos horridum ingruit ex ſeruis ⁊ ancillis/ ex vxore ⁊ liberis/ a vicinis ⁊ exteris/ cura ⁊ ſollicitudo que ſine interpolatione vrunt. Nouerat tempeſtatem hãc Apl's: dũ ait qui cũ vxore eſt ſolicitꝰ eſt q̃ ſunt mũdi: quõ placeat vxori ⁊ diuiſꝰ eſt

ab his omnibus liber eſt animus/ caſtus ⁊ ad ſeruiendum deo expeditus. Nam qui ſine vxore eſt ſolicitus eſt que domini ſunt quomodo placeat deo. pri. Corin. 7. Et profecto ſecundum Hieronymum. Si nihil aliud eſſet ⁊ nulla merces virginum amplior ſequeretur/ ſufficeret ei/ hec ſola prelatio cogitaretque domini ſunt. De quiete hac que ſequitur caſtitatem/ canit eccleſia. Sobrius caſtus fuit ⁊ quietus.

**Quinto Smaragdus**/ eſt contra morbum caducum/ quez curare dicitur. Et quid efficacius cōtra morbum luxurie vtiq; caducum/ ita efficax ſicut caſtitas? nihil vtiq;. Sed nedum contra hunc morbum: imo contra caſum oīm peccatorum/ preſeruat enim caſtitas hominem nedum a caſu in luxuriam: ſed etiam facilius ſe quā alij/ ab alijs peccatis preſeruare poterit. Caſtitas/ inquit beatus Hieronymus in libro de. xij. abuſiuis Auariciam refrenat/ lites deuitat/ iram mitigat/ laſciuiam caſtigat/ ebrietatem cauet/ verba non multiplicat/ gule concupiſcentias obiurgat/ furtum damnat. Quid plura? oīa vitia reſtringit/ oēs virtutes/ ⁊ quicquid coram deo/ ⁊ bonis hominibus/ laudabile eſt/ nutrit: vnde bene dicitur eccleſiaſtici. 6. Non eſt ponderatio digna continentis anime. Nam ſicut luxuria gignit auariciam lites iras ⁊c̃. Sic caſtitas cohibet Propter has ⁊ alias laudabiles conditiones caſtitatis/ ipſa caſtitas/ ⁊ maxime virginalis/ ſupergreditur conditionem humane nature/ per quam/ homines angelis ſimilantur. Sed producam vobis efficaciam huius Smaragdi caſtitatis. Et dicam quid mirabile ⁊ angelicum effecerit in quadam virgine. Et rurſus quomodo ex eius carentia quedā morbum caducum ſit paſſa ſue caſtitatis. Legitur in Speculo morali/ libro primo/ parte tertia/ diſtin. 96. de quadam virgine/ ꝙ cum quidam impeteret [anſtrengt] eam/ pro promiſſo precio/ dimiſit ſe a quodam iuuene deflorari. Cum autem poſt factuz negaret ei iuuenis quod promiſerat/ illa obtulit clamorem iudici ꝙ violenter eam oppreſſerat. Iudex autem (negante eo/ ꝙ non fecerat ea inuita) iudicauit ꝙ die aſſignata veniret/ daturus ei quandam ſummā pecunie: vel vt eam acciperet in vxorem. Iuuenis autem magis eligens dare pecuniam/ ei tradidit. Cum autem illa/ in ſinu ſuo eam repoſuiſſet ⁊ recederet/ ait iuueni iudex vt iret poſt eam/ ⁊ ei eam aufferret/ et ſi poſſet recuperaret. Quam cum toto conatu ſuo/ non poſſet ei aufferre adeo ſe defendens: ꝙ nihil valuit iuuenis/ ſed male tractatus ab ea rediret ad iudicez iudex eam reuocans/ fecit pecuniam reddi iuueni dicens/ ꝙ petebat/ eam mentitam/ quia ſi ſic ſeruaſſet virginitatis theſaurum vt pecuniaz/ nunquā eſſet ei ablatus. Plane ſi Smaragdum habuiſſet caſtitatis/ in hunc caducum morbum non incidiſſet ab adoleſcente imperita. Sed audiamus e regione contrariam: que caſtitatis virtute ſe continuit: dic de Eufroſina/ que ſibi impoſuit nomen Smaragdus: cuius ⁊ hodie dies feſtus eſt: vt dicitur in Viola ſanctorum. Sed in Cathalogo ſanctorum dicitur/ ꝙ ſit in Februario/ dic ex eodem/ vel ex Vitas patrū. vitam eius breuiter ⁊ conclude. Et apta valde eſt/ propter vocabulum Smaragdus ⁊c̃.

187

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Feria quarta Circumciſionis. Anno
1500. de quarto lapide precioſo To-
pazio obedientie.
Precipe eis vt tollant. xij. lapi-
des Ioſue. iiij.

Aaron ſummus
ſacerdos / habet toꝛacem [ ein
bruſt tuch ] quod dicebatur ra-
tiōale / in quo iuxta preceptū
domini dei / erāt duodecim lapides precio-
ſi / quoꝝ noīa recenſui annis ſupioꝛib9 / qui
ſignificabant duodecim cōſilia Chriſti: de
quib9 ſingul'annis vnū donaui / hoc die.
Primo Onychinū mie. Scdo Saphiꝝ
paupertatꝭ. Tertio Smaragdū caſtitatis
Hoc anno vobis quartū trado Topaſiuꝫ
obedientie Lapidem precioſiſſimum con-
gruū huic anno. 1500. Iubilei / ⁊ remiſſio-
nis / q̄t ſunt / qui ſibi hunc Iubilei ſtatuerūt
annū / tanq̄ terminū ſue obedientie emēda
tionis ⁊ cōuerſionis / quo velint relinquere
bn̄ficioꝝ pluralitatē / alij adulteria / ludos
vſuras ⁊c. Sed quid eſt inq̄s obedientia?
Cur Topaſio aſſimulatur? Reſpondeo breui
ter / ꝙ obediētia eſt volūtas faciendi prece-
ptū vel mandatū ſupioꝛis: vt dicitur in ſum-
ma virtutū Lugd. Hec duplex eſt / quedā
velle obedire p̄ceptis / que ſunt de neceſſita
te ſalutis. Alia etiā velle obedire conſilijs /
per votū vel ſine voto. et non ſolū languere
circa precepta / iuxta verbū. be. Bernardi.
Sed niti vt perfecte ea ſeruēt / et ſupererro-
ganter. Hec obedientia / Topaſius noſter
eſt / de quo Chriſtus / qui vult poſt me veni
re / abneget ſemetipm̄ / ⁊ ſequatur me ⁊c.
Plane Topaſius proprietates habet in ſe /
ceteris multo nobilioꝛes.

Primo Topaſi9
gēmaꝝ preſtantiſſima / ſupe
rans oīm gemmaꝝ clarita-
tes: vt dicitur in Speculo na
turali li. ix. cap. cvi. ⁊ in gloſa ſuper Apoc̄.
Et obedientia / ceteris p̄eminet virtutibus
moꝛalibus / Theologicis que īmediate ver
ſantur circa deū / non preeminet / ſed moꝛali
bus. Quia alie virtutes faciūt relinquere
exterioꝛa aut coꝛpoꝛalia: vt mens in deum
cōuertatur / obedientia vero / etiā bona ani
me / ⁊ id quod in anima potiſſimū eſt / ſcili-
cet voluntatem: vt dicit bea. Thomas ſe-
cunda ſecunde. queſti. ciiij. articulo. iij.
Poꝛro ipſa eſt aliarū virtutū cauſa / ſecun
dum ꝙ dicit bea. Gregoꝛius. Sola inquit
obedientia virtus eſt / que ceteras virtutes
mēti inſerit / inſertaſq3 cuſtodit: quod vtiq3
verū eſt. Tum quia actus virtutū / qui per
tinent ad obedientiam: prout ſunt in prece-
pto / operatur cauſaliter vel diſpoſitiue / ad
earuꝫ generationē ⁊ conſeruationē. Tum
quia inſerit menti ſubditi / ſenſum ⁊ volun
tatē ſuperioꝛis. Simile de duobus ſarcu-
lis / ex ſumma virtutū de obedientia.

Secūdo Thopa
zius / eſt coloꝛis aurei / ſine
quo coloꝛe oīs pictura / fere
moꝛtua ⁊ non viuida eſt. Et
ſine obedientia / oēs actus virtutū / moꝛtui
ſunt / non meritoꝛij. Nam vt ait bea. Tho-
mas ſecunda ſecūde. q. ciiij. ar. iij. queciiq3
alia virtutum opera / ex hoc meritoꝛia ſunt
apud deū / ꝙ fiunt / vt obediatur voluntati
diuine. Nam ſi quis etiā martyriū ſuſtine
ret / vel oīa ſua pauperibus erogaret / niſi
hoc oꝛdinaret adimpletionē diuine volun
tatis: quod directe ad obedientiā pertinet /
meritoꝛia eſſe non poſſent. Sicut nec ſi fie-
rent ſine charitate / que ſine obedientia eſſe
non poteſt. Dicitur em̄ primo Ioan. ij. ꝙ
qui dicit ſe noſce deū / ⁊ mandata eius non
cuſtodit / mendax eſt / qui autē ſeruat verba
eius / vere in hoc charitas dei perfecta eſt.
Et hoc ideo eſt / quia amicitia facit idē vel-
le ⁊ nolle. Eſt igitur obedientia / quaſi cam
pus aureus / in quo relucent floꝛes aliarum
virtutum / ⁊ nitent / alias fuſci ⁊c.
Idem Guilielmus Parriſien. in tractatu
de virtutibus. Si aliquis (inquit) imple-
ret oīa mandata / tantū quia bona ſunt / vel
honeſta / oīno non habens in mente ꝙ dei
mandata ſint: ⁊ ꝙ propter hoc teneatur ea-
dem implere / eſſet quidem bonus iſte / ali-
quo modo adimplendo ea. Non autem iu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſtus/aut dei ſeruus/nec deo ſeruiens/nec deum vt dominū habens/nec etiam vt deum/de cuius legis cuſtodia vel obedientia/omnino non curat/hec ille. folio. 120. litera x in fine.

## TErtio Topaſi'

eſt regibus chariſſimus: nihil enim eſt eo charius regibus inter diuitias. Et obedientia chariſſima eſt ſuperioribus regentibus ſubditorum. Vidiſti hominē velocem in opere ſuo/coram regibus ſtabit/nec erit ante ignobiles/Prouerbiorum. 22. Exemplum de Abbate ſyluano/ et Marco eius diſcipulo.
Item de Abbate Mor/ ex ſumma virtutū Lugd. de obedientia cap. iiij. §. iiij.

## QUarto Topaſi

us bulientia ſedat/ aquam/ ſanguinem/z paſſiones. Undas enim feruentes compeſcit/eaſqꝫ bulire prohibet: vt ait Arnoldus Et Ariſtoteles conſentit/ dicens/ eſt illud genus/qꝫ ſi supra rem bulientem ſuſpenditur/ceſſant ampulle eius.
Item cum ponitur ſuper hominis vulnus ceſſat fluxus eius. Porro paſſionem lunaticam/iram ſedat z triſtitiam/contra noxios quoqꝫ motus/ ac freneſim valet. Puto hoc ideo/quia z hec ſunt quedā ebulitiones. Sedat noſter ſpiritualis Topaſius obedientia/ omnes malos motus ebulientes ex fonte fomitis. Ecce bulla erumpit concupiſcentie/velles laſciuire. Mox obedientia precepti dei: aut ſuperioris/ facit eam euaneſcere. Sic de alijs paſſionibus/ z prauis voluntatibus. Vellet filia ad choream/ aut vxor/ ſed ad preceptum tuum/ obedientia earum facit quieſcere motus hos: extende ad placitum.

## QUinto topaſi'

limā patitur. Nam vt dicit Plinius. Sola nobilium limam ſentit/ cetere ſaxo z cote poliuntur. Et ſola obedientia virtus iuxta exigentiā ſuperioris lime/ ſe componere habet/ z medium eligere. Secus de alijs virtutibus/ quaꝝ mediū non pēdet ad arbitriū ſupioꝝ exēplum de caſtitate/de tēperantia zc.

## SExto Topaſius

idolū extrinſecus receptuꝫ repreſentat: vt in Speculo cōcauo vniuerſuꝫ. Et obedientia facit relucere extra noſtrā voluntatē/in obediente: Bernardus. Rara auis in terrꝭ diſcretio/ ſit ergo loco diſcretionis obedientia. Chriſtus ait nō mea fiat voluntas/ſed tua inſtar camaleontis qui ad oēs coloꝛes mutat. Sic tu ad dei z ſupioris volūtatē.

## SEptimo topaſi

us. Si eum polis obſcuras Si nature relinquis/clarioꝛ eſt. Et obediētia ſi fuerit ſimplex/melioꝛ eſt. Sunt qui poſt preceptum eis factū polire non ceſſant/vertunt z reuertunt/querunt: cur hoc preceptum eſt? quis hoc excogitauit? Cur illi z non mihi precipitur zc. Hec obedientia/ poſt tantas circūuolutiones/inſtar polientiū/rotam vertentium [ballier oder ſchliff mule] exhibita obſcurioꝛ eſt. Sic Eua poſt preceptum/ audiuit polientem z circumuoluentem diabolum/cur precepit zc. Inde ſequebatur obſcuratio obedientie. Sic qui dicunt/ cur precepit deus fornicationem/ cum ſit naturalis. Non ſic/ſꝫ ſimpliciter obediꝛ iudicia domini iuſtificata in ſemetipſa vera. pſal. xv. Solum/quia deus vult/ideo iuſtum eſt: quas virtutes habeat hic Topaſius obediētie. Si ſcire voluerꝭ/vide Lug. in ſumma de obediētia vim habet ſibi creaturas ſubdēdi/pꝫ de Ioāne diſcipulo/qui ex vi obediētie/adduxit Leenā dic hiſtoriā

Et alius iuſſit: vt aqua ſurſum de puteo aſcenderet.

Sunt hic innumere queſtiones de hoc Topaſio obedientie: ſcilicet

¶ Prima. An ſubditus teneatur in omnibus obedire ſuperiori.

¶ Secũda. An monachus ſciens ſe fragilem/ debeat Abbati precipienti ſibi acceptare prioratum in mũdo obedire: vide in Guiliel. Parriſieñ.

¶ Tertia. An miniſter lictor/ iudici iniuſto etcetera.

¶ Quarta. An regi precipiẽti iniuſtum bellũ/ ſubditus debeat obedire ⁊c̄.

Hec tranſeo/ ⁊ alias queſtiones de hac materia: que tractantur a beato Tho. Et Guiliel. Parriſieñ. et in ſummiſtis/ quos vide.

¶ Feria ſexta in feſto Circumciſionis Anno 1501. de quinto lapide precioſo Ametiſto manſuetudinis.

Precipe eis vt tollant .xij. lapides Joſue. iiij.

Iuſſit dominus vt Aaron in pectorale qđ appellabatur rationale .xij. lapides precioſos deferret/ ſignificantes .xij. conſilia/ ⁊ virtutes heroicas/ quemadmodũ ſuperioribus annis dictum eſt: quas vtiqȝ ſacerdos in pectore ferre debet/ et de pectore in manus per exercitium recipere/ ⁊ deinde verbo predicationis/ munus hoc ornare/ et offerre populo. Tunc enĩ efficaciter predicat. Si virtutes quas corde tenet/ manu operatiõis exercet/ ⁊ verbo predicationis/ populo cõmendat/ ⁊ ad ſimilia faciendũ exhortatur. Et ſic Chriſtũ imitatur: que prius incepit facere ⁊ docere quod corde tenebat. Diſcite a me: quia mitis ſum ⁊ humilis corde ⁊c̄. et exemplũ dedi vobis vt quem ⁊c̄.

¶ De his gemmis preteritis iam annis quattuor preſtiti pro Encenio: iam quintum in ordine dono/ pro hoc anno/ ipſe eſt Ametiſtus manſuetudinis: videlicet ex torace/ ſiue pectorali cordis mei per manus et os: et non ſolum ore ſine manu ⁊ corde. Nunc vobis opto/ vt eum recipiatis/ teneatis: ⁊ ſecundũ eius inclinationẽ hoc anno nunc ⁊ per omne euum veſtre vite operemini: vt quemadmodũ Chriſtus puer natus mãſuetus fuit/ ⁊ nos manſueti eſſe mereamur ipſe puer inquit: qui ait, diſcite a me/ quia mitis ſum: id eſt manſuetus/ ⁊ humilis corde. Sed ais/ ⁊ quid eſt mãſuetudo? Reſpondeo eſt virtus moderatiua ire ⁊c̄. Non cõmuni ⁊ humano modo/ ſed ſuperhumano ⁊ perfecte: contingit enĩ iram moderari dupl'r. vno modo ſic ꝙ homo eam modo humano refrenat: ſic ꝙ non nimis impetuoſe excedit: tamẽ aliqualẽ perturbationẽ eius ſentit: ⁊ hoc eſt cõmunis virtus hec non eſt Ametiſtus noſter. Alio modo contingit eam moderari hoc modo: ſcilicet ꝙ redditur homo totaliter tranquillus ab ira/ per oĩmodam ſubiectionẽ ad regulã rationis vel diuine legis. Et hec eſt virtus heroica/ non cõmunis oĩbus ſed perfectis: hec eſt de qua Chriſtus dixit. Si quis te percuſſerit in dextrã maxillam tuam/ prebe illi ⁊ alteram. Et ei qui vult tecũ in iudicio contendere/ ⁊ tunicã tuam tollere/ dimitte ⁊ pallium. Matth. v. Hec eſt: que eſt non preceptũ/ ſed cõſilium. Hec eſt Ametiſtus noſter ꝓcioſiſſimus. q̃ vtiqȝ apte per Ametiſtũ ſignificatur/ propter conditiones ſimiles hucinde inter vtrũqȝ repertas.

Primo Ametiſt⁹ eſt coloris purpurei: qui et ceterorũ omniũ colorum gratiſſimus: vt dicit Cornucopie. Et Speculũ naturale libro .ix. capit. xliiij. de Ametiſto. Ametiſtus eſt coloris violacei: ⁊ tendit in colorem vini: ſed deſinit in violaceum. Itaqȝ gratiſſimi coloris eſt. Et manſuetudo efficit hominem acceptiſſimũ deo ⁊ hominibus. Fili in manſuetudine perfice opera tua/ ⁊ ſuper hominũ gloriam diligeris eccleſiaſtici tertio. Et quid eſt diligibilius gloria? plane/ maxime diligibilis ⁊

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

contrariũ eius ignominia/ maxime odibilis. Sed ſi tu manſuetus fueris diligibilis erꝭ hominibus gloria. Sed vide vt perficias opera tua/ ꝛ cum ſolum incipias in manſuetudine/ notanter enim dicit Salomon in mãſuetudine perfice opa tua. Sũt multi qui incipiunt/ ſed non ad finē perducunt in manſuetudine/ hoc experiũtur eleemoſynarij/ erga importunos mendicãtes. Ecce/ quia hominibus facit amabilē/ ſed ꝛ deo. Dicitur enĩ eccleſiaſtici prio. Beneplacitũ eſt deo/ fides ꝛ manſuetudo. Nam fides ſubijcit intellectũ/ mãſuetudo affectũ deo: vt dicit in ſumma Lugd. Et Chriſt' dñs hortatur nos ad eam/ tanꝗ̃ ei placitã: Diſcite a me inquit: quia mitꝭ ſum ꝛc. Et prouerbioꝝ. xx. Clemētia/ tronus regi' roborat/ de differentia clemētie/ ꝛ mãſuetudinis nolo hic ꝯtendere/ videat Buridanus ſi placet. Nec mirũ eſt/ ꝙ gratos efficit ſꝫm Thomã: quia in eundē effectum concurrit cum charitate: que eſt maxia virtutis: ſcꝫ in ſubtrahendo mala proximoꝝ.

**SEcundo Ameti**ſtus/ eſt ſculpture facilis: vt dicit in Speculo naturali. Et manſuetudo facit hominem/ ꝙ libēter cedit alteri: ſicut res mollis non reſiſtens. ſicut facere ſolent iracundi. Nam vt dicit in ſum. Lugd. Mãſuetudo mollities eſt/ ſeu ſuauitas malo cedēs/ ſubeſſe ſciens ſuperioꝛi/ nec reſiſtens tractabilis/ ſiue bonis conſentiens. Uide eandem. Sunt homines mãſueti ꝛ humiles/ tanꝗ̃ ſcutelle/ alioꝝ̃ ſcilicet receptiue. Superbi autē tanꝗ̃ globi/ ſeſe nõ recipientes. Due ſcutelle ſe inuicem recipiunt/ ſic duo humiles/ ſiue manſueti. Scutella recipit globũ ꝛ mãſuetus ſuperbũ. Sed duo globi non ſe mutuo recipiunt/ ſed ſtatim vbi ſe tangunt in puncto reſiliunt/ ꝛ ab inuicem diſcedunt. Sic duo ſuperbi/ ſimul ſtare non poſſunt/ ſed pungunt ſe verbis/ ꝛ diſſiliunt ab inuicem. Eſt manſuetudo tanꝗ̃ culcitra mollis in lectulo floꝛide conſcientie/ in qua animus cum deo quieſcit/ Canticoꝛum primo. Lectulus noſter floꝛidus. Eſt tanquã antemurale in caſtro anime/ quod leuiter recipit duriſſimos lapides in ſe/ ꝛ defendit murum.

**TErtio ametiſt'** malas cogitationes reprimit: ꝛ manſuetudo cogitationes vindicte extrudit. Solet iratus voluere in animo/ de modo ſe vindicãdi: ꝛ inde dicitur tumoꝛ filia ire. hanc igitur cogitatiōem extrudit manſuetudo: quia manſuetus talia non cogitat/ ſed quietus eſt in animo.

**QUarto ametiſt'** tollit ebrietatem: vnde ꝛ nomen traxit/ dicit enim ametiſtus quaſi minime ebria: vt dicit Perott' in Coꝛnucopie. Sicꝗ facit hominē ſui ipſius cōpotem/ ꝛ in naturam debitam reſtituit. Solet ebrietas hominem efficere beſtialem ꝛ eum extra hominis naturam eliminare/ qđ ergo tollit ebrietatem: reſtituit hominē ſibi ipſi. Et manſuetudo idem facit/ plane ira facit hominē beſtialem/ inſanũ/ ꝛ furibundum. Quid eſt ira aliud ꝗ̃ breuis furoꝛ vł inſania: Facit hominem quaſi buffonem ita timidũ/ ita venenoſum. ꝛc. Dum iraſcit quis/ dicit expecta donec ad ſe redeat: hoc autem facit Ametiſtus manſuetudinis/ ebrietatem illam ꝛ exceſſum mēſure tollit ꝛ reſtituit in naturam propꝛiam. Nam dicit Sapiens hominem eſſe animal manſuetum natura In omni ſpecie animalis/ figura coꝛpoꝛꝭ atteſtat nature interioꝛi: ſicut vngues acuti/ magni ꝛ foꝛtes ꝛ vncati ꝛ dentes magni ꝛ ſciſſio oꝛis magna/ atteſtantur rabiei vt apparet in leonibus. Contraria vero his/ atteſtantur manſuetudini/ vt in hominibꝰ ideo crudeles homines/ quaſi non ſunt homines/ in animalia enim ſylueſtria tranſierunt.

Quinto Ameti/ſtus facit bonū intellectum/ et confortat. Et manſuetudo facit ad cognitionem. Ira enim propter ſuū impetum (ait Thomas) Impedit animum ne poſſit cognoſcere verum. Manſuetudo aūt iram premit/ ꝛ facit hominē compotem ſui: vt dictum eſt. Unde eccleſiaſtici.x. dicitur. Fili in manſuetudine ſerua animā tuam. Facit plane/ ꝛ preparat hominē manſuetudo ad congnitionem dei. Primo quidem faciendo hominē compotem ſui/ per diminutionem ire: vt dictū eſt. Secundo/ q2 ad manſuetudinē pertinet/ ꝙ homo non ꝯtradicat verbis veritatis/ qḋ plerunqꝫ aliqui faciūt ex ꝯmotione ire. Ideo Auguſti. dr̄ in.ij. de doctrina chriſtiana/ ꝙ miteſcere eſt nō contradicere ſcripture ſiue intellecte/ ſi aliqua vitia nr̄a percutit: ſiue non intellecte/ quaſi nos melius ꝛ verius/ ſapere ꝛ ꝑcipere poſſemus: vt in ſcḋa ſecunde dr̄. Inde dr̄ Jacobi.pri. In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum/ ꝛ eccleſiaſtici.v. Eſto manſuetus ad audiendū verbum dei. Et Auguſtinus dicit/ Moyſen propter manſuetudinē/ dei apparitione dignū habitum.

Sexto Ametiſt᷒ habet virtutē refrigerandi ꝛ leniendi. Quanta aſperitas ſit in iracūdo/ quātaqꝫ flamma/ patet ex verbis.be. Gregorij/ qui dicit Ire ſue ſtimulis accēſum coꝛ palpitat/ corpus/ lingua ſe prepedit/ facies ſe igneſcit/ exaſperanť oculi/ ꝛ nequaqꝫ recognoſcunť noti/ ore quidē clamorē format/ ſed ſenſus qḋ loquiť ignorat: hec ille. Manſuetudo autē letificat ꝛ extinguit iram. Ergo habꝫ virtutem refrigerandi ꝛ leniendi.

Septimo Ametiſtus facit vigilē. Negligens eſt iracūdus/ ꝛ non ſatis ſupuigilat: quin oēs gratias q̄s habet flāma ire cōcremet ꝛ exterminet/ eſt eñi ianua oīm viciorꝫ iracūdia/ qua clauſa virtutibꝫ intrinſecus dabiť quies aperta/ ad omne facinus armabiť animus: vt dicit gloſa ſuper illud Prouerbiorum.29. vir iracundus prouocat rixas. Eſt plane ira ianua viciorꝫ per accidens/ ſcꝫ remouendo ꝓhibens/ ideſt impediendo iudiciū rationis/ per qḋ homo retrahiť a malis vt dicitur in.ij.ij.q.158.art.6. Secus facit mā/ſuetudo. Item manſuetudo poſſidet terrā corporis ſui: ne exurgat ꝯtra animā/ ꝛ ſic ei dominať/ inde ꝛ ei terra viuentiū in premium ꝓmittit: Beati mites quoniā ipſi terram poſſiderūt: vide in Summa Lugd. de beatitudine mititatis ꝛ adde ad placitum congrua/ ꝛ conclude.

¶ Sabbato in Feſto Circumciſionis Anno.1502. De ſexto Lapide precioſo Carbunculo charitatis.

Precipe eis vt tollant.xij. lapides Joſue.iiij.

Habuit Aaron duodecim Lapides precioſos i pectorali ex iuſſu dei: qui ſignificabāt. duodecim conſilia Chriſti: et duodecim virtutes perfectas/ ſiue heroicas/ de quibus ſingulis annis/ ſingulas pro encenio/ hoc die donaui/ per annos habet. Reſtat igitur in preſentiarꝫ/ vobis in ordine ſextū donem. Ipſe eſt Carbunculus perfecte charitatis/ qui ſe vſqꝫ ad inimicos etiā extendit. Hunc vobis opto/ ꝛ dono/ ꝛ inquantum in me eſt exhibeo/ pro huius noui anni encenio. Sed ais quid eſt illa perfecta charitas: illa inquam eſt/ q̄ non precipitur ſed conſuliť: illi eñi lapides xij. ſignificant.xij. conſilia. Charitas videlicet que extendiť ad dilectionem inimicorum: de quo Math.6. Diligite inimicos veſtros/ benefacite his qui.ꝛc̄. iſtud quantū ad dilectiōem affectus eſt ꝓceptum: ſed quantū ad dilectionē effect᷒ eſt ꝯſiliū: q2 inimico velle gratiā ꝛ gloriā neceſſitatꝭ eſt,

Sed impendere ſibi opera beneficentie ⁊ ſigna beneuolentie: hoc eſt perfectionis ⁊ conſilij/ad qđ nō omnes tenent. Ego aũt nedum de perfecto amore proximi ⁊ inimici. Sed etiã pfecto amore dei/loqui volo/ quoniã ⁊ ipſe nō preceptũ ſed ꝯſilium eſt.

PRimo carbũculus eſt multiplex: Sunt enĩ decem genera Carbunculoꝝ vt dicit Uincentius in ſpeculo naturali.lib.9.capit.51. Et multiplex eſt dilectio ſiue charitas. Eſt enĩ charitas amor ſiue dilectio naturalis animalis rationalis ſiue arbitrariꝰ. Item amor affectiuus ⁊ effectiuus. Item amor amicicie ⁊ amor ꝯcupiſcentie. Item amor deſiderij ⁊ amor ꝯplacentie vt dicit Gabriel diſt.27.tertij. Item amor celeſtialis/clauſtralis/⁊ chriſtianalis/vt innuit beatus Thomas ſcđa ſcđe.q.24.art.8. Ecce.xij. Item dicit idem Uincencius cap.52.ꝙ tabernaculoꝝ ſpecies ſunt tres: ſic ad ꝓpoſitum ſunt tres ſpecies amoris proximi/ſcȝ amor amici ſufficiens/amor inimici ſufficiens/ dum ſcilicet quis vult ei gloriã ⁊ gratiam ⁊ amor inimici habundans. Hic eſt pfectꝰ Carbunculus ⁊ electus: de quo ad preſens loquitur Jordanus. Ego autem extenſius loquar/etiam amore dei/ꝗtenus ſermo fiat ꝯmunior ⁊ extenſior/ſcilicet pro amore ꝑfecto dei ⁊ proximi.

SEcundo carbunculus alios lapides p̃cioſos excellit/⁊ ad eos ſe habet ſicut auꝝ ad cetera metalla. Et charitas omnes alias virtutes excellit Teſtatur hoc Apl'us/maior autē hoꝝ charitas. Et huius ratio eſt ſecundũ beat. Thomã ij.ij.q.23.art.6. qꝛ maxime ꝯiungit prime regule actuum q̄ deus eſt.⁊c̄. Unde ⁊ deo chariſſima eſt. Item eſt reſpectu alioꝝ virtutũ ſicut auꝝ reſpectu metalloꝝ in precioſitate: vnde ⁊ dicit᷑ Apoc.iij. Suadeo tibi emere auꝝ ignitũ. Et nedum aurum eſt. Sed etiã aurea reddit q̄ ꝯtingit/⁊ plumbea efficit aurea/opera enĩ de genere bonorũ/ſine charitate facta quaſi plumbea ſunt parui ſcȝ vel nullius valoris: facta vero ex charitate/quaſi aurea ſunt: qꝛ p̃cioſa valde/valentia vitam eternam; ꝓpter hanc excellentiã ab Ambroſio etiã appellat᷑ eſſe forma virtutũ; non q̄dem exemplariter aut eſſentialiter/ſed efficiens q̄li/ inquantũ omnib us virtutibus formam imponit: auream ſcilicet/⁊ valorem applica ⁊ Beatum Thomã.ij.ij.q.23.art.viij. nō obſtante ꝙ aliter loquitur.

TErtio carbunculus habet omniũ alioꝝ lapidum virtutem. Et charitas in ſe omnes ꝯplectit᷑ virtutes: hoc modo.

¶ Primo imperatiue/qꝛ mouet omēs virtutes ad opera ſua.

¶ Secundo ordinatiue ſiue directiue/ qꝛ omnes virtutes mouentur ad finem charitatis: vnde Apoſtolus.i.Thimo.i.finis precepti eſt charitas.

¶ Tertio ſolidatiue/qꝛ in charitate virtutes cetere ſolidant᷑: vnde Grego. omnia precepta vnũ ſunt/qꝛ quicq̄d p̄cipitur/in ſola charitate ſolidat᷑. Et (vt dicit beat. Tho. ſcđa ſcđe.q.23.art.8.) charitas ꝯparatur ad alias virtutes/vt radix ⁊ fundamentũ ſꝫm illud Ephe.iij. In charitate radicati ⁊ fundati/inq̄ntũ videlicet/ex ea ſuſtentant᷑ ⁊ nutriunt᷑ omnes alie virtutes.

QUarto carbũculus eſt in calore igneus ſicut carbo viuꝰ. Et charitas ignis eſt/vnde ⁊ ſpiritusſanctus venit in igne ſuꝑ Apl'os. Uere ignis charitas eſt. Primo ignis tendit ſurſum. Et q̄ vehementer incenſi ſunt igne charitatis/ cupiũt diſſolui ⁊ eſſe cũ Chriſto. Philip.i. Et mortē hñt in deſiderio/⁊ vitã in patiẽtia. Ipſa plane eſt currꝰ igneus ſubleuans interiorē hominē in paradiſum ſpũalem/vt de Helia legit᷑.4.Reg.2. Scđo ignis neſcit eſſe ocioſus. Et amor dei nunq̄ eſt ocioſus/oꝑatur enĩ magna ſi



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſt. Si aũt operari renuit / amor non eſt /
vt ait beatus Gregorius.
¶ Tertio ignis eſt illuminãs ꝛ ſplẽdens.
Et charitas ad eternũ ſplendorẽ eſt ducẽs.
Nõ em̃ ( vt dicit Grego. ) clareſcit anima
in fulgore eterne pulchritudinis / niſi ( vt
ita dixerim ) Hic prius arſerit in offici/
na charitatis.

## Quinto carbun/

culus magis lucet nocte ꝙ die
Et magis lucet charitas in
nocte aduerſitatis / ꝙ in die
pſperitatis. Hec eſt columna ignis / q̃ fi/
lios Iſrahel iuſtos p̃cedit / ꝛ ducit in nocte
aduerſitatis. Plane in charitate pfecti ſim
plices / frequẽter melius iudicãt inter bo/
nũ ꝛ malũ / inter virtutes ꝛ vicia / ꝙ docti
multi / mali / aut imperfecti in charitate. De
illa charitate in nocte lucente: loquit̃ beat.
Jacobus. Hec eſt inq̃t vera religio / viſita
re viduas in eaꝝ aduerſitate / ꝛ immacula
tũ ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Nota in ad/
uerſitate / Et ↄmune puerbiũ eſt / in neceſſi
tate probatur amicus.

## Sexto carbunculus

lus circa ſeno ctẽ q̃ſi in di/
em mutat. Et charitas no/
cte aduerſitatis ꝛ tribulati
onis / vertit in diem ↄſolatiõis. Job. xvij.
Noctem verterũt in diẽ / quod eſt / ſancti
ex feruore charitatis / gaudẽt in aduerſis.
Ibant Apl'i gaudentes a ↄcilio / q2 habiti
ſunt digni / p nomine Jeſu ↄtumelias pa
ti. Quid hoc erat aliud ꝙ noctem tribu/
lationis / vertere in diem gaudij ꝛ ↄſolatio
nis. Et Tiburtius dixit / ſe ſup roſeos in/
cedere flores / dũ ſup prunas cogeret̃ ince/
dere: ſic reliqui abſqꝫ numero ſancti / ex cha
ritatis feruore fecerunt.

¶ Septimo Carbũcul⁹ fugat venenũ ae/
reũ ꝛ vaporoſuꝫ. Et charitas ſua benigni/
tate / omnẽ maliciã infectiuã vincit. i. Cor.
xiij. Charitas patiens eſt / benigna eſt / non
emulatur: vide gloſam magiſtralem / ꝛ ex/
pone ad placitum. Ecce p̃cioſiſſimũ hũc
charitatis Carbunculũ / maximeqꝫ virtu
tum / vobis exhibeo / veſtrum erit hoc En
cenĩũ non ↄtemnere / ſed manus extendere /
ꝛ acceptare. Hoc autem facietis ſi diſpoſu
eritis animã veſtram / ꝛ capacem eſſe ceri/
tis pro illo dono recipiendo / quod eſt / ſi fe
ceritis quod in vobis eſt: diligendo deum
ꝛ proximũ / quantum ex naturalibꝫ pote/
ſtis. Itaqꝫ deus quod ſuum erit faciet pro
cul dubio / alias nihil fiet: quia actus acti/
uorum fiũt in patiente diſpoſito: Et qui
creauit te ſine te / non iuſtificabit te ſine te.

¶ Dominica in octaua natiuitatis
Circumciſionis Anno. 1503.
de ſeptimo Lapide p̃cioſo
Jaſpide Siplicitatis.

Precipe eis vt tollant duodecim
Lapides Joſue. iiij.

## Septimus lapis

quem habebat pontifex in pe
ctorali / erat Jaſpis. Et hic ſi
gnificat ſeptimum conſiliũ Euangelicum
ſiue ſeptimam virtutem heroicam: qui di/
citur ſimplicitas verborum. Hec ſimplici
tas cõſiſtit precipue ꝛ primo / ad intentio/
nem Chriſti / in hoc ꝙ ſine iuramento dica
tur veritas: ſicut docuit dominus Math.
v. Sit ſermo veſter / eſt eſt / nõ non / quod
amplius eſt a malo eſt. Cuius ſenſus eſt ſe/
cundum compendium Theologie: ſi affir/
matio vel negatio eſt in ore / ſit ꝛ in corde.
Ad hoc conſilium reducitur ꝛ illud / audi/
ſtis quia dictũ eſt non peierabis. Ego aũt
dico vobis / nõ iurare omnino. Nota ꝙ iu
rare quantũ ad infirmitatem ptinet / per/
miſſionis eſt / nõ aũt iurare: Quantum ad
pfectionem pertinet / conſiliũ eſt / hoc ex cõ/
pendio. Tu cogita quomõ hoc ſit precep/
tũ / ꝛ quando conſiliũ. Nos latius loqui
volumus ꝛ dicim⁹ ꝙ hec ſimplicitas ver/
borum in hoc ſeruari debet. Primo ꝙ ſit
ſimplicitas contra falſitatem / ita ꝙ ſicut

dicitur ita ſit/ ita/ eſt eſt /nō non/ſeruat. Nouri opifices ſicſe habent/ vt eoꝝ facta ſint/eſt et nō. Non aūt eſt eſt/nō non. Dū queris a ſartore/ facies ne mihi tunicā ad feſtum hoc Natiuitatis? reſpondet: etiam Feſto adueniente ſi queris/ eſt ne veſtis facta? reſpondet non: ſicq; tales tenent eſt et non. Sed nō/eſt eſt/non non.

Scdo ſtat in hoc ſimplicitas/quod fiant verba ſine iuramēto/ideo dicit/quod amplius eſt a malo eſt/ et nolite iurare omnino. Hec eſt grandis altercatio/vnde et hereſis quedam orta eſt/q̄ dicit/omne iuramentū eſſe prohibitum: ita q̄ in nullo caſu liceat iurare: et habent pro ſe apparentiam. Sed reprobatum eſt ab Eccleſia. Ego dixerim cum Chriſoſt. q̄ iurare nos prorſus nō cōuenit/ quid enim vnicuiq; noſtrum iurare neceſſe eſt/cū nobis mētiri oīo nō liceat/ q̄rum verba ita vera ſemper/ ita debent eſſe fideliſſima: vt pro iuramento habeātur/ vt dicit Ludolfus parte. prima. cap. 34.

Tertio ſtat in hoc ſimplicitas verborū/ q̄ fiant ſine multiplicitate ſcz vt homo caueat a multiloquio/ et aſueſcat ſimpliciter dicere/eſt/non. Quanti noceat multiloquiū patet in Summa viciorum. Habent loquutiones noſtre plicas multas.

Quarto conſiſtit in hoc ſimplicitas verborum/ q̄ non ſint fedata per maliciam/ ire/vindicte/irriſionis/contumelie/conuicij etc̄. Regulariter deliteſcit aliquid in verbis noſtris/preter ſimplex eſt et non. Ecce fratres/hec verborum ſimplicitas/eſt Jaſpis ille/quem vobis dono do/pro Encenio neq; contemnendus eſt a vobis. Habet grandes vtilitates et virtutes. Et vtiq; tales virtutes ſpirituales habet verborꝝ ſimplicitas/ quales naturales habet Jaſpis. Sed ais/ et quas virtutes habet iaſpis? et quas ſimplicitas verborum? Reſpōdeo q̄ ſeptem quantum ad preſens ſufficit.

PRimo Jaſpis qui bonus eſt/ eſt viridis ſiue herbacei coloris. Et verborū ſimplicitas/vere viridis eſt et eſſe debet. Debet enim ſermo noſter eſſe virens/vt ſemper aliquid boni germinet/alias erit ocioſus: verbum enim ocioſum ſecundum Hieronymum/ eſt quod ſine vtilitate loquentis dicitur/aut audientis. Et quos fructus poſſet inquis germinare verbum meum? multos plane/ſcilicet laudationem dei/gratiarum actionem/ orationem/confeſſionem peccati/correptionem proximi/reclamationem mali/vt dicitur in Summa viciorū de ocio. Hoc eſt contra vaniloquos/nugigerulos/qui ſine fructu verba proferunt: tota die perdentes tempus.

SEcundo iaſpis eſt tranſlucens. Et ſermo noſter debet eſſe tranſparens/vt in verbis trāſpareat intentio cordis. Quod eſt cōtra doloſos et mendaces. Sed quid? Os quod mentitur/occidit animam. Contra mendaces dic ad placitum. Sed ais eſt ne ſemper peccatū duplicitas illa/ cum quis loquitur et non patefacit ſuam intentionem. Et videtur q̄ non/ cum dicat ſapiens. Cor ſtulti in ore ipſius/ et econtra os ſapientis in corde ipſius. Eſt hec pulchra queſtio/ quam abſoluit Bernhardinus in q̄dragesimali de religione Chriſtiana/ſermone. 32. art. 2. cap. 2. Que exigeret ſpecialem horam ideo ad pn̄s ſuperſedeo/poſterius forſitan dicā.

t Ertio iaſpis habet venas rubeas. Et ſermo noſter/ debet habere venas rubeas charitatis ad proximum: ad quem et de quo eſt ſermo. Quod eſt contra ſuſurratores/detractores/conuiciatores/ et calumniatores/qui non rubeo charitatis verba ſua colorant: Sed croceo colore/ire et inuidie. Noli verba tua/hoc iudaico et Serpentino colore fedare/ſicut freq̄nter fieri ſolet. Sint potius charitatiua/ et rubeant amore fraterno. Hic contra viciū detractiōis/contumelie etc̄. dic ad pla.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

QUarto iaſpis
fugat febrem: Et verboꝝ
ſimplicitas iram. Plane
iram proximi nihil ma-
gis fugat / quam ſi ei verbo ſimplici non
mordaci ſed molli reſpondeas. Teſtis eſt
Sapiens / prouerbioꝝ. xv. Mollis reſpō
ſio frāgit iram. ſermo durus ſuſcitat rixas.
De hoc multa in Summa vitioꝝ de re-
medijs ire. Porro ꝛ irā ꝓpriam fugat ſim-
plex verbum / dū iraſceris noli proferre ſed
contine te a multis verbis / ꝛ ceſſabit ira:
alias creſcet. Nam vt dicit gloſa Prouer-
biorum. xij. ſuper id / fatuus ſtatim indicat
iram ſuam: Natura ire eſt / vt prolata / ma-
gis ferueat oculta ta langueſcat: Simile d
igne in fornace / qui extinguitur clauſus:
creſcit autem recluſus.

QUinto Iaſpis
curat idropiſim. Et ſimplici-
tas curat auariciam / que eſt
ſpiritualis idropiſis. Quia
quāto ꝗs magis bibit diuitias / tanto ma
gis ſitit eas. Hāc plane curat Iaſpis ſim
plicitatis: Nam apud mercatores / campſo
res / ꝛ alios tempalibꝫ lucris intendentes:
verborum ſimplicitas reputatur fatuitas
quia malum eſt dicit omnis emptor: Pro-
uerbiorum. x. Et Iob. xij. deridetur iuſti
ſimplicitas ꝛ quaſi lampas cōtempta apō
cogitationes diuitum. Uide Thomam ꝛ
Gregorium. Item exemplum de duobus
mercatoribꝫ in ſpeculo exemploꝝ. diſt. 6. ex
emplo. i5. ꝛ per conſequens diminuit di-
uitias ꝛ ꝑ ꝯſequens auariciā quia tantū
creſcit amor nūmi ꝗntum pecunia creſcit:
vt dicit Poeta ꝛ rurſus tantum decreſcit
amor nummi ꝗntum pecunia decreſcit.

SExto iaſpis ſtri
git fluxū ſanguinis. Et ſim-
plicitas verborum / ſtringit
fluxum ſanguinis ſcꝫ carna-
lis ꝯcupiſcencie / q ex ſimulatis colloquijs
ſepe excitatur: vnde Apoſtolus. Corrum-
punt bonos mores / colloq̄a praua. i. Co-
rin. xv. Corrumpunt plane proximum hec
verba. Sic enim femine seducunt ab ama
ſijs ſuis. Corrumpunt etiam ipſum: qui
turpiter loquitur vt tandem turpia opera
non abhorreat. Seneca turpia ne dixeris /
paulatim enim per verba pudor deijcit.

SEptimo iaſpis
diſcernit infirmitates. Dicit
enim Thetel / ꝙ quando in-
uenitur in iaſpide homo ha-
bens faſciculum herbe in collo / ꝛ ponatur
in argento / habet virtutem inter infirmita
tes discernendi. Itaqꝫ Galienus in digito
portaſſe fertur hunc lapidem. Et profecto
ſimplicitas verborum / optime facit diſcer
nere ſpirituales infirmitates ꝓprias ꝛ alie-
nas. Illuminat enim ſilentium / ſiue verbo
rum ſimplicitas ꝛ paucietas. Illuminat
inqꝫ intus intellectum hoīs / ꝛ quanto ab
exterioribus ſe intra recolligit / tanto magiſ
interiora ſua conſiderat: Sunt regulari-
ter conſideratiui / taciturni / qui non ſunt
ad extra effuſi. Sed ꝛ aliquando legunt
adeo fuiſſe illuminati. Legitur in Sum-
ma viciorum circa finem / de quodam mi-
lite potente qui voluit intrare religionem
ꝛ c. Dic ex eodem vbi ꝛ multa alia ad po
ſitum reperies / quomodo ſilentium eſt ſi-
gnum ſapientie / ꝛ profectus ſpiritualis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Feria ſecunda feſtum Circumci
ſionis Anno. 1 5 0 4. de octauo
Lapide precioſo Criſolito
vitationis.

Precipe eis vt tollant. xij. lapides
Joſue. iiij.

OCtauus Lapis
quē habebat pontifex in pe/
ctorali erat Criſolitus / per
quem ſignificatur octauum
conſilium Chriſti: ſcilicet vitatio occaſio/
nis peccati/quod ponitur Matth. xviij. z
quito. vbi dicit dominus. Si manus tua
vel pes tuus ſcandaliſat te/ abſcide eum et
proijce abs te/bonum eſt tibi ad vitam in/
gredi. Ubi ſecundum Auguſtinum non
precipitur ad literam aliquod mēbrorum
eruí: non enim hoc licet niſi in caſu/ vt de
clarat Lyra. Matth. xviij. ſed occaſio pec/
candi amputanda eſt. Per manuz ergo in/
telligendus eſt auxiliator in negocijs ſuis:
quia manus eſt organū organorum per pe
dem intelligatur curſor/qui currit ad nego
cia peragenda / per oculū conſiliarius qui
dirigit in agendis/amicitia iſtoꝝ quantū/
cunqꝫ ſit vtilis in temporalibus/ eſt tñ pre
ſcindenda a ſe z remouēda ſi ſit occaſio rui
ne in ſpiritualibus ſecundū Lyram. Alias
expoſitiões vide ſi placet/in Ludolfo. Ec/
ce octauū conſiliuz. Sed ais/hoc videtur
potius eſſe preceptum ꝙ̃ conſilium / quia
quis tenet vitare occaſiones/ q̇a qui amat
periculū peribit in illo. Et in diffinitiōe ſa
tiſfactionis dr/eſt peccatoꝝ cauſas excide/
re: z eorū ſuggeſtionibus aditū non indul/
gere: ſup quo dt Thomas/diſt. xv. q̄rti. q.
pri. arti. iij. Ad primū/ ꝙ hoc intelligendū
eſt de cauſis primis peccati actualis / que
dicuntur due: ſcꝫ libido ex cōſuetudine vel
actu peccati relicta/ z alique reliquie pecca
ti preteriti/ z exteriores occaſiones: vt ſocie
tas mala/ z huiuſmodi: z tales cauſe in hac
vita per ſatiſfactionē tolluntur zc. Cogita
de hoc / quomodo vitatio occaſionum ſit
conſilium: z quomodo preceptū: quia doc.
in his paſſibus/ Matthei. xviij. z quinto.

Nihil ſcribunt/ vide in tua Apologia de
ſcandalo contra Bondorff z applica/quia
ibi multa reperies de hoc ex Anthonino/
vel ex animo dic ꝙ duplex eſt occaſio que
dam obruens et illam tenemur vitare/alia
eſt circumſtans quā vitare eſt concilij.
Ecce hic eſt Criſolitus lapis vtiqꝫ precio/
ſus: cui cōſiliū hoc apte comparat̃ propter
ſeptē proprietates inter eas repertas.

PRimo Criſolitus
aureo fulgore trāſlucet: cuius
color aureus ſcintillat/ auro/
micat: z vt ignis ſcintillat/ ſe/
cundum Plinium/ Arnoldum/ z librū de
natura rerum. Et illi ſunt optimi Criſoliti.
Nam vt dicit Plinius deterrime ſunt Ara
bice/quia turbide ſunt/ z vario macularuz
nubilo interpolate fulgentes / libro. xxxvij
capitulo. ix. Et vitatio occaſionis peccan/
di/ facit hominem fulgere per bonā famam
z gloriam/ ſicut aurū z ſcintillare vt ignis.
Secus ſi non perfecte vitauerit/ tūc enim
bona ſua fama z gloria/ incipit fuſcari/ z
nō erit optimus Criſolitus/ quia fama eo
rum z gloria/quaſi quibuſdā nubilis ma/
cularum obfuſcatur. Nam iam bona opi/
nio de eis habetur iam mala/quia iam vi/
tant occaſiones/ſiue ſocietates/cras nō vi
tant: et ſic varie opiniones de eis habētur/
et de eis illud verificatur. Poſuiſti macu/
lam in gloriam tuam. Si non vis reputa/
ri fur/ noli furem geſtire/ ſiue exprimere
[ wer nit ein dieb will ſyn/ ſoll nit diebiſch
geboren/ Si gondt dem hantwerck glich/
vnd ob ſy es niemer triben ] Uis vt te re/
putem caſtum non credam tibi/ vide mul/
tas auctoritates/ in Apologia cōtra Bon/
dorff/ et adde ad placitum.

Ecundo Criſoli
s tus micat ad Solem/ qua/
ſi ſtella aurea: vt dicit Jorda
nus. Et cautela occaſionis
peccandi micat in anima/ quaſi ſtella au/
rea/dirigens hominem in factis ſuis ad in

ſtar ſtelle maris / vt ſine offenſione peccati pertingat ad portum. Plane fulgor iſte bone conuerſationis percellit oculos porcorum / ne audeant talis modi perſonam procari: quia quaſi inhabitat lucem inacceſſibilem. Secus de feminis que non curant vitare ſocietates virorum ⁊c̃.

TErtio Criſolitus / Si ponitur in igne / reſilit ab igne / Sic ꝑ hanc cautelam: mox vt homo aduertit ſe eſſe in periculo et opportunitate peccandi reſilit / fugiendo a tali opportunitate / quaſi ab igne / eccleſiaſtici .xxi. Quaſi a facie colubri fuge peccatum / qui videt colubrum / eum non ſpeculatur / nec contrectat / ſed eo viſo mox fugit. Et hoc quidem veritatem habet in omni peccato / ꝑcipue autem in fornicatione fugite fornicationem ait Apoſtolus. Rationem huius habes ibidē apud .s. Thomā.

QUarto Criſolitus repellit ſtultitiā ⁊ confert ſapientiam. Sic vitare occaſiones peccandi eſt magne ſapientie. Sicut econuerſo querere opportunitates peccandi eſt ſtultitie / eccleſiaſtici .xxi. Stultus a feneſtra reſpiciet in domū: vir autem eruditus foris ſtabit / patuit in Dauid per feneſtrā reſpiciente Berſabee lauantem ⁊ Dyna exeunte ad videndum mulieres illius regionis.

QUinto Criſolitus virtutē habet contra Melancoliam ⁊ nocturnos timores: vt dicit Arnoldus. Et cautela hec vitandi occaſiones multum valet contra melancolicas cogitationes / quas quis ex familiaritate perſonarum haurit / patet in his qui melancoliam illam patiuntur / qui ſemper cogitant de amica / de ea ſomniant / canunt ⁊c̃. qui amant ſibi ſomnia fingunt. Ne dum autē cogitationes / ſed ⁊ prauas habent affectiones / quas omēs per timorem intelligere potes nocturnū. Sed ⁊ immunditias pollutionū nocturnarum / ⁊ diurnarū / cum aſſident ſibi inuicem ⁊c̃.

SExto criſolitus repellit demones ſecundum eundem Arnoldum. Et preſertim ſi perforatus fuerit / et foramen ſetis aſini repletum fuerit / demones exterret / ⁊ exagitat: vt dicitur in libro de naturis rerum.

Et cautela vitandi occaſiones. Mirum in modum demones exterret. Sciunt enim ꝙ hoc vitium carnis / non melius vinci poteſt quam per vitationem occaſionis. Precipue autem ſi huic cautele / adiuncta fuerit vite ſimplicitas / abſtinentia ⁊ duritia vite per ieiunia / vigilias / veſtes aſperas / quam ſimplicitatem ⁊ duritiam intellige per ſetas aſini que aſpere ſunt / ⁊ aſper carduus / lenem facit pannū / ait Bernardus. Et aſinus contentus eſt ſtraminibus / carduis ⁊ aqua pro paſtu. Plane recte dicitur Matth. xvij. et Marci. ix. Hoc genus demoniorū non eijcitur / niſi in ieiunio ⁊ oratiōe ait dominus. Et concubina de domo non eijcitur. Niſi dum ibi fuerint multa ieiunia ⁊ longe orationes: tunc enī non manent.

SEptimo Criſolitus valet ad negociandū dicit enim Tetel philoſophus Judeorum / in libro de ſculpturis lapidum / ꝙ quando inuenitur in Criſolito femina habēs in vna manu auē ⁊ in alia piſcem / valet ad negociandū. Per feminā intellige vitam Criſtianā / ſiue philoſophiam chriſtianam. que conſiſtit in vita contemplatiua / quam intellige per auem in celo aereo volantem per alas duas / cogitationem et auiditatem.

Et in vita actiua / quā intellige per piſcem natantem in mari ſalſo / quale eſt mundus / Martha martha ſolicita es / ⁊ turbaris erga plurima: vbi talis femina in Cri-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

193



ſolito vitationis occaſionis peccatoruꝫ reperitur plane fructuoſiſſima erit eius negociatio: de qua dominus. Negociamini dum venio/ vadit enim per forum emporium multiplex. Sicut alibi habes/ per ſingulos dies ebdomade ad ſingulare emporium/ feria ſecunda ad nouem angelorum ordines/ feria tertia ad patriarchas et prophetas/ et ſic de alijs hec extende ad placitum. Rurſus per actiuam vitam. Negociatur per opera miſericordie corporalia/ et ſpiritualia. Erit igitur ambidexter: vt Aioth. Et ſicut in ſcala Jacob. erant Angeli aſcendentes ꝛ deſcendentes. Ecce fratres noſtrũ Criſolitum/ hunc vobis dono ꝛ commendo/ quem ſuſcipite ꝛ eo vtamini/ ꝛ fructum ſentietis/ hic in gratia/ alibi in gloria/ ad quam perducat ꝛc.

¶ Feria quarta feſtum Circumciſionis 1505. de nono lapide precioſo Berillo recte intẽtionis.

Precipe eis vt tollant duodecim lapides Joſue. iiij.

Hodie eſt dies feſtus/ in quo celebrauimus circumciſionem domini/ qui voluit circumcidi ſecundum legem/ ꝛ imponi ſibi nomen Jeſus/ ſecundum quod dicit hodiernum euangelium. Quo die incipit nouus annus ſecundum Romanos antiquos/ qui mos per totam etiam Chriſtianitatem obſeruatur/ preterq̃ in curia Romana/ que annum incipit ipſa die incarnationis: ſcilicet in feſto annũciationis Marie. Hoc autem die ſolitus fui iam a multis annis/ vobis aliquod ſpirituale Encenium donare. Et quod gentiles in honorem ſuorum deorum facere ſolebant/ vertere in pietatẽ noſtre fidei in honorem Chriſti pueri. Hic/ hoc die ſanguinẽ ſuum primum pro nobis fudit. Donaui autem lapides illos precioſos in rationali ſummi ſacerdotis contentos/ ſignificantes duodecim conſilia Chriſti ſacerdotis ſummi ſecundum ordinem Melchiſedech/ que habuit in corde ſuo. In preſentiarum igitur vobis nonum in ordine dono/ qui eſt Berillus recte intentionis/ gẽmam vtiq; precioſiſſimam ſine qua omnes alie gẽme inutiles ꝛ vane/ nulliuſq; precij erunt.

Sed dicitis mox/ ꝛ quid eſt intentio? Et quid recta intentio? ꝛ quemadmodum per Berillum ſignificatur hec recta intentio? Reſpõdeo ꝛ dico primo/ ꝙ intẽtio proprie accepta eſt volitio finis aſſequendi per media. Et iſta volitio eſt vnus actus/ licet nomen intentio poſſet cõnotare plures actus ſcilicet actum medij relati in finem. Supponit tamen pro volitione finis/ que eſt vnus actus/ ꝛ cõnotat volitionẽ eius quod ordinatur in finem: ꝛ ſic intentio eſt vnus actus/ licet coexigat alium/ ſecundum Gabrielem/ diſtin. xxxviij. ſcdi. Non enim ſimplex volitio finis/ puta ſanitatis eſt intentio/ ſed volitio finis per media puta volitio ſanitatis per medicinam. Ad idem eſt beatus Thomas prima ſecunde queſtio. xij. articulo primo. Ponens differentiam inter ſimplicem volitionem/ intentionem/ fruitionem. Volitio enim ſecundum eum reſpicit finez abſolute/ fruitio vero reſpicit finem ſecundum ꝙ in eo quieſcitur. Intentio autem reſpicit finem ſecundũ ꝙ eſt terminus alicuius/ quod in ipſum ordinatur. Non enim ſolum ex hoc dicimur intendere ſanitatẽ: quia volumus eam/ ſed q̃a volumus ad eam per aliquod aliud peruenire.

Dico ſecundo/ ꝙ ad intentionem bonam rectam ꝛ integram/ ſiue perfectam/ tria requiruntur.

Primum/ ꝙ finis intentus ſit bonus: ſic ꝙ ſit volitio talis finis/ quem recta ratio dictat eſſe volendum. Sic omnis volitio/ honeſtatis/ pacis/ dilectionis dei ꝛ proximi/ propter ſe. Et illa intentio/ hoc modo bona/ non ſufficit ad bonitatem actus ſicut multi putant/ neq; excuſat/ ſaltem a toto/ quamuis a tanto/ quod patet per

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

illud Apl'i/Ro.iij.condẽnant₃ dicẽtes faciamus mala/vt eueniant bona. Exemplũ vt ſi quis furat᷑ diuiti: vt ſubueniat pauperi/vel ſi quis mentit᷑/vt liberet innocentem/illi intẽdunt bonũ finem: ⁊ tñ actus ille bonus non eſt.

Secũdum quod requiritur ad intentionem bonã ⁊ integram/ eſt bonitas mediorum/ſcilicet dum intentio dicit᷑ bona/ non tantũ ratione eius/ quod volitur propter ſe: ſed etiam ratione medioꝝ que ordinantur in ſic volitum ⁊c.

Tertium eſt/ ꝙ finis ſit melior his que ordinãtur in finem. Sic ꝙ media non ſint digniora fini/quemadmodum fit/ ſi ſpiritualia incorporalia ordinarẽtur/ ⁊ propterea fierent. Sed ſi ais/hoc eſſet admodum durum pro ſacerdotibus/ qui intrant eccleſiam/ ⁊ laudant deum propter preſentias: et ideo fiunt ſacerdotes vel religioſi: vt habeant victum ⁊ amictum/ reſpondeo breuiter per diſtinctionem/ ꝙ quis poteſt ſpirituale ordinare in temporale. dupliciter. Uno modo/ vt in finem principalem ibi ſiſtendo/hoc eſt ſymoniacum. Alio modo vlterius ordinando hoc temporale ad ſpirituale/ ⁊ hoc non eſt vitioſum.
De hoc vide Berſonem de vita ſpirituali anime/lectione quarta/circa finem.
Item in de directione cordis ſimiliter circa finem. Item magiſtrum/diſtincti.38.ſecundi ſententiarum/ ⁊ ſanctum Thomam ibidem.q.pri.articu.pri.circa finem.
Dico tertio/ꝙ hec bona/ recta/ integra/ et ex tribus predictis perfecta intentio/eſt noſter Berillus Lapis admodum precioſus propter conditiones ſeptem/ congrue per ipſum ſignificatas.

**PRimo Berillus** pallidus eſt/ Et opera noſtra ⁊ intentio debent eſſe pallida ſic ꝙ operans ⁊ intẽdens non querat ſplendorem glorie inanis. Sed ſpiritualitatis retineant pallorem. Jubet hoc dominus in Euangelio/Matthei.6. Attendite/ ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus: vt videamini ab eis/alioquin mercedem non habebitis apud patrem veſtrum: qui in celis eſt.

**SEcundo Berillus** eſt tranſparens. Et opera noſtra debent eſſe tranſparentia: vt videantur ab hominibus/ pro gloria dei ⁊ bono exemplo. Sic iubet Chriſtus/Matthei quinto. Sic luceat lux veſtra coram hominibus/ vt videant opera veſtra bona/ ⁊ glorificent patrem veſtrum/ qui in celis eſt.
Sed ais/hoc videtur precedenti contrarium/reſpondeo/ꝙ non/ad diuerſos loquitur Chriſtus. Primũ ad imperfectos/hoc ad perfectos: ſicut declarat Lyra. Item primum debet intelligi: vt quis non querat ſuam/ dei autem gloriam poteſt querere/ quod in ſecundo iubetur.

**TErtio berill' eſt** immaculatus. Et intentio noſtra debet eſſe pura ⁊ immaculata: ita ꝙ nõ ſint macule ſiniſtre intentõis. Sic ꝙ non ſit mixta: ex bona ⁊ mala intentione/ ſicut frequenter contingit/ ꝙ quis intendit ſuum proprium commodum/ ⁊ non pure gloriam dei/aut proximorum ſalutem hic poſſet queri/an quis poſſit duos fines intendere prima ſecunde.

**QUarto berillus** eſt accenſiuus. Si enim ſit rotundus ⁊ opponatur ſoli/ignem accendit in carbone mortuo. Et bonũ opus ſi ſit bene rotundum: id eſt ex omni parte debitis circumſtantijs coequatum/ ⁊ non obliquatum/ vel diſtortum a debito fine. Et ſi directe opponatur ſoli: ita vt tota intentio dirigatur ad diuinum lumen. tunc accendit carbones mortuos: id eſt peccatores per lumen gratie. Non enim eſt propinquior diſpoſitio ad lumẽ gratie/ ꝙ per

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hunc modum / ꝙ quis propter deum operetur bona opera de genere. Sicqꝫ conetur diligere deum ſuper omnia ſecundū Scotum ex naturalibus. Tunc enim in eodem inſtanti/ accendit in eo lumen gratie. Hoc enim eſt facere quod in ſe eſt/ ⁊ conuerti ad deum/ cōuertimini ad me/ ⁊ ego conuertar ad vos: ſicut dicit Gabriel ſecundo ſententiarum. Item etiam talis ardor accendit proximos mortuos peccatis/ qui eius exemplo accenduntur ad penitentiam: vt dicitur in tertia/ in hymno/ Accendat ardor proximos.

**Quinto Berillus** eſt Sanatiuus/ valet em̄ contra Squinantiam [ die ſchone ] et glandes [ truoſen oder ſchwilhen ] Et rectitudo intentionis valet contra tumefactiones hypocriſis ⁊ varie gloriationis. Plane inflātur vane glorioſi/ ⁊ tument intus ⁊ extra: vt non diſſimiles etiā fiant ad literam/ his qui patiuntur ſquinantiam/ vix dignantur alios aſpicere ⁊c. Si intenderent gloriam dei/ et ſic tangerentur Berillo recte intentionis/ tumor ille ſedaretur/ dic. Non nobis dn̄e non nobis ⁊c. Et gloria in excelſis deo ⁊c. eccleſiaſtici. 32. Rectorem te poſuerunt/ noli extolli/ eſto in illis quaſi vnus ex ipſis. quanto magnus eſt/ humilia te in omnibus/ eccleſiaſtici tertio. Sic tamen ꝙ non contemnatur. Cum imperatorem amici reprehenderent de nimia familiaritate ⁊ amicitia ſubditorum/ reſpondit/ ego me talem exhibebo ſubditis/ qualem mihi ſi ſubditus eſſem vellem ſe exhibere regem. Cum quidam tremeret in ꝯſpectu Ceſaris dixit putas me Elephantem/ cui ſtipem offeras Noli ergo o rector reipub. inuerſare oculos inſtar noctue ad ſolē erga ſubditū/ ſed blanda ⁊ dulci facie nō ocul' toruis eū aſpicito.

**Sexto berill' eſt** reconciliatiuus/ amorē enim inter cōiuges reconciliat. Et certe bona opa noſtra/ recta intentiōe ſimpliciter in deum directa/ reconciliant animam cum deo ſponſo ſuo. ij. Corin. xi. Deſpondi vos vni viro/ virginē caſtam exhibere Chriſto/ virgo caſta eſt anima/ ſoli deo intendens.

**Septimo Berill'** eſt victiuus/ ſiue victorioſus Valet enim contra pericula hoſtium/ ⁊ reddit hominem inuictum. Et recta intentio facit hominem inuictum ab hoſtibus/ demonibus: ſcilicet/ qui noſtra bona opera vitiare nituntur per inanem precipue gloriam/ ⁊ ſuperbiam ſpiritualem/ que bonis operibus inſidiatur/ vt pereant: vt dicit beat. Auguſtinus. Que gloria eſt ſingularis ⁊ potens hoſtis. Nam vt dicit gloſa Auguſtini primo. teſſ. ij. Quas nocendi vires habeat humane glorie amor non ſentit/ niſi qui ei bellum indixerit. Quia et ſi cuiquā facile eſt laudem non cupere dum negatur/ difficile tamen eſt ea nō delectari cum offertur. Sed de viribus huius glorie inanis/ forſitan latius poſtea ⁊ particularius dicetur. In preſentiarum ſufficiat patefactum eſſe ꝙ̄ precioſa gemma ſit Berillus recte intentionis/ qualeſqꝫ virtutes habeat: propter quas merito debet a vobis gratanter acceptari: vt habeatis eundem/ totis conatibus adniti. Hoc enim habito/ omnia bona ſunt/ que facitis. hoc abſente nihil bonum eſt quod facitis. Teſtis eſt ad hoc Ambroſius. Affectus tuus inquit/ operi tuo nomen imponit. Si intentio bona opus eſt bonum: Si mala malum. Et Chriſtus. Si oculus tuus fuerit ſimplex/ totum corpus lucidum erit. Si autem oculus tuus nequā fuerit/ totū corpus tuum tenebroſum erit. Si ergo lumen quod in te eſt/ tenebre ſunt. Ipſe tenebre quante erunt? Expone hec ſi placuerit ex Gabriele diſtin. 38. ſecundi/ in fine/ vel ex Lyra/ ⁊ ꝯclude. Sed ais/ hec recta intentio videtur eſſe precepti/ ⁊ non ſolū conſilij. ergo non per Berillum ſignificata. Vide in Martino magiſtri/ quando gloriari in domino ſit precepti. q. de inani gloria/ ſuper Ethicoꝝ. Non eſt preceptū omnes actus noſtros ſemper

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

actualiter referre in deū: ſed eſt conſilij ⁊ per fectionis/aliquādo autē eſt precepti. quere quomodo ⁊ quādo: vt ſic ſepares conſiliū a precepto hoc neglexit Jordanus/ ⁊ aliquando Compendium theologie. tamen magis diſcuſſit differentiā illorum ꝙ Jordanus.

¶ In feſto Circumciſionis. Anno 1506. de decimo lapide precioſo Lyncurio cōformitatis
Precipe eis vt tollant duodecim lapides Joſue. iiij.

Decimus lapis quē habuit pōtifex ſummus in ſuo pectorali appellabatur Lyncurius lein luchs ſtein quia ex vrina Lyncis fit dicitur vnde ⁊ Lyncurius nomē ſumpſit. ſcd̄m ꝙ habetur in Speculo naturali lib. ix. ca. 8. Et in Plinio lib. 37. cap. 4. Et in Herbario/ vbi habetur ꝙ vbi minxerit in ſeptem diebus dureſcit in lapidem/ cuius virtus habetur ad multa remedia: precipue ꝙ ablutus in aqua cōſtipatos iuuat ⁊ ventrem ſoluit. Colorem quoqꝫ perditum in facie recuperat: quod naturaliter beſtia ſentiēs inuidet bono noſtro/ egeſtūqꝫ precioſum vrine liquorem arena obruit/ ⁊ hic eo citius in lapidem dureſcit. Hic lapis ſignificat decimum conſiliū: quod eſt conformitas operum ad doctrinā. De quo dicit dominus Matth. 5. Qui fecerit ⁊ docuerit magnus erit in regno celorum. Item Matthei. 23. Alligant onera grauia ⁊ digito nolunt ea mouere. Dicunt em̄ ⁊ non faciunt. Item Matth. 7. Hypocrita eijce primū trabem de oculo tuo: ⁊ tandē feſtucam de oculo fratris tui. hunc lapidem Lyncuriū: id eſt cōformitatē doctrine ⁊ opū/ opto vobis omnibus. Precipue autē predicatoribus/ prelatis/ ⁊ ſingulis patribusfamilias: vt tales ſint opere/ quales in doctrina/ qualē habuit quidem Abbas Joannes/ qui dum moriens rogaretur: vt aliquod verbum memoria dignum diſcipulis relinqueret dixit. Nunqꝫ docui qd̄ prius non fecerim. Sed ais/ ⁊ quare per Lyncuriū ſignificat hoc conſiliū conformitatis. Reſpondeo ꝙ propter nobiles conditiones.

Prima eſt viſus ſubtilitas. dicit em̄ in Speculo naturali lib. xx. ca. lxix. ꝙ Lynx adeo pſpicaces oculos habet: vt ſubtilitate viſus etiā ſolida corpora penetret/ quod ⁊ ibidem pulchre ⁊ philoſophice probatur. dicit Alexander ꝙ Lynx acumine viſus pſpicui/ nouē fertur parietes penetrare: adeo vt ſi quis nouem interpoſitis parietibus/ carnē crudam deferat incedens iuxta parietē Lynx ſequitur incedentē/ ſtatqꝫ illa illo ſtante qui carnem defert. Nonnulli tamē in rerum naturis inſtructi. potius hoc adſcribunt olfactus ꝙ̄ viſus virtuti. dicit Plinius lib. 28. cap. 8. ꝙ Lynces clariſſime omniū quadrupedū cernunt. Sic ⁊ predicator ⁊ quilibet paterfamilias/ debet eſſe acuti viſus intellectualis: vt cōſideret ⁊ intelligat qualitates ſuorum ſubditoꝝ. debet enim predicator non ſolū in generali vitia reprehendere/ ſermones em̄ vniuerſales minꝰ vtiles ſunt. Sed etiam in ſpeciali. hoc autē non poterit/ niſi diligēter inquirat de talibus: vnde. s. Gregorius ſuper primo. Job. 38. Quis dedit gallo intelligentiā/ gallo inquit intelligentia tribuitur/ quādo doctori veritatis diſcretiōis virtus: vt nouerit quibus/ quid/ quādo/ vel quomodo inferat/ diuiniꝰ miniſtratur. Non em̄ vna eadēqꝫ exhortatio cunctis cōuenit: quia nec cunctos par morum qualitas conſtringit. Uide in ſumma predicantiū in verbo predicatio. 28. et. 32. Sic ⁊ quilibet paterfamilias debet vigilare ſuper domū ſuam/ ⁊ ſuorū conditiones ꝯſiderare: vt ſic ſciat regere. Sic Job fecit dum pro filijs offerret. Sic iubet dominus Ezech. 8. Fili hominis fode parietem ingredere: ⁊ vide abominatiōes peſſimas/ quas iſti faciūt ⁊c̄. Uide. b. Grego. li. 26. morū. xi. Et in paſtorali parte ſcd̄a. capi. x. et expone ad propoſitum contra vitia.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

SEcūda eſt dige-
ſtibilitas: vrina Lyncis in
lapidē ꝯuertenda debet eſſe
digeſta. Et doctrina pre di
catoris ſi debet fieri efficax ꝛ in lapidē cō-
uerti/neceſſe eſt vt ſit prius digeſta in ſe ip-
ſa. de hoc audi Macrobiū li. x. ſaturnaliū/
in Prologo/nos quicq̄d diuerſa lectiōe q̄-
ſiuimus ꝯmittemus ſtilo/vt in ordinē eo-
dem digerente coaleſcat Nā ꝛ in aïo meli-
us diſtincta ſeruant᷑/ꝛ ipſa diſtinctio non
ſine quodam fermēto quo ꝯditur vniuerſi
tas in vnī᷒ ſaporis vſu varia libamēta cō
fundit/vt etiā ſi qui apparuerit vnde ſum-
ptū ſit/aliud tñ eſſe q̄ꝫ vnde ſumptū noſcet᷑
appareat. Quod in corpore nr̄o videmus
ſine vlla opera noſtra facere naturā alimē-
ta que arripim᷒/q̄ꝫ diu in ſua q̄litate pſeue
rāt ꝛ ſolida inatāt male ſtomacho oneri ſtꝫ
At cū ex eo qđ erāt mutata ſunt/tū demū
in vires aut ſanguinē tranſeūt/idez in his
quibus alunt᷑ ingenia preſtemus: vt q̄cun
q̄ꝫ hauſimus non patiamur integra eſſe ne
aliena ſint/ſed in q̄ndam digeriem ꝯcoquā
tur/alioqui in memoriā ire poſſunt nō in-
geniū ex omnibꝫ colligamus vnū vnū fiat
ex omnibꝫ ſicut vnus numerus fit ex ſin-
gulis. Hec Macrobius applica. Scđo
debet doctrina p̄dicatoris digeſta eſſe per
exercitiū boni operis. Deduc ad placitū.

t Ertia cōditio ē
ſuperfluitas ſm̄ phyſicos/
vrina eſt colamentū ſangui
nis ꝛ ſuperfluū ſecunde digeſtiōis/ꝛ poſt-
q̄ꝫ id qđ eſt puri᷒/in vrina cōuerſum eſt in
ſubſtantiam aliti extūc liquor vrinalis ege
rit᷑. Sic doctrina p̄dicatoris poſtq̄ꝫ eſt in
ſe ipa digeſta ꝛ ꝑ opatoꝫ ſibi īcorpata. Et
q̄d puri᷒ eſt in ſuā ſubſtantiā ꝯuerſum tūc
q̄ſi ex ſuꝑhabūdātia vite ſue/ſtillare p̄ci-
oſum liquorē doctrine ad pfectum alioꝝ.
Tūc erit concha nō cāna ſicut loquit᷑ bea.
Bernhard. de Clara. Tunc non cogitur
dicere cum Bernhardo modicum olei ha-
beo q̄. vngar vide eundē ſup cantica. Tūc
nō plus diligimus ꝓximos q̄ꝫ nos ipſos.

¶ Sed ve fatuis nobis qui effundimus
non infuſi prius. Et qui ſeminamus pri᷒
q̄ꝫ ſemina in vaſis habemus.

QUarta. malum
ſignū eſt in natura quando
liquor vrinalis indigeſtus ꝛ
crudus emittit᷑. Et malū in-
diciū eſt in moribꝫ quando id docet᷑ quod
prius opere nō ꝯpletur vnde Criſoſt. in li.
de ꝯpunctiōe cordis. Docere inq̄t ꝛ nō fa
cere/non ſolū lucri nihil ſed ꝛ damni vt in
plurimū ꝯfert/grandis eñ ꝯdemnatio eſt
ꝯponenti q̄dem ſermonem ſuū/vitam ve-
ro ſuā atq̄ꝫ operā negligēti/hec ille ex Jor-
dano. Et quibꝫ tales aſſimulabo q̄ dicūt
ꝛ non faciunt? Similes ſunt. Primo Ra-
nis Rana ſolum os quo cantat/habet ex
tra aquā/ꝛ illi tm̄ os q̄ p̄dicant ꝛ in publi
co loquūt᷑ extra aquas delitiaꝝ. Scđo ſi-
miles ſunt cecis infirmis ꝛ claudis ſeden-
tibꝫ in exitibus villaꝝ q̄ de via tranſeun-
tes bene informant ꝑ quā ipſi nō incedūt.
Tertio ſtꝫ ſicut cimbalū tinniēs aut es ſo
nās qđ extra ecclām ſonat/ꝛ hoīes ad ec-
clāꝫ vocat/ꝛ nec ecclāꝫ intrat/ſed ſe ipm̄ ſo
nando cōſumit. Quarto ſil'es ſunt ſemi-
nāti alijs q̄ tñ ſine meſſe fame morit᷑. Qui
to ſimiles ſunt fabricatoribꝫ arche Noe in
qua alij ſaluabant᷑ ſed ipſi met perierunt.
Sexto ſimiles ſunt portantibꝫ lucernam
a tergo ante alios q̄ dū alij munde tranſe-
unt/ipſi in foueā cadūt peccati ꝛ inferni.
Septimo ſil'es ſunt Heraldis armoꝝ
q̄ facta clamant armorū q̄ non faciunt/hec
ex ſumma predicantiū. xiiij.

QUinta Lynx vri
nam ſuam arenā operit. Et
quidam predicatores ſunt q̄
doctrinam ſuam quaſi ſus
arenis obruunt qui ſubtilitate vel obſcuri
tate verborum ſenſum contegunt ꝛ obuol
uunt vt capi vix poſſint vt dicit Jorda-
nus. Quidam doctrinā operiūt multipli
citate verborum in principio ſermonis in

themate diu ſtando prius q̃ veniat ad ma
teriã intentam. Similes illis qui plus tem
poꝛis conſumũt in temperãdo vel preparan
do citharam aut lutinam q̃ in reſonando
carmen principale. Similes piſciculis qui
appellanť capita: vbi caput maioꝛ pars pi
ſcis eſt. Similes feniſecꝭ: falces ſuas fena
rias nimis diu ſubigentes/ ſiue acuentes.
Stultum eſt añ hiſtoꝛiam effluere in ipſa
verba ſuccingi. Alij operiũt doctrinã ſuaꝫ
in ꝓgreſſu per nimiã ſubtilitatẽ. Illi ſunt
predicatoꝛes ſuꝑ̃ſtius oſtẽtatoꝛes/ dum cu
rioſa predicãt facientes ꝯtra doctrinã bea.
Gregoꝛij. Curioſi dum mulcẽt aures audi
toꝛũ non cibũ ſicut mater in oꝛe pueri/ ſed ſi
cut nouerca in aure ponit.§.xxvi. ſumme ꝑ
dicantiũ. Tertij operiũt in fine per nimiaꝫ
prolixitatẽ ⁊ multitudinẽ ceſſare neſciunt.
Sermo debet eſſe breuis/ q꞉ verbũ abbre
uiatũ fecit dñs ſuper terrã: vt dicit. s. Frã
ciſcus in regula. Cuiꝰ exemplũ poniť in lib.
de vita ⁊ moꝛibꝫ Aploꝝ/ vbi dꝛ q̄ ſermoci
natus eſt quidẽ coꝛã Alexandro. Et longũ
egit ſermonẽ ⁊ tedio affectus Alexander di
xit/ nõ eſt laudabilis ꝑdicatio/ que iuxta
predicantis vires aſſeriť/ ſed iuxta poſſibi
litatẽ audientium cõmendabilis potius re
putatur/ hec ex Foꝛtalicio.

SExta vrina lyn
cis ĩ lapidẽ vertiť. Et doctri
na ꝑ̃dicatoꝛis ſicut dictũ eſt
qualificata vertiť in efficaci
am: vt videlicet tãgat ⁊ proſternat audien
tes: ſicut Dauid goliam in funda ⁊ lapide
plane tales ſermones ſimplices multo effi
caciores ſunt ſubtilibus. Ecce de hoc figu
ram iudicũ .iij. ⁊ .iiij. vbi legitur q̄ Zan
goꝛ ⁊ Samſon plures proſtrauere vomere
vno/ ⁊ maxilla Aſini q̃ Aioth gladio eli
mato: vt dicitur in Sũma predicantiũ.§.
xxxi. Nam Aioth non legitur gladio ſuo
occidiſſe/ niſi vnum ſcilicet Eglon. San
goꝛ vero iudicum legitur occidiſſe ſuo ru
di inſtrumento: id eſt vomere aratri ſexcen
tos Philiſteos. Samſon vero legitur ma
xilla aſini occidiſſe mille viros malos. ſic
adhuc vbi predicatoꝛ curioſus vix vnum
ꝯuertit/ alius multos ꝯuertit ac mix q꞉ ſi
cut medicꝰ diligẽs circa curas plures ſanat
q̃ eloquens ⁊ ꝟboſus q̃ ad curas in ſpeci
ali nõ deſcẽdit. De ſancto deſiderio dicit
Haimo. i. ſermone. xiiij. q̄ ſpirituſſanctus
ita ſermonẽ eiꝰ diſponebat vt hominũ cõ
ſciencias verbis ſuis percuteret q̃ſi audi
toꝛes eas ei manifeſtaſſent. Qui nõ ſic foꝛ
mant ſermones ſuos. doctrina eoꝛum non
vertiť in lapideꝫ ſed in pumicẽ/ aut globũ
niniũ quo ludentes ſe inuicem ꝑcutiũt: ſic
verba ꝑ̃dicantiũ prouocant riſum/ nõ per
cutiunt coꝛda hominum ſicut ſagitta Jo
nathe. vij. vel ſunt ſicut pila ventoſa q̃ pro
iecta reſilit in ꝓijcientem. Sic doctrina ta
lium reſilit in ſe/ dum dicitur eis cur ꝑdi
cas non furandum ⁊ tu furaris. Et turpe
eſt doctoꝛi cum culpa redarguit ipſum.

SEptima lyncu
rius ſicut gemmis valet ad
multa remedia precipue q̃
ablutus in aqua ꝯſtipatos
iuuat ⁊ ventrem ſoluit. Et cũ aliqui pleni
malis humoꝛibus ꝑeccatoꝛum/ per ꝯfeſſio
nem eos egerere nequeunt/ ſpeciales ex pre
dicatiõe exemplaris viri/ cuius vita plus
predicat q̃ doctrina remedium ꝯſequẽtur.
plane/ frequenter hoc contigit q̄ ad predi
cationẽ talis modi expellitur humoꝛ diui
tiarum per reſtitutionem/ humoꝛ deliciaꝝ
per continentiam ⁊ abſtinentiam/ humoꝛ
domiationũ ⁊ ſuperbiarum per humilita
tem/ de hoc habemus exempla multa que
re in ſpeculo exemploꝝum/ de his qui con
uerſi fuerunt ad predicationem ſanctoꝛum
⁊ de ea/ que cum inceſtum commiſiſſet cuꝫ
patre/ matrem hoc egreferentemque ſuf
focaſſet etiam patrem/ ppt erea eam odien
tem ſuffocauit: deinde facta publica mere
trix audiuit q̃ndam de miſericoꝛdia dei ꝑ
dicantem/ vnde ꝯmota eundem vt ſuam
audiret cõfeſſionẽ rogauit: ipſe eam audi
re diſtulit q꞉ ꝑ̃dicaturus erat poſt prandi
um. Interea igiť pre cõtritiõe moꝛiebatur
quare in cancellis predicatoꝛ populũ hoꝛ
tans vt ꝓ ea oꝛaret dñm: inſonuit vox nõ
eget vr̃a oꝛatiõe/ ſed ipſa pro vobis poteſt
oꝛare in celis.

¶ In feſto Circũciſionis Anno. 1507. De vndecimo Lapide precioſo Achate vitationis ſollicitudinũ.

Precipe eis vt tollant Lapides. xij. Joſue. iiij.

VNdecimus Lapis in rationali ſummi Pōtificis erat Achates [agſtein] Jlle ſignificabat .xi. cōſilium chriſti qd appellatur vitatio ſollicitudinis q̄d ponit' Math. vi. Ne ſolliciti ſitis aīe veſtre. ꝛc. ⁊ infra. Nolite ſolliciti eſſe in craſtinũ. Ego hanc vitationē ſollicitudinis vnico vocabulo appellare volo. [ein chriſtelicke liderlicheit] Quis hoc ſit nomē vicij qꝛ torpoꝛ ꝓprie dicit' ſicut ponit ſanctus Tho. ij. ij. Hanc ſolicitudinis vitationem/offero ⁊ vobis ꝓ bono anno/ rē plane nō cōtemptibilem ſed precioſam admodũ: quam ⁊ Chriſtus recipere ſuadet/ vt predictum eſt / ſed ⁊ beat. Paulus Nihil ſolliciti ſitis. ꝛc. Jtem Petrus Omnē ſollicitudinē ꝓijcientes in eũ quia ipſi cura eſt de vobis. Et pſ Jacta in dñm curā tuā ⁊ ipſe te enutriet. Hoc eſt ille lapis precioſus quem in pectore portare debes. Sed ais/⁊ quomodo per Achatem ſignificat' apte hoc cōſiliũ: rñdeo ꝙ apte valde propter ſeptem proprietates Achatis ⁊ huius conſilij.

PRimo Achates eſt multiplex valde/⁊ multiplex eſt valde ſollicitudo ⁊ ſollicitudinis vitatio. [mancherley liederlichkeit on ſorg] ſicut ⁊ mltiplicitas ſollicitudo. Prima eſt ſpũalis de deo ⁊ ſalute anime/⁊ illa negligentia mala eſt/⁊ ſolicitudo bona ⁊ ꝑcepta. Secunda eſt corpalis ⁊ eſt ꝑmiſſa. Tertia eſt vicialis ⁊ ꝓhibita dic ex cōpendio ⁊ Jordano/⁊ applica vel ex tuis conceptis ſup Euan. Nemo poteſt duobꝫ dñis ſeruire.

s Ecũdo Achates niger eſt/coloris cōtemptibilis ⁊ de tꝑalibus non ſolliciti / contemnunt tempalia ⁊ irrident. Job/ſicut lampas cōtempta eſt: vide Gregoriũ in moralibꝫ. Nedum cōtemnunt' ſed ⁊ ipſi contēnunt tꝑalia ⁊ temporales/dic vt Jordan⁹/talis fuit Paulus cui crucifixus fuit mundus ⁊ ipſe mundo.

TErtio Achates hꝫ albas venas [wiſz ſtremlin oder oderlin] Et chriſtiani [liederlichen] cogunt' habere ſollicitudines aliquales: dic ex Jordano exemplũ de illo q̄ videns monachos laborantes / dixit Nolite oꝑare cibum. ꝛc. quem albas tempe prandij nō vocauit. Jtem de alio q̄ receſſit in deſertum ⁊ rediens dictũ erat ei qꝛ Joannes Angelus eſt / ⁊ nō habitat cũ hominibꝫ vide in vitaſpatrum.

QVarto achates venenũ fugat ⁊ fiducia [liederlicheit] cupiditatē q̄ eſt venenũ charitatis: hoc veneno inficiunt' q̄ tempalia ꝯtrectāt: dic ex iordano. Jtem cupiditas proprius amoꝛ ſui inordinat⁹ eſt venenũ qd coagulat coꝛ hominis vt ꝑ miſcdiam nō molleſcat erga ꝓximos. Jnde obduratio pōt eſſe filia eius.

QVinto Achates ſitim ſedat. Et fiducia ⁊ negligētia tempaliũ auaricie ſitim extinguit: de q̄to em̄ q̄s tꝑalia acq̄rit/tanto magis caſitit/ſicut de hydropico dicit'. Auar⁹ nunq̄ dicit ſufficit. Caueāt clerici caſti ne hac auaricia pereant.

s Exto achates acuit viſum. Et fiducia ſiue ſollicitudinis vitatio intellectũ. Auaricia ⁊ ſolli



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

citu do eius excecat mentem / figuratũ eſt
hoc in excecatione Thobie per ſtercus hi-
rundinis ⁊ in luto quo Chriſtus ceci nati
liniuit oculos.⁊c̃. Hic eſt Sũma vicioꝝ
Lugdu. de auaricia: folio. 43. Hic finiui
ſermonem ꝓpter tempis anguſtiam.

Septimo Acha
tes reperitur in littore cuiuſ-
dam fluuij Sicilie Acha-
tes appellati vbi ⁊ prius re-
pertus eſt / vñ ⁊ nomẽ traxit. Et fiducia il
la acquirit extra flumen diuitiaꝝ ⁊ alioꝝ
tempaliũ: quaſi in littore acquirit inꝗ̃ ꝑ
illos q̃ ex ſententia dicere poſſunt id Pſal-
miſte. Super flumina Babilõis / illic flu
amus ⁊ ſedimus dũ recordaremur tui ſyon
expone ſicut bea. Augu. ⁊ Applica.

¶ Sabbatho feſtum Circumciſi
onis. Anno. 1408. De duo
decimo Lapide Sardio
fraterne correctionis.

Precipe eis vt tollant. xij. Lapides
Joſue. iiij.

In veteri lege de
us precepit vt p̃ter veſtes ali
as quibꝫ indui debebat ſacer
dos haberet pectorale [ ein
bruſt duch ] q̃ꝺ appellabat rationale cum
xij. lapidibꝫ p̃cioſis quibus inſculpta eſ-
ſent nomina. xij. tribuũ in ſignũ / ꝙ debe-
bat gerere in pectore ſuo curã totius po-
puli. Sed ⁊ hoc erat ſignũ ꝙ ſũmus ſacer
dos ſꝫm ordinẽ Melchiſedech Chriſtus
Jeſus in corde ſuo eſſet habiturus ⁊ datu
rus. xij. ꝯſilia q̃ ſunt / paupꝫtas / obediẽtia /
caſtitas / charitas / manſuetudo / miſericor
dia / ſimplicitas verboꝝ / vitatio occaſio-
nũ / rectitudo intentiõis / ꝯformitas o pati
onꝫ / vitatio ſollicitudinꝫ / ⁊ frña correctio.
De his ꝑ ſingulos annos vnũ lapidem p̃
cioſum tradidi vobis. p Encenio / ⁊ vnic⁹
dũtaxat ſuper eſt / ſcꝫ Sardius ipſe eſt fra-
terna correctio: Nunc vobis hoc die tra-
dam. Sed primo ais / tamen fraterna cor
rectio non eſt conſiliũ ſed preceptũ ⁊ actus
charitatis. Ait enim dominus ſi peccaue-
rit in te. ⁊c̃. Corripe. ⁊c̃. Ais Secundo ⁊
quomodo per Sardiũ ſignificat hoc con
ſilium quod eſt ſimilitudo. Et Tertio ais
ad quid nobis proderũt hij. xij. Lapides.
Reſpõdeo ad idem ⁊ dico ꝙ eſt duplex fra
terna correctio / q̃ de mortalibus hec perti-
net ad oẽs ⁊ eſt precepta. Et obligat ſemp /
ſed nõ ad ſemper / quia pro loco ⁊ tempore
ſcilicet quando vacat ⁊ licet ⁊ credit prodeſ
ſe correptio. Et ſic de alijs circũſtantijs. Et
ad hoc preceptũ maxime tenẽtur prelati / q̃
ad eos quorũ curam gerunt. Alia eſt corre-
ctio q̃ eſt conſilium vt quando quis corri-
pit fratrem ſuper venialibꝫ / ⁊ illum cũ quo
nihil habet facere niſi ꝯmunem charitatẽ
⁊ hoc eſt conſilium ſuper erogationis ſicut
⁊ alia premiſſa. Et hoc eſt noſter Sardi⁹
quem vobis ſum traditurus. Certerum de
correptione dñatiua q̃ quis ſubditos cor
ripit eſt alia conſideratio: ⁊ tm̃ de primo.
Ad ſecundum queſitum / quare ſcilicet per
Sardium ſignificet hoc conſiliũ. Reſpon
deo ꝓpter ſeptem ꝓprietates Sardij.

Primo Sardi⁹
eſt rubei coloris. Et frater
na correctio debet eſſe ru-
bea: ex charitateqꝫ fieri de
bet: q2 eſt actus charitatis. Apoc. iiij. Ego
quos amo arguo ⁊ caſtigo. Sed ſunt aliq̃
qui illos maxime volunt corrigere quos
non videntur amare quorum correctio ab
his quibus adhibetur nõ reputatur corre
ctio ſed hoſtilis perſecutio. Iſa. xij. Egre-
dietur virga de radice Jeſſe. Jeſſe interpre
tatur incendium / de incendio amoris egre
di debet virga correptionis. ij. Teſſ. vlti-
mo. Nolite quaſi inimicũ exiſtimare illum
ſed corripite vt fratrem.

Secundo Sardi
us eſt atri coloris / ſicut ru-
bea terra / dicit em̃ in lib. de
natura reꝝ. Sardi⁹ rubei
coloris eſt: ſꝫ atri vt rubea terra: ⁊ correctio
dꝫ fieri cũ ꝯpaſſiõe / q2 em̃ charitas iſta

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et quia (vt dictū eſt) correctio procedit ſp eſt
cū dolore ꝛ cōpaſſione/ ꝓpter delictū fratris
ideo rubor ille eſt turbulētus. vn̄ de ōt bea.
Auguſtinus. duo ſunt noīa. Homo/ pctōr/
qꝛ pctōr eſt corripe/ qꝛ homo ē miſerere/ vñ
et Pſalm̄. Corripiet me iuſtus in miſcōia
ꝛ increpabit me/ ignis celi ardere debet in
oleo miſcōie. Ad hanc autē miſericordiā ve
nire facit cōſideratio ꝓprie infirmitatis.

## Tertio Sardius

restringit fluxum ſanguinis
Et correctio frña reſtringit
fluxibilitatē peccādi/ ꝓ q̄tō
per hmōi correptionē multi reſtringunt̃ a
peccando/ Eccliaſtici. xix. Corripe primū/
ne forte iteret. Vñ venit/ putas tāt⁹ ſangui
nis ꝓfluuius pctōꝝ? plane nō aliunde/ q̄
qꝛ nēo eſt qui peccātes corripiat/ ſed impu
ne viuit̃ ꝛ laxis habenis peccat̃ ꝛ vnuſq̄ſq;
ambulat ſm̄ deſyderia cordis ſui: ꝛ quicq̄d
libet licet. Nunc tp̄us eſt in quo peccātes
nō neceſſe hn̄t ſe timere/ ſed corripiētes.

## Quarto Sardius

accēdit animū ad gaudiū. Et
correptio fraterna fratrē bonū
ex poſt factū gaudentē facit/ ꝓ
uerb. xiii. Non amat peſtilēs cū qui ſe cor-
ripit: de Lyra/ ſicut nec tinioſus amat pe
ctinē/ ſed refugit. puer. ix. Argue ſapientē et
diliget te. vidim⁹ ad expientiā ꝙ adoleſcen
tes poſtq̄ ſenuerint/ grās habent his qui
eos corripuerūt. Mala aūt eis qui eos non
cohibuerunt imprecantur.

## Quito Sardius

acuit īgeniū. Et correptio in-
geniū acuit: vt ſcꝫ q̄s ſeipum
cognoſcat. Mali iudices ſu-
mus in ꝓprijs cauſis/ ꝛ dū maloꝝ alienorū
ſimus curioſiſſimi ſcrutatores/ nr̄a non vi
dem⁹. Similes oculo/ qui cū oīa alia vide
at ſeipm̄ tn̄ non videt. Itē vexatio dat itel
lectū/ ſi tn̄ non fuerit nimia alias pariet cō
temptū. Itē oīa que arguunt̃ a lumine ma
nifeſtat̃/ Ephe. v. vide gloſam ibidem.

## Sexto ſardius he-

ret in ſaxi corde vt dicit Plini⁹
ꝛ Iſidorus ait/ ꝙ inuenit̃ plurimis locis
in officinis lapidū herens in ſaxo cordis
modo. Et correctio frequenter manet/ he-
rens in corde fratris correcti q̄ quaſi ſaxū
fuit: vt q̄uis forſitan modo nō ſit efficax
illa correptio/ tn̄ poſtmodū eam recogitet
ꝛ emendet ſe Eccleſi. xij. Verba ſapientum
ſicut ſtimuli/ ꝛ q̄ſi claui in altū defixi. Nō
ſicut ſtimuli gloſa acriter pūgētes pigros/
ꝛ excitantes ſōnolētos/ nō palpātes. Nō
q̄ſi claui in altū defixi ideſt in ꝓfundū ſi-
cut dr̄ Ioannis. 4. Pute⁹ altus eſt ideſt ꝓ
fundus. Et ideo ſicut claui in ꝓfundum li
gni defixi ſunt igit̃ quaſi immobiles/ ſic ꝛ
verba correctoria manēt aliquando in cor
dibus illorum q̄ corriguntur.

## Septimo ſardi⁹

eſt inter gemmas viliſſima ꝛ
de Sardis primū repta vñ
ꝛ ſardi⁹ appellata eſt. Et cor
rectio fraterna interact⁹ om
niū virtutū reputat̃ viliſſima. Non eīm eā
libenter ſuſcipit ꝛ appciat̃ ſed refugit̃ non
libenter corripimur: ſed licentius adulaci-
ones audimus. Item omnes actus virtu-
tū nobis impenſos cū gaudio ſuſcipimus
cū ſcꝫ ꝓ nobis orat̃/ gratie agunt̃/ honora-
mur/ ꝛ ꝙ deus colit̃/ ieiunatur ꝛ ſic de ali
is actib⁹ virtutū. Hos laudam⁹ ꝛ magnifi
camus: ſed actū correptiōis nobis impen-
ſum cū triſtitia intuemur. Itē ſicut nō li-
benter corripiunt̃/ ita non libenter corripi-
mus actiue: qꝛ obſequium amicos veritas
odiū parit/ pſertī in curijs principū/ vbi
omniū aulicoꝝ intētio ꝛ conatus eſt/ q̄s
oīm blandiſſime fallat/ vbi nemo veritatē
correctoriā pricipi audet dicere/ poſſet hoc
de eis dici q̄d in Apoc. ſcriptū eſt/ habes
pauca noīa in Sardis/ de his pauci erāt
Ioan. Baptiſta ꝯtra Herodem. Paulus
ꝯtra Petrum. Ambroſius ꝯ Theodoſiū/
quē ꝛ vnicū aſſeruit eſſe Ep̄m/ ꝛ tn̄ de. ij.
Nunc ad tertiū quo queris: ꝛ q̄d tibi faci-
endū ſit cuꝫ illis lapidib⁹. Reſpondeo bre

uiter q cū eis debes iacere Chriſtū/ ⁊ ſic fa
cere ludum natalē [ ein weinacht burg ] q
appellat burgū ſiue caſtrum natale. Mos
eſt in quibuſdam regionibꝰ vt ludi fiant
caſtri paſchalis vel natalis / vbi puelle ⁊
delicate dn̄e/iaciunt loco lapidū Muſca-
ta/roſas/ ⁊ violas in tyrones q reuera iac-
tio/eſt ipſis tyronibꝰ valde delicioſa. Si-
cut in Alſatia fiunt burgi ex pinibus ⁊ ex
pugnant: non autem niſi bapyrus in bom
bardis emittit ⁊ fragmenta raparum in ba
liſtis. Sic ſuo modo in ꝓpoſito Jeſus
ſaluator noſter ſūme deliciat in iactura la-
pidum predictorum ꝓcioſiſſimorum. Uti
q veri Judei ſcꝫ Euangelice perfectionis
ſectatores iacere debent in Jeſum: qꝛ hec
iactura non eſt penalis ⁊ doloroſa ſed eſt
ipſi domino Jeſu valde delectabilis amo-
roſa ⁊ etiam ſumme delicioſa. Si enim
lapides torrentis dulces fuerunt bea. Ste
phano/ q̄to putas dulciores ſunt iſti lapi
des Chriſto ſi in eum fuerint iactati / a fi-
deli anima q̄ ipſe tā charam habuit ⁊ ha-
bet/ q eam ſanguine ſuo redemit ⁊ pro qua
mortuꝰ fuit quā in ſponſam chariſſimā
ſibi deſponſauit / ⁊ cū qua ipſe vnū corpꝰ
effici dignabit cum membra capiti vniant
⁊ ipſe erit oīa in omnibꝰ. Non dubium eſt
quin ipſe plus delicietur de ſpirituali pro
fectu/talis anime q̄ bea. Stephanus de
martyrio ſuo: pfecto cum gaudium Chriſti
in infinitum excedat gaudium cuiuſlibet
ſancti: vnde ipſe dicit Prouerbiorum. viij.
Delectabar ꝑ ſingulos dies ſcꝫ eternitatiſ
ludens coram eo omni tempore / ⁊ ludens
in orbe terraꝝ. Et ſubdit ad ꝓpoſitum. Et
delicie mee eſſe cum filijs hominū: quaꝝ
deliciaꝝ nos participes faciat ipſe Jeſus
Chriſtus q cum patre ⁊ ſpūſancto viuit ⁊
regnat in ſecula ſeculorum. Amen. Hec ex
Jordano.

# Sequuntur nouem ſer
mones de fructibus ⁊ vtili-
tatibꝰ vite Monaſtice.

¶ Feria ſexta in octaua Ka
tharine. Ad Peniten
tes Argētine ma-
ne hora ſeptima.
Anno. 1496.

Ecce q̄ bonum ⁊ q̄ iocundū
habitare fr̄es in vnū. ps.



PRedicante
me d̄ fructibus pnie
quibꝰ homo ſe diſpo
nere pōt / ne mittat
in ignem eternū: in
fructu octauo incipi
ente a litera. b. q erat
habitum religionis
aſſumere: verba bea.
Bernhardi adduxi in medium / quibus
in nouem bonis ſtatum religionis cōmen
dat/ ait ſiquidem / bonum eſt nos hic eſſe
ſcilicet in religiōe qnia ibi homo viuit pu
rius/cadit rarius/ſurgit velocius/incedit
cautius/quieſcit ſecurius/irrorat frequen
tius /purgatur citius / moritur confiden-
tius/remuneratur copioſius. Has meno
uem vtilitates ſpoponderam declaraturꝰ/
ſed vbi/aut quando/eſſem id facturus nō
dixeram. Statui autem his diebus eaſ-
dem abſoluere: ſecundum q dominus in-
ſpirauerit ⁊ in preſentiarum primam: reli-
quas autem ſequentibus diebus attingā.

PRima igr̄ vtili
tas religionis eſt/ q ibi ho-
mo viuit purius. Et q̄d eſt
inquis pura vita: q̄d eſt vi
uere: Uiuere nihil aliud eſt ( ſm̄ beatum
Thomam. ij. ii. in tractatu de vita actiua
⁊ contemplatiua ) q̄ ſe mouere vt planta/
animal. ⁊c̄. Truncus ſe nō mouet/ergo nō
viuit. Quod mouetur iuxta ſuam conditi
onem bene viuit/vt planta ſi creſcit ſi pro

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ducit fructum, ꝛ cetera. Et canis ſi cur-
rit quatuoꝛ pedibus pronus in terram.
Non enĩ exigit ſua conditio: vt erectus in-
cedat/ ſi latrat/ ſi fidelis fuerit dño ſuo ꝛc.
Et homo ſi ſecundũ rationem/ que eſt ſua
ſpecies viuit/ bene viuit ĩ q̃ntum homo.
Quid eſt purum? quod non eſt permixtũ
villoꝛi: qꝫ ſi permixtũ fuerit precioſioꝛi: non
ideo impurũ effectum eſt: vt argentũ auro
permixtũ/ non inde deturpat/ ſecus ſi ſtan
no. Pura igitur vita humana/ eſt viuere ſe
cundum rationẽ/ ſine permixtione vite ſen
ſualitatis contrarie rationi: ꝛ eam ſubuer-
tentis. Q, ſi gratia ſuperuenerit dictami-
ni recte rationis/ non ideo vita erit impu-
ra: quãuis permixta/ quia non villoꝛi/ ſed
precioſioꝛi. Ecce quid ſit viuere purius.
Dico igitur primo/ qꝫ vita viuentium in
religione/ poteſt eſſe regulariter purioꝛ/ q̃s
extra viuentium. Sed ais/ ꝛ cur ita? Re-
ſpondeo/ qꝫ propter tres rationes: ſcilicet
propter obediẽtie integritatem/ caſtitatem/
ꝛ paupertatem. He ſunt tres Ancille pur-
gatrices/ ſoroꝛes laice/ ſedule ꝛ ſollicite mi-
niſtrantes: ꝛ que domũ ſeruant mundam.
Videmus qꝫ cum munda ꝛ ſollicita fuerit
ancilla/ omnia erunt in domo munda.

## PRima igitur An-

cilla eſt obedientia/ optima
purgatrix ꝛ mundatrix ſoꝛdi
um. Nam in religione homo
viuit purius propter obedientie integrita-
tem. Homo qui ex ſe/ ꝛ impetu ſue nature
operatur/ a ſe deturpatur/ ꝛ impuratur ſi-
bi inheret/ ſe tangit/ querens que ſua ſunt/
imperui ſuo/ ſcilicet ſatiſfaciẽs. Porro qui
ad impulſum alterius hominis/ ſiue pro-
pter alium hominẽ bona facit/ deturpatur
ab homine: quem per affectum tangit/ ꝛ im
mundus efficitur/ deturpatqꝫ ſe. Ceterum
ſi propter deum. aut impulſum hominis.
propter deum operatur. Hic non inficitur
ſed perficitur/ non deturpatur/ ſed munda
tur: quẽ cum tetigero munda ſum/ ait ſan-
cta illa ꝛ munda virgo Agnes. Tangit ſu-
premũ bonum/ per affectum. Itaqꝫ in reli-
gione/ vbi per obedientiã corpus/ ꝛ anim⁹/
ꝛ quicquid eſt in homine ſubditum eſt pre
lato/ ꝛ omnis actio procedere debet ex obe-
dientia prelati propter deum/ munda erit
omnis actio/ ꝛ non infecta propria volun-
tate. Neqꝫ currit per limum nature/ ſiue vo
luntatis proprie. ſed per aurum volunta-
tis diuine/ per cannã prelati. Sed nũquid
etiam omnes fideles habent obedire ſupe
rioꝛibus ſuis? Vtiqꝫ: ſed in multis liberi
relinquuntur/ vnde ſepe offendunt/ ſecus
in religioſo. Saul/ rex factus a domino/
cum cepit facere voluntatem ſuam non ob
ediendo Samueli/ in his que imperaue-
rat ſibi ex parte dei/ reprobatus fuit a deo
procedẽs poſtea de malo in peius/ vſqꝫ ad
interitum anime ꝛ coꝛpoꝛis/ primo Regũ.
decimoquinto. Ceſſet (clamat bea. Bern-
ardus) pꝛopꝛia voluntas ꝛ ceſſabit infer-
nus/ glorioſa obedientia/ eradicans pro-
pꝛiam voluntatem: que eſt omnium malo-
rum cauſa. Ecce primã Ancillam purgatri
cem: ſcilicet obedientiam integram.

## SEcunda Ancil-

la/ ſiue laica ſoroꝛ eſt caſti-
tas. Nam ſecũdo viuit ho-
mo in religione purius: pro
pter caſtitatem. Quãtum
fedatur humana mens per luxuriam quis
neſcit? Cogitatio/ plena fedis fantaſijs.
Senſualitas plena malis concupiſcenti-
is/ oculi/ manus/ totum coꝛpus fedum.
Caſtitas/ efficit animam ꝛ coꝛpus/ pul-
chrum ꝛ purum/ o quã pulchꝛa eſt caſta ge
neratio/ cum claritate/ ſapientie. iiij. id eſt
cum bona fama plane pulchꝛa. Ipſa enim
campus eſt ꝛ pꝛincipium pulchꝛitudinis
Ipſa lilio comparatur/ ſicut lilium inter
ſpinas/ ſic amica inter filias ꝛc. Ipſa ni-
uis candoꝛi ſimilis eſt/ ſi introiuiſti in the-
ſauros niuis/ ait Iob/ debet hec caſtitas
eſſe cũ claritate: id eſt bona fama/ quia ſic
debet ↄuerſari religioſus/ vel religioſa/ cau
te: vt nullus poſſit aliq̃d mali ſuſpicari: p-
pter nimiã frequentiã cũ pſonis/ vñ poſſit
malũ eſtimari: quod quidẽ inducit ſcanda
lum/ ꝛ multotiens ruinã. Sed quid de ca
ſtitate cõiugali? Reſpondeo/ qꝫ ꝛ ſi/ aliqs

gradus caſtitatis reperiatur in coniugio fideliter ſeruato/ tamen tot inordinationes fiunt in eo ⁊ beſtialitates: vt vix ſine impuritate peccati exerceatur/ a quibus actibus coniugij abſtinendo ſine comparatione viuitur purius: ita vt aſſerat Cancellarius Parriſienſis Gerſon/ facilius omnino abſtinere a coitu/ ꝙ̄ ſine peccato in coniugio eidem actui intendere. Uide in tractatu de celibatu Eccleſiaſticorum. Sed quid ſi in virginitate aut viduitate viuatur? reſpondeo ꝙ bonum quidem eſt/ ſed non ita tutum: quia in ſeculo ſunt occaſiones multe perdendi caſtitatē/ eo ꝙ facile mouetur homo/ ⁊ occaſione accepta cadit. Secus vbi occaſio nō preſtatur/ ⁊ poſtea gaudet/ quia occaſionem non habuit. Secus ſi liber fuiſſet. Hic eſt Cordubanus continētie/ cum ligatura obedientie ⁊ profeſſionis. De quibus beatus Bernardus in parabola de nuptijs/ ⁊ applica/ ⁊ eſt ſermo. cxvi. de quo Cordubano etiaꝫ loquitur Anſhelmus de ſimilitudinibus. ſicut habes in Lepuſculo. Ecce ſecundam Ancillam purgatricem: ſcilicet caſtitatem.

Tertia Ancillaē eſt paupertas. Nam tertio viuitur purius in religione propter paupertatem. Cor habentium diuitias/ deturpatur per cogitatiōes ⁊ affectiones ad eaſdeꝫ. Diuites enim huius ſeculi/ verſantur in terra indeſinenter ſolliciti de lucro/ in agris/ in domibus/ in vineis/ in cenſibus/ ſemper cogitantes aurum ⁊ argentum/ terram albam ⁊ rubeam: immo in ſtercoribus animus eorum voluitur: quomodo fimus ſcilicet ſit euehendus/ ſpargendus/ qualiter occandum/ runcandum ⁊c. cogitantes. Ita vt nunquā cor ſurſum ferant/ os operiant ⁊ ſpiritum attrahere poſſint: nimirum quia talis cupidus ſtrangulatus auaricia/ ſuſpēſus manet cum Juda/ vt om̄ia viſcera anime/ exitum verſus celū non habeāt/ ſed verſus terrena defluant/ ita ignobile cor habet: vt inſtar bruti non dedignetur verſari in ſtercore. Da mihi cor nobile/ orat beatus Thomas/ quod nulla indigna trahat affectio deorſum/ vbi nimirum deturpatur: vt dixi. neqꝫ ſinit eum inherere per affectum/ ſummo pulchro deo: vt inde purificetur ⁊ nobilitet. Dicit beatus Gregorius ⁊ quotitatur diſtin. xlvij. Bonorum auctori inherere non valemus/ niſi cupiditatem que radix omnium malorum eſt/ abſcindamus has diuitias/ hanc auariciam vt extrudant ⁊ prorſus profligant religioſi/ eligunt paupertatem/ ⁊ eam profitentur arte artius ⁊ artiſſime. Religiones quedaꝫ profitentur paupertatem artam/ ita vt nullus aliquid proprium habeat/ in cōmuni autem tenent mobilia ⁊ imobilia [farendes vnd ligendes.] Talem paupertatem tenent cōmuniter religioſi nigri ⁊ griſei/ cum Carthuſien̄. Alij artiorem/ ita vt imobilia non habeant etiam in cōmuni/ hi ſunt predicatores/ habent tamen mobilia. Sunt tertij altiſſimam vouentes paupertatem/ qui vouent nō habere in cōmuni neqꝫ in proprio/ neqꝫ mobilia/ neqꝫ immobilia/ ſed ſolum ſimplicem vſum talium habere poſſunt/ et neqꝫ omniū talium vſum habere poſſunt/ quia pecuniarij vſum non habent. hi ſunt de regula beati Franciſci. Ecce quomodo paupertas/ ab eis tanto ſtudio aſſumitur/ quatenus/ prorſus extrudant cupiditatem ⁊ deo totaliter inherere poſſint. Quia igitur per obedientiam/ caſtitatem/ ⁊ paupertatem/ fugit religioſus occaſiones malorum/ ⁊ magis abſtrahitur ab rerum temporalium affectu/ que cor inquinant/ surſumqꝫ deo adherere cogitur. Ideo merito ibi viuitur purius. Ecce ergo ꝙ̄ bonum eſt habitare fratres in vnum.

¶ Feria tertia feſtum bea. Lucie ad Penitentes hora ſepti/ma mane.

Ecce ꝙ̄ bonum ⁊ ꝙ̄ iocundum ha/bitare fratres in vnum ⁊c̄.

**SEcūda vtilitas** vite Monaſtice: quia in ea homo cadit rari⁹: quia pec/catorum occaſiones: que ſunt in ſeculo in ea vitantur. Et que ſiue quot ſunt occaſiones peccandi?

Tres ſunt ad preſens propoſitum / tanꝙ̄ tres lapides ſcandali ⁊ offenſiōis: prima / obiecta mala: ſecunda / ſocietas mala: ter/tia / conſuetudo mala.

**PRim⁹ lapis ſcan**dali [ der erſt ſtruch ſtein / ] ſi/ue prima accaſio peccādi ſunt obiecta mala. Obiecta mala mouent potentias / ait Ariſto/teles in libro de anīa. Obiecta igitur ſen/ſibilia / ſenſus mouent ⁊ per eos intrant ad animam / inde inſurgunt concupiſcen/tie in mentem / que faciunt eam ruere in pec/catum.

Clamat vnus ex his / oculus meus depre/datus eſt animam meam: ſcilicet vane vel curioſe aſpiciendo: Trenorum. iij. Et idem Jeremie. ix. Aſcendit mors per feneſtras. Uidit Dauid per feneſtram ſolarij ſui / la/uantem feminam / ⁊ ruit in adulterium / ⁊ homicidium / fidelis ſui militis. Et Dy/na curioſe videns / corrupta eſt / Geneſis. xxxiiij. Et vtiꝗ̄ anima egrediens de domo rationis per ſenſus corporis / ad vidēdum creaturas / corrumpitur per inordinatum amorem ad eas.

Jſte ergo occaſiones / que ingeruntur quo/tidie ſecularibus / quia diſcurrunt hincin/de per loca vana / religioſis ſubtrahuntur ſtantibus recluſis. Jnde multa vitantur peccata / que alias cōmitterentur. Sed vo/luntate inquis peccatur. Uerum quidem / ſed voluntas per obiecta mouetur / ſed val/de faciliter reſurgit: quam ſi opere peccaret.

Sed de hoc poſterius dicetur.

**SEcundus lapis** ſcandali [ der ander ſtruch/ſtein / ] ſiue ſecunda occaſio peccandi / eſt mala ſocietas. Uerū eſt vtiꝗ̄ quod ait Pſalmiſta. Cum ſancto ſanctus eris / ⁊ cum peruerſo peruer/teris. Et qui cōmunicauit ſuperbo / induet ſuperbiam.

Domine deus / ad quāta mala ſeducit ho/mo in ſeculo ex ſocietate malorum: Petrus (vt dicit Beda) cum fuit in bona ſocietate ſcꝫ cum apoſtolis cōfeſſus eſt publice, Chri/ſtum dicens. Tu es Chriſtus filius dei vi/ui. Matth. xvi. Ceterū cum tempore paſſi/onis Chriſti / ſe reperit cum Judeis perfi/dis ad ignem / Chriſtum publice negauit. Quia mirum videmus / quia vnum po/mum corruptū / cum alijs integris ſi exiſtit alia paulatim corrūpit / mltomagis ſi mar/cida multa fuerint / pauca bona cum eis in/ficient. Mundus ſemꝑ fuit plenus malis hoībus / ⁊ per maxime nunc videlicet cū ſu/mus in fine. Et ideo nimis difficile eſt con/uerſari cū talibus / ⁊ non infici ab eis. Niſi quis vellet ſolus manere / ⁊ ſine ſocietate / quod raro contigit. Econuerſo eſt in religi/one / vbi eſt ſocietas bonorum / ꝗa ibi datur ſibi exemplū bonorum operū / vt rarius ca/dat. Ue his qui defendāt talem nidū / ſuis malis exēplis / ⁊ non miſerent ꝯfratrꝫ / quos ſcandalizāt ⁊ ruere faciūt / inſtar Luciferi.

t **Ertius lapis ſcan**dali [ ſtruchſtein ] ſiue peccandi occaſio / eſt mala conſuetudo.

Trahit illa ⁊ inclinat mirū in modū: ita vt quis putet / quaſi ad peccandū neceſſitari. Eſt enim cōſuetudo (ſecundū philoſophū) altera natura / ⁊ cū non reſiſtit conſuetudi/ni: ait Auguſtin⁹: fit neceſſitas / his lapidi/bus malaꝝ ꝯſuetudinū / plen⁹ eſt mūdus. Et que ſunt conſuetudines in mundo? Eſt conſuetudo mētiendi / defraudandi / iuran/di / peierandi / luxuriandi / detrahendi / blaſ/phemādi / mala conſilia dandi / vel ei aſſen/tiendi: qui eſt in regimine. Et quis queſo

ab illis abſtinet? pauci admodum.
Uerum eſt illud Jeremie.xiij. Si mutare
poteſt Ethiops pellem ſuam/aut Pardus
varietates ſuas/⁊ vos poteritis benefacere
cum didiceritis male. Ideo hortatur Pau
lus. Induimini nouū hominē: qui ſecun-
dum deū creatus eſt/ in iuſtitia ⁊ ſanctita
te veritatꝭ/plane ad hoc mirabiliter opera-
tur/ingreſſio in religionē: vt qui in ſeculo
conſtitutus non poterat abſtinere a ludis
mendacijs/periurijs/luxurijs/ ⁊ huiuſmo
di: conſtitutus in bona religione/ illa dete-
ſtatur ⁊ horret. Et ſic religioſitas cuſtodiet
cor/ ſcilicet ab occaſionibus peccatorum/
ne cadat Eccleſiaſtici pmo. Ecce ergo quā
bonum eſt ⁊c. Noli igitur triſtari/quia in-
greſſa es. Sed gaude/quia ablate ſunt oc-
caſiones ⁊c. et age gratias deo / quia non
taliter fecit omni nationi.

¶ Feria quarta ad Penitentes.

Ecce q̃ bonum ⁊ q̃ iocundum ⁊c.

Tertia vtilitas
monaſtice vite eſt: quia ho-
mo ſurgit velocius. In mul
tis offendimus oēs/ fragi-
les ſumus: ſecundum ꝙ ait.
Jac. apoſtiaols in canonica ſua. Sed iſta
eſt differētia inter iuſtos ⁊ reprobos: quia
iuſti cadūt ante ſe/ vident ⁊ cognoſcūt vbi
cadunt: ⁊ ideo reſurgūt ſcd̄m illud prouer
bioꝝ.xxiiij. Septies in die cadit iuſtus/et
reſurgit. Sed reprobi cadunt retro/⁊ non
vident vbi cadunt/non cognoſcūt malū: et
ideo non reſurgunt / ſicut Hely ſacerdos:
qui cadēs retro/nunq̃ ſurrexit ſ3 expirauit
Sz adhuc inter iuſtos/ velocius reſurgūt
religioſi/ q̃ laici/cōmuniter loquendo. Et
hoc propter tria/que eos ad reſurgendū iu-
uant/ tanquā baculi.

Primus Bacul⁹
eſt lectio frequēs. In om̄i bo-
na religione/quotidie legunt
ſanctarū ſcripturaꝝ documen
ta in officio/in menſa/extra menſam: ſicut
mandāt ordinatiōes patrū/frequenter per
cipiunt reſurgentium peccatorū exempla/ſe
pe audiunt viciorum detrimenta/que infe-
runt anime ⁊ corpori damnationē demum
eternā/ vnde anima excitatur ad reſurgen-
dum. Clamat itaq̃ ad talium auditionem
vox illa Pauli in cordibus audientium.
Surge: qui dormis/⁊ exurge a mortuis/⁊
illumiabit tibi Chriſtus/ad Ephe.v. Bo-
na vtiq̃ et vtilis eſt talis menſalis lectio.
Nedum ad inſtructionem: ſed etiam ad te-
nendum ſilentiū: propter quod( niſi fallor)
ſecūdum Caſſianū/hec lectio mēſalis prin-
cipaliter inſtituta eſt. Et vnde eſt/inquis:
ꝙ talis lectio frequens/ parum proficit in
multis: qui manent tales quales prius fue
runt/neq̃ a ſomno peccatoꝝ excitant. Re-
ſpondeo ꝙ ſimiles ſunt molitori/⁊ alijs ad
molendinū aſuetis: qui non obſtante ſtre-
pitu molēdini ſuauiter dormit/vbi ali⁹ dor-
mire nō poſſet/ ſed aſſidue excitaret toties:
quoties: etiā obdormiuiſſet. Ue doctorib⁹
ve religioſis talibus: qui in medijs ſtrepi-
tibus cōminationum diuinaꝝ/ in libris ex
preſſarū/nihil concutiunt / ⁊ ad talia hor-
renda tonitrua/nō excitant: vt bene faciāt
Salamandre in medio ignis/nō calefien-
tes. Sed inſtar aranee grādieris/ cū ad lu
men cādele adhibent exibilant/⁊ lumē veri
tatꝭ ſibimetipſis extinguūt. Tu nō ſic/ſed
lecta ⁊ audita trahere in effectū enitarꝭ.

Secundus Bacu
lus/ quo innititur cito reſur-
gens in religione/ eſt exhorta
tio feruens ad reſurgēdum a
defectibus ſuis/ad ſinceritatē vite imacu-
late. Animalia Ezechielica percutiebant ſe
alis alterutrum. Per animalia intelligūtur
boni: qui ſe mutuo exhortantur ad bona:
vt exponit Gregorius.xxiiij.mora.§.xx. In
telligūtur ergo boni/ maxime religioſi/vel
applica ad tertium Baculū/ ⁊ magis con-
gruit/ſcd̄m Gregorium. In religione enim
bene inſtituta/ hortantur ſe alterutrum ad
benefaciendū/iuxta inſtitutionē bea. Pau
li.ij. Cor.vlti. Fratres gaudete/pfecti eſto-
te exhortamini/idipm ſapite. Sed ve ſoli

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicit Eccl'iaſticus.iiij. Quia ſi ceciderit nõ habet ſe ſubleuantẽ: qui ſcꝫ iuuet ad reſurgendũ. Si fuerint duo/ fouebũtur mutuo per exhortatiões. Exhortemur ergo alterutrũ verbo ſorores/tẽpore opportuno.

Tertius baculus eſt exẽplatio vrgens: Fortis et robuſtus eſt Baculus lectiõis frequẽtis: Fortior baculus exhortationis feruẽtis/ſed robuſtiſſimus baculus vrgentis exẽplationis. Plane non paruũ eſt hoc adiutoriũ/ cum videt religioſos ſocios bene viuere/ frequenter confiteri/innocẽtes/penitentiã agere/ ⁊ feruẽter deo ſeruire. Hec nimirũ vrgent hominem ad reſurgendum. Exempla enim plus mouent ꝙ verba: vt dicit Ariſtoteles in libris Ethicorum. Multũ mouerunt beatũ Auguſtinũ ad conuerſionẽ/verba Ambroſij ſcripturã predicantis. Sed plus exempla Anthonij idiote. audita ſuarum virtutum preminẽtia. Et cur ita? quia exempla bona/ſunt tanquã carbones igniti accendentes carbones extinctos iuxta ſe. Simile legimus in Vitas patrũ. De quodam (credo) latrone aſſumpto ad religionem/in cuius conſpectu dumtaxat/ quidã fratres magnã fecerunt penitentiã. Ipſe autẽ non cogebat ad eam. ſed tãdem ſponte ſuſcepit cogitans cur illi innocẽtes ſe cruciarẽt: non autem ipſe/ Quere hiſtoriam.

¶ Reſurgit etiã talis velocius: qꝛ cadens minus ledit. Nam ſecũdum beatum Thomam/ſecunda ſecunde. queſti. clxxvi. articu. x. In eodẽ genere peccati/ leuius eſt peccatuꝫ religioſi/ꝙ laici: Niſi faceret aliquid contra vota eſſentialia religionis / vel per contẽptum/vel propter ſcandalum. Nam vtiꝙ maius ſcandalũ daret peccatum hominis religioſi: notabile quod deueniret ad noticiam aliorum/ ꝙ laici: puto blaſphemando/ vel ludendo publice/ ⁊ huiuſmodi. Sed in alijs cadens minus leditur: et ideo citius ſurgit/ſicut gutta aque ſi proijciatur in ignem/ſubito abſorbetur ⁊ conſumitur/ita ⁊ peccatum religioſi propter multa bona/que quotidie facit abſorbetur per feruorem contritionis ⁊ dilectionis/ ⁊ inde velocius ſurgit. Ego addiderim ſi fuerit in bonis habituatus. Habitus illi ceſſante tentatione vehementer inclinabunt ad reſurgendum/ ⁊ priſtina exercitia reſumendũ quod nõ erit in non habituato cadẽte qualis eſt ſecularis.

¶ Habes ecce quomodo propter tres cauſas/ religioſi ſurgunt velocius: ſcilicet propter frequentes lectiones: propter feruentes exhortationes: ⁊ propter vrgentes exemplationes. Econtra laici/ parũ legunt ſcripturarũ doctrinas. Modicum exhortantur/niſi forte ad malum. Exempla non vident/niſi mala hominũ conuerſantiũ in mũdo: ideo tardius reſurgunt ꝙ religioſi. Gaudete ergo o ſorores: quia vitam tenetis monaſticam/gaudete/quia occaſionem citius reſurgendi habetis vobis preſtitam. Baculis his vtamini/ legite / ⁊ lectiones audite/ exhortemini alterutrũ/ ⁊ virtutum exhibete exempla. Nolite negligere/ ſi cecidiſtis. iam enim hora eſt nos de ſomno peccati ſurgere: donec Sol radiat gratie. ſurgit viator dum ſol per rimas radios mittit. Si gratia immo quia gratia radios ſuos iam in hac die tua mittit nolito negligere. Ut quid o miſer ſtertis? Iam gallus cantauit / cantat predicator / cantat lector menſe / cantat hortator / cantat confeſſor/ prioriſſa ⁊ prelatus/ et ita obſurduiſti: vt adhuc ſomno deprimaris: iam multi ſurrexerunt de lecto peccati/ ambulant vias bonas/ conuerſi ſunt ad dominum/ vadunt per viam virtutum/ ⁊ quis audiens poſt ſolis ortum/ ⁊ gallorum cantum/ viatores ſurrexiſſe/ ⁊ vias ambulare/ adhuc iacet in lecto? Non audiſti/ quia preceſſerunt Petrus/ Magdalena / Maria Egyptiaca/et alij innumeri. Cur nõ ſurgis ⁊ tu vadis? Ecce currunt poſt Chriſtum/confitetur latro/ lachrymatur Magdalena / ſupplicat Chananea. O ſurgam inquis: ſed nõ modo conſulã quid agam: eheu quãta dementia: clamat Bernardus abſcondiſti ignẽ in ſinu tuo/ ⁊ exuſto iam latere/ nudatis iam viſceribꝰ/iam ſanie defluente adhuc conſulendũ eſt/an excutias illũ. domus anĩe tue ardet igne peccati: qui vtiꝙ otioſus nõ eſt ⁊ adhuc cõtaris/ an ſit extinguendus. In

lutum peccati cecidiſti / ⁊ differs inde reſurgere: Quid dixi lutum: imo in lacum inferni / ⁊ damnationis perpetue: quia enim peccatum eſt ꝙ̄ lacus: cuius fundus eſt infernus: adhuc ſupernatas: ⁊ tamen iugiter deſcendis: ⁊ non vis tibi manum exhiberi dum ſupernatas: ſed expectare quouſꝫ magis profundaberis / ⁊ in profundum inferni deſcenderis. Non ita fiet / inquis / in lecto mortis conuertar. Intellige / vis habere vitam malam / ⁊ finem bonum. Erras in porco non inuenitur cauda pauonis / et in vita ſpurca / ⁊ beſtiali porcinaꝫ / non reperies finem angelicum. Velles in vita ſeminare vitia / ⁊ in morte metere virtutes / non ita fiet / nemo volens metere triticum / ſeminat vitias [wer wicken ſegt / ſchnit nit weiſſen] Velles de ſpinis peccatorum colligere vuas / ⁊ de tribulis ficus beatitudinis. Erras frater. Ergo in hac hora conuertere ad dominum tuum. Vtere his tribus baculis ⁊c̄.

¶ Quattuor ſunt: ſcilicet ſtare / cadere / ſurgere / nonreſurgere. Horum duo media hominis ſunt. Homo enim cadit ⁊ reſurgit: ⁊ iterum recidit / ⁊ iterum ſurgit. Stare vero abſꝫ caſu / ſolius angeli eſt. Non reſurgere vero ſolius diaboli eſt. Qui ergo ſtat ⁊ non cadit / Angelus eſt. Qui vero cadit ⁊ ſurgit / homo eſt. Qui autem cadit et non reſurgit poſt caſum: non quia non poteſt: ſed quia non vult / profecto diabolus eſt. Etiam ſi homo ſit. Hec Helinandus. Et habetur in Speculo hiſt. lib. iij. capi. xxxix. applica ad precedentia.

¶ Feria quinta ibidem.

Ecce ꝙ̄ bonum ⁊ ꝙ̄ iocundum habitare fratres in vnum ⁊c̄.

Quarta vtilitas eſt / ꝙ homo incedit cautius. Qui caute incedere vult in hoc ſeculo / indiget ſapientia. Videte quomodo caute ambuletis / non quaſi inſipientes Sed vt ſapiētes / Ephe. v. Et hec plane ſapientia / nullibi melius ꝙ̄ in religiōe acquiritur. Acquirit enim a deo / per deuotā orationē iam proximo per mutuā inſtructionem. Et a ſe ipſo per multā experimentationem. Inſtar luminis ſiue ignis / qui tripliciter ſolet accendi / vel flatu in prunā cineribus in domo propria opertam / vel ſi illic non eſt / per allationē de domo vicini. Aut ſi neꝫ hic / neꝫ illic reperitur / per de lapide excuſſionem. Sic eſt de lumine ſapientie. Hec autē maxime exercentur in religione. Videamus ſecundum ordinem.

Primo acq̄ritur ignis / ſiue lumen ſapientie / perflatum deuote orationis ad deum porrecte. Si quis indiget ſapientia / ſcȝ ad incedendū caute in via dei / poſtulet a deo / ſcȝ in oratione / ⁊ dabit ei prima. In oratione eñ mens illuminat ad cognoſcendū / que agere debeat / per lumē gratie ei infuſum / ſicut per lumē materiale illuſtrat / quomō caute icedat in via periculoſa / ne cadat: vñ Auguſtinus dicit ꝙ dubia melius ſoluunt / oratiōe ꝙ̄ inquiſitiōe. Videmus ꝙ ſimplices villani / non hñtes ꝑdicatores / frequēter certius ducuntur ad ambulandū per viā mandatoꝝ dei / ꝙ̄ qui hñt quotidianas ꝑdicationes: vt dt Gerſon in tractatu de directiōe cordis / q̄a deo inſtrunt per orationē. Ecce quō per orationē acquirit ſapientia. Quia igit in religione maxie frequentat oratio / ideo magis illuminant a deo ad caute icedendū. Non debet tñ religioſus de hoc confidere / qñ de dubio poteſt ſufficienter a ſapiente certificari / quia hoc pertinet ad ſuperbiam / ⁊ eſſet tentare deum.

Secundo acquiritur lumē ſapientie per accōmodationē a vicino primo. Legimus in Sūma virtutȝ tractatu de humilitate / de patre quodā qui diu oratiōe ⁊ ieiunio. lxx. ebdomodaꝝ volebat a deo impetrare ſolutiōem vnius queſtionis ⁊ non potuit / acceſſit humiliter

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad fratrem/eius ſolutionem efflagitans/⁊ ꝓpter humilitatem obtinuit ab angelo informari. Uade ergo ⁊ tu humilia te ꝓpter deum ⁊ accendet͛ lumen ſenſibꝰ tuis. Habes proximos multos in religione/habes prelatum/habes alios patres/qui admonent frequenter de agendis: cautum reddunt de periculis/corrigunt de cõmiſſis/ Eccleſiaſti.18. Qui habet miſericordiam ſcilicet animarum: docet ⁊ erudit quaſi paſtor gregem ſuum. Sic in vitas pat. folio.187. litera.o. vbi diffuſius ponitur Legitur ꝙ in monaſterio Sancti Macharij. Diabolus qui apparuerat ipſi Machario in forma medici ferẽtis multas ampullas potionũ/accedens ad fratres illius monaſterij ad tentandũ/vnũ reperit/cui dedit potionem ꝑ tentationem ſcꝫ inducẽs ad aliqđ peccatũ/alijs fratribꝰ viriliter reſiſtentibus tentationi. Quod cum diabolus adiuratus Machario retuliſſet: ipſe Macharius illum ſuperatũ a diabolo/inſtruxit ⁊ cautum fecit/⁊ docuit reſiſtere tẽtationi/adeo ꝙ iterũ veniens diabolus/ad tentandum fratres: inuenit eum efficacius tentationi reſiſtere q̃ alij/vt retulit ipſe diabolus Machario.

Tertio accenditur lumen ſapientie/ꝑ confirmationẽ ꝓprie exꝑientie Solent ꝗ ignem in foco ꝓprio per ſufflationem non inueniunt: neqꝫ a vicino habere poſſunt/ignili lapide ſcꝫ ⁊ calibe/ignem excutere/aut ſi carent his/ligna vehementer ↄfricãt ⁊ inde efficitur ignis/plane ſic ꝑ experientiam que eſt reꝝ magiſtra/quis edoctus efficitur ⁊ cautus redditur. Et quid eſt exercitiũ per quod acquirit͛ experientie lumẽ aliud/q̃ q̃dam animi defricatio. Non quidem auditu ⁊ narratione belloꝝ ſed experientia pugne fit homo edoctus in arte bellandi: Sic vtiqꝫ in ſpirituali pugna quam mundus caro ⁊ demonia contra nos mouent diuerſa prelia/vnde Eccleſiaſtici.34. Qui nõ eſt tentatus q̃lia recognoſcit: vir in multis expertus cogitabit multa/⁊ qui multa didicit enarrabit ſcꝫ ꝑ experiẽtiam edoctus/qui nõ eſt exꝑtus pauca ↄnoſcit. Et vbi queſo maior experientia in Chriſti militia acq̃ri poteſt/q̃ in campo ⁊ lucta religionis: Illic enĩ omnes malicie ⁊ verſucie ⁊ vires demonũ effũdunt͛: in ſeculo autẽ quaſi in egipto/qđ interpretatur tenebre/ignorant laici quid ſit tentatio: q2 ita occupati ſunt vicijs/⁊ preſſi occupationibꝰ mũdi ꝙ non expectant tentatiões: ſed eas preueniunt ⁊ demones prouocant ad tentandum eos: figura de Iſrahelitis/qui in egipto poſiti/nõ ſentiebant bellũ/ſed exeuntes egiptum: ⁊ intrantes deſertum inſurrexerunt cõtra eos plura bella: vt patet in Exodo. Hi ſunt vtiqꝫ deſerentes ſeculum: Et ingredientes deſertum religiõis/quos bella tentatiõis aggrediunt͛/que prius nõ experiebantur/ſed confidentes in adiutorio dei/vincunt/⁊ quottidie magis cauti reddunt͛ ad cauendũ mala. Ecce tres modos accendendi lumen ſapientie ad caute incedendum in via dei: quos (ſi nõ erro) dominus Joannes Gerſon/expreſſe ponit: in ſuo de meditatione/loquens de diſcretione. Hanc inquit/non ſecurius habere poſt diuinam gratiam poterimus: ecce primum/q̃ per ſedulum ⁊ ſecurum alteriꝰ experti/noſqꝫ diligentis ⁊ agnoſcentis cõſilium: Ecce ſecundum ⁊ alibi tertium tangit in de practica miſtice/induſtria.x. Ubi dicit/ꝙ aliq̃n habeatur ex experientia propria ⁊ longa. Gaudete ergo ſorores quia in religione eſtis ↄſtitute/vbi cautius ad lumen ſapientie poteſtis ambulare/accendite lumen/a deo per orationis iugẽ ſufflationem/a prelatis per humilem accomodationem/⁊ a vobis ipſis per continuam virtutum excitationem: q̃tinus in his tenebris ⁊ vmbra mortꝭ videre poſſitis viam mandatorũ dei/ad lumen eternũ ducentem ad quod ꝑducat nos dominus noſter Jeſus Chriſtus. ⁊c.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Feria ſexta ad Penitentes.

Ecce ꝙ͂ bonū ⁊ ꝙ͂ iocundum.⁊c̄.

Quinta vtilitas religionis eſt/ qꝛ ibi homo q̇eſcit ſecurius: Venite ad me (ait Chriſtus Math. xi.) omnes qui laboratis ⁊ onerati eſtis peccatis ⁊ anxietatibus mundi/ ⁊ eo reficiā ſpiritualiter. Tollite iugum meum ſcʒ ſtatū religionis/ paupertatem caſtitatem ⁊ obedientiam/ ⁊ inuenietis requiem ⁊ magnā quietē animabꝫ veſtris. Et cur ita? Quia iugū meū ſuaue ⁊ onus meū leue. Onus autem mundi aſperum ⁊ graue/ quod maximam affert inquietudinem: onus ſpinarꝫ qđ per ingreſſum religionis excutitur. Et que ſunt illa onera inquis? Ipſa ſunt Poteſtas ſecularis/ amoꝛ parentalis/ ⁊ occupatio mundialis. Onera plane mirū inmodū inquietantia ſeculares ⁊ infeſtantia/ a quibus liberatur monaſterium ingrediēs.

Primum onus ſpinarum [dorn well] eſt poteſtas ſecularis. Domine deus meus: ⁊ q̇s enumerabit ſpinas/ ex quibus hic faſcis confectus eſt? quando exprimi poſſet queſo/ quanta mala ꝑpetrantur ab his qui in regimine ⁊ officijs ſe reperunt. Sed pauca ex multis proferamus/ ꝓpter que ſecure in conſcientia quieſcere non poſſunt/ etiam quantūlibet alias quieſcerent. Quis queſo in talibus conſtitutus/ continere ſe poteſt ſcit ⁊ vult: qui pro commodo tempoꝛali ſuiꝫ ſiue/ vel ſuoꝛum amicoꝝ/ vel ſue cōitatis (quod tamen eſt minoꝛ pars) nō faciat multa contra iuſticias ⁊ leges diuinas ⁊ humanas. Ecce ſpinam. Semper ꝑponitur bonum tempoꝛale ⁊ coꝛpoꝛale/ bono anime ⁊ honoꝛi diuino/ ecce aliam ſpinam. Ex his ſequit̄ ꝙ quia ꝓponunt tempoꝛalia ideo iniuſticias faciūt: Opprimūt innocentes. Sectas nutriunt/ ꝑcialitates innitūtur. Impios exaltāt/ Iniquis ꝯdeſcendunt/ Bella ſuſcitant/ Leges iniquas condunt vel ſeruant/ Eccleſie precepta contemnūt/ Excōicationes incurrunt/ obligationibus ⁊ reſtitutionibus ſe ſubijciunt. Quis in regimine ſeculari poſitꝰ/ iſta euadit? quis iſta officia fugit? Quis eſt hic ⁊ laudabimus eum: fecit enim mirabilia in vita ſua. Sed profecto quaſi nullus/ vt verum ſit id Eccleſiaſtici. xiij. qui tetigerit picem ideſt infectionem ſeculi/ inquinabitur ab ea/ ideſt maculabitur. Et id Iſa. i. verificatur Principes tui infideles/ ſocij furū/ omnes diligunt munera ſequuntur retributionem ſcʒ tempoꝛalem. Ceterū ab his malis liberabit̄ quis in religione que vtiꝙ inquietant nimis animā ⁊ coꝛpus. Sed quid hec ad vos moniales? reſpiciunt potius viros: verꝫ quidem/ ſed ⁊ ſi tu tali in ſeculo nupſiſſes/ participium illarū ſpinarum non effugiſſes/ per conſenſum/ per ꝯmunionem taliū/ aut alios modos.

Secundū onus ſpinarꝫ ſiue faſcis/ eſt amoꝛ parentalis: plane hic multum inquietat. Et quantū inquietat/ noꝛunt ſoli experti. Produc patrem familias habentem vxoꝛem/ filios/ fratres/ amicos/ ⁊ interroga ſuper quo faſce ſpinarꝫ ſedeat.

¶ Ecce q̇ talis eſt/ nonne in pꝛimis a ſeipſo inq̇etatur: nōne vt eos inpinguet diuitijs/ exaltet honoꝛibꝫ/ extollat in pompis/ ſe ipſum obliuioni tradit/ ⁊ inquietum facit/ ecce ſpinam vnam.

¶ Inquietatur ab vxoꝛe vir/ ꝙ eā non diligat ꝙ ſibi in veſtimētis nō ꝓuideat/ ⁊ ecōtra vxoꝛ a viro inquietatur: grandis plane ſpina alteruter in oculis eſt/ adde innumeras alias miſerias ⁊ matrimonij onera ex Theophraſto: quem allegat beatus Hieronymus vide in epiſtolari Hieronymi.

¶ Inquietatur a filijs ludentibus vel alias malefacientibus.

¶ Inquietatur in fratrum vel parentū iniurijs.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Inquietatur ab alijs amicis ſi non laborat pro eis in vindictis vel alijs malis. Quid multa? ſedet talis inter hos amicos ⁊ fratres ſicut in tela/aranea/ que ſentit ⁊ tangitur per contactũ cuiuſlibet fili/ quantũcunq; diſtantis a centro in quo reſidet. Siquidem muſca tetigerit extremitatem alicuius fili/ mox ſentit ⁊ excurrit aranea/ad eam capiendam: Si ex alia parte tele alia inciderit muſca/iterum ſentit/⁊ ad eandem currit: Sic ad tactũ cuiuſlibet amici pertrãſit ſpina doloꝝ cor talꝫ hominis/applica vt verum oſtendaẗ quod ait dominus Math.x. Inimici hominis domeſtici eius. Sedet inter domeſticos vt Daniel inter leones/⁊ inter aues bubo. Sed ab his liber eſt verus religioſus/q2 mortuus eſt eis/⁊ abſolutus a cura parentum ſuorum/ vt quietius deo viuat: factꝰ vt Melchiſedech/neq; patrẽ habens neq; matrem

# Tertium onus

ſiue faſcis ſpinarum eſt occupatio mundialis. Multum plane hec inquietat ⁊ pungit mentes hominũ. Martha Martha ſolicita es/⁊ turbaris erga plurima. Enumera ſi placet Spinas huius faſcis

- Nunc rapit animum/inſaciabilis amor ⁊ ſpes lucrorum.
- Nunc concutit timor amittendi optata/ ecce due ſpine contrarie.
- Nunc gaudium vanum quando ſuccedũt ad votum concupita.
- Nunc deijcit dolor de amiſſione bonoꝝ
- Nunc decipit nunc decipitur.
- Nunc rapit aliena/nunc ſua auferuntur.
- Nunc torquetur ſuſpiciõibus/nunc iraſciẗ in queſtionibus.
- Nunc in domo moleſtatur quando non fiunt que vellet.
- Nunc extra domũ/ quando non honoraẗ.
- Nunc ꝑ factis ſuis iraſciẗ/ nũc ꝑ alienis.

¶ Hec omnia/ita miſerabiliter hominem ſecularem diſcerpunt/vt poſſit merito dici illud: Trenoꝝ.ij. Magna eſt velut mare/ ꝯtritio tua ideſt perturbatio q̃ cõtereris in iſtis paſſionibꝫ: Sed ab his liberatur in religiõe/vt dici poſſit illud Job.v. Ingreſſus in habũdantia (ſcꝫ virtutũ) ſepulchrum ſcꝫ religiõis in requie opulenta. Ecce igitur q̃ bonũ. Q, autẽ hec tria ſint tres ſpinarum faſces/ſi non credis ⁊ vtiq; contenderis/ineptam eſſe Methaphorã/Teſtem contra te prouoco Chriſtum dominũ noſtrũ in Euangelio dicentem. Quod ante cecidit in ſpinas.⁊c̃.cum gloſis.

¶ Feria quinta ad Penitentes.

# Sexta Vtilitas

vite religioſe eſt/quia in ea irroratur frequentius. Irroratur inquam roꝛe celeſtis gratie ⁊ conſolationis: frequentius in religione/q̃ extra. Et cur ita? q2 tres ſunt feneſtre in tecto anime: ꝑ quas roꝛ diuine cõſolationis in animam deſcendere ſolet de celo: que frequentius in religione q̃ extra aperiuntur: Prima eſt in intellectu humilitas. Secunda in affectu puritas. Tertia in effectu veritas. Videamus illas ſecundum ordinem.

# Prima feneſtra

eſt in intellectu humilitas/ quanto ſe homo magis cõgnoſcit/ tãto magꝫ inde humilians ſe/gratia ⁊ celeſti ꝯſolatione infũditur. Beatiſſima virgo Maria/roꝛe gratie plena fuit ⁊ celeſti conſolatione. Et cur ita? plane fecit ei magna qui potens eſt/q2 reſpexit humilitatem ancille ſue/ per feneſtram humilitatis eam dominus reſpexit/ ⁊ roꝛe conſolationis impleuit. Trahit nimirum humilitas violenter ad ſe gratiam ⁊ celeſtem conſolationem: non ſecus atq; magnes ferrũ. Sicut in naturalibꝫ ſic nec in gratuitis/cõ mittitur vacuũ/ quantum de tuo per humilitatem euacuas ⁊ exinanis/tantũ de dei gratia influit ⁊ ſuccedit. Nouit hoc beat. Jacobus/humilibꝫ inq̄t deus dat gratiam: Et beat. Paulus/deus



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

qui conſolatur humiles / conſolatus eſt ⁊
nos. Ve cordi noſtro / non eſt patulum de
ſurſum / feneſtra hec non eſt apta / ſed val⸗
uam obiectam habet / ſuperbiam ſcȝ vt eſ⸗
ſet nobis funiculus ſaltē triplex quo val⸗
ua amoueri poſſet / ⁊ pateret feneſtra humi
litatis rori conſolationis. Non deeſt ſoro
res funiculus triplex: im̄o ad manum eſt
quintuplex zona fortis / ex quinqȝ funicu⸗
lis contorta.

¶ Primus funiculus eſt humilium fa⸗
miliaritas. Qui cum ſupbo habitat indu
et ſuperbiam ait ſcriptura ⁊ econtra ſi cum
humili humilitatem.

¶ Secundus funiculus eſt propriorꝫ de
fectuū meditatio: profectus tuos obliuiſce
re / ⁊ ſolos defectus tuos intuere.

¶ Tertius eſt conſideratio meliorū te: ⁊
non corꝫ qui minores te ſunt quia hinc ſup
bia / illinc humilitas ingignitur.

¶ Quartus eſt cōtumeliarꝫ ſuſtinentia
ait Bernhar. ex humiliatiōe generatur hu
militas ſicut ex lectione acquirit̄ ſcientia.

¶ Quint⁹ eſt exercitiū officiorꝫ ꝯtempti
biliū ⁊ non niti ad exercitia gl'oſa ⁊ multū
laudabilia: ecce zonam. Si per hec media
deuenitur ad humilitatē / ⁊ hac zona amo⸗
uet̄ valua ſuperbie ⁊ patula ſit feneſtra hu
militatꝫ: vbi q̄ſo hoc meli⁹ fieri poterit q̄ꝫ
in monaſterio. Videam⁹ per ſingula: Hu
milium familiaritas vbi magis reperitur
q̄ꝫ in monaſterio: non ſic extra. Scd̄o de⸗
fectus proprij nulli ſic exponuntur in ſecu
lo ſicut in monaſterio / cum in capitulo ꝑ
clamatur / denūciatur prelato / ⁊ quod vn⁹
nō ꝯſiderat ꝯſiderat alter. Itē ibi ſemꝑ re
perit meliores ſe / raro autē in ſeculo. Sic
etiam cogitur ꝯtumelijs non repugnare /
ſed pati / ⁊ ſi intulerit / veniam petere / cum
proſtractione / que omnia faciunt ad humi
litatem: ⁊ tandem exercitia vilia iniungun
tur / ſicut facere coquinam. ⁊c̄. Laudo er⸗
go religiones illas vbi fratres viciſſim / ad
humilia officia q̄ꝫtum expedit inducūtur /
beat. Bernhardus legitur vnxiſſe calceos /
cū eſſet Abbas / ⁊ Carthuſienſes tunicas
ſuas lauant. ⁊c̄. Et fratres minores coqui
nam faciunt. ⁊ cetera. Ecce primam fene
ſtram.

Secūda feneſtra
per quam deſcendit ros cō
ſolationis diuine eſt puri⸗
tas in affectu. Hec puri⸗
tas in affectu / eſt charitas. Purum enim
eſt quod non eſt permixtum viliori / chari⸗
tas autem facit affectum hominis ſuperi⸗
ori ⁊ precioſiori ſe coniungi ſcȝ deo / ⁊ crea⸗
turis ꝓpter deum / ⁊ abſtrahi a creaturis
in ſe q̄ viliores ſunt anima / ipſa ergo chari
tas puritas eſt / ſicut ⁊ Caſſianus deducit
Econtra autem cupiditas. Hec puritatis
feneſtra obſtruitur ſtercore cupiditatis / q̄
eſt amor ſui / amor mundi ideſt amor glorie
diuitiarum ⁊ voluptatum. obſtruitur in⸗
q̄ꝫ eo modo quo celle vinarie a quibuſdam
in hieme fimo obſtrui ſolent. Hic fimus
amoris mundani / de feneſtra affectus ſiue
cordis per obedientiam paupertatem ⁊ caſti
tatem extrahitur. Fimus voluptatis ꝑ ca⸗
ſtitatem. Fimus diuitiarū ꝑ paupertatem.
Fimus inanis glorie ꝑ obedientiam. Hoc
eſt raſtrū tridens [ der dryzinckecht karſt ]
Hoc raſtrum nullibi tale reperit̄ ſicut in
religione: qd̄ regulariter ſit tam efficax ad
extrahendū fimū amoris mundani / q̄uis
enim extra clauſtrū ſit obedientia / pauper
tas / ⁊ caſtitas / non tamen ita firmata eſt
per voti obligationem ſicut in clauſtro / ra⸗
tione cuius etiam ſi perditur raſtrū / facile
propter obligationem inuenitur: extra clau
ſtrū obedientia caſtitas ⁊ paupertas / ſunt
quaſi raſtrum ſine manubrio: in clauſtro
autem cum manubrio ⁊ circulo ferreo vo⸗
ti obligatum / quo facilius habitum reti⸗
neri / ⁊ perditum rehaberi poterit. Itaqȝ di
co q̄ꝫ hec puritas ⁊ per conſequens ros ce⸗
leſtis conſolationis / frequentius ⁊ meli
us haberi poteſt in clauſtro. Diſcurre per
viam ſanctorum ⁊ inuenies eos / qui fue⸗
runt repleti rore celeſtis conſolationis / fu⸗
iſſe religioſos / ⁊ valde puros Beatus Be
nedictus pater monachorum / propter
magnam puritatem / vidit animas ſancti
Germani / ⁊ Scholaſtice ſororꝭ ſue celum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aſcendere/ ⁊ multa alia/ vñ mirabiliter cõſolatus eſt. Quantū guſtauerit diuinas conſolatões deuotiſſimus Bernardus pater Ciſterč perpendi põt: non ſolū cum puer vidit Chriſtum de virgine naſci: et ſenex imaginē crucifixi ſe amplexantē: ſed etiā ex doctrinis mellifluis eius. Patriarcha mendicantiū predicatorꝝ ſanctus Dñicus irroratus fuit celeſti dulcedine in ſuis contēplationibus/ ⁊ precipue cū celo ſibi aperto vidit añ tribunal Chriſti/ plurimos ex oībus religiōibus, ſuos aūt ſub clamide virginis matris eius. O quantū roris diuini percepit ſanctus ille ſeraphicus Frāciſcus quando crucifixus impreſſit in corpore ſuo ſtigmata paſſionis in monte Auernie. Ex magna vtiqꝫ puritate ad iſta peruenerunt. Et hoc quidē ex religione. Religio ipa alio noīe dr̄ ſanctitas: que puritatem affectus importat. Hic eſt finis primus religionis vt ꝑueniat per opa eius ad puritatē perfectā: vt dī venerabilis Joan. Caſſianus in coll. Moyſi ſcdm illud Luč. pri. Seruiamus illi in ſanctitate ⁊ iuſtitia ⁊c̄.

## Tertia Feneſtra

ꝑ quā diuia cõſolatio rorat in mentē hoīs eſt in effectu veritas. Ita vt homo nō ficte operetur ⁊c̄. ſed in veritate ambulet, vbi fictio eſt et falſitas. Gratia non illabitur: imo vt dicit ſapiens ſpiritusſanctus: diſcipline ſcilicet morꝝ fugiet fictum: id eſt ſimulationē. Obuoluit igit̄ feneſtrā hanc veritatis hypocriſis ſiue fictiōis valua/ ne illapſui gratie pateat. Sed eam valuā detrudit lancea diuine ſeueritatis. Cogitat aliquando hypocrita talis quādiu falſitas tua manebit tecta non diu plane. Veniet dies in qua illuminabunt̄ abſcondita cordiū/ veniet dies dñi ſicut fur in nocte tue falſitatis: ⁊ tūc manifeſtata erunt abſcondita cordis tui. Pungit profecto cor eius hec cogitatio inſtar lancee: quippe qd̄ gaudiū hypocrite eſt inſtar pūcti. Quātūcunqꝫ eñ gaudeat ad diem hominis/ conſcientia eius pungitur ad diem dei venturum. Diem hominis nō vidi/ ait Job. Verus rectus ⁊ ſimplex in conſpectu domini. Porro ad ſtimulum huius lancee: amouetur valua hypocriſis confitetur/ aperit ſe coram ſacerdote/ ne in nouiſſimis cogatur toti ſe patefacere mundo/ amodoqꝫ in veritate incipit ambulare. Et vbi queſo lancea hec cogitationis diuine ſeueritatis profundius infigitur cordi/ ⁊ lateribꝫ hypocrite qꝫ in monaſterio? Nulli profundius. Non ſolū enim intra vrgetur Sed ⁊ extra: addunt̄ manus ad lanceam. Prelatus vrget/ vrget confeſſor: Sorores exemplis ſuis bonis ſtimulant. ⁊c̄. Ita vt velit nolit/ aliquando hic hypocrita compungat̄. Quo fit vt tandem cōpūctus/ excutiat a ſe valuam fictionis ⁊ falſitatis. Ve ve fictioni/ quomodo premis ⁊ opprimis miſera corda: Nedum vt nequeant influxum diuinarum conſolationum recipere: ſed etiam vt nullam queant habere quietē/ quantūlibet ſint a ꝑparentia ſub dulcedine ⁊ quiete. Sūt plane talia corda/ ſicut ſtercus niue coopertum/ exterius candidum interius fetidum: Sepulchrum exterius dealbatum/ intus vero plenum oſſibus mortuorum: Cignus extra candidus/ intus habens carnes nigras. Ve talibus/ quia vere ſunt in faucibus inferni/ raro eñ ⁊ vix conuertūtur: quomodo enim conuerterentur faciliter quos ſpiritusſanctus fugit/ qui diabolum tenēt in ſe occulte/ ⁊ ibi eſſe neſcit̄/ quieſcit ergo ⁊ dormit/ nec ab alio inquietatur. Nec dixerim ſorores non qꝫ vos putem tales eſſe/ abſit/ ſed quatenus caueatis ſummopere ne a veritate in qua ſtatis/ cadatis/ ſed firmiter pſeueretis. Ne in hāc fatuitatem labamini. Plane fatuitas/ paſcere oculos aliorum proprio ſanguine ⁊ carne. Quotidianis cruciatibꝫ mercari cruciatum eternum. Non ſibiipſi ſed ſemper alijs operari: Similes cādele/ que alios illuminat ⁊ ſe conſumit/ Cauete igitur ⁊ in veritate ambulate/ ſicut facitis/ ⁊ pacē veritatemqꝫ diligite/ ⁊ liberabit vos veritas/ quemadmodum ait ſumma veritas Chriſtus Jeſus dominus noſter/ in ſecula benedictus. Amen.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Feria quinta poſt feſtū Paſche Anno.1497. ad Penitentes Argentine mane hora ſexta.

Ecce ꝙ̃ bonum ⁊ ꝙ̃ iocundum.

SEptima vtilitas vite clauſtral' [eins kloſters lebens] eſt purgationis celeritas/ Siq̄dem in religione homo purgat̃ citius/vt dicit beatus Bernhardus. Relinquit peccatum poſt ſe ſordes ⁊ turpitudines multas. Prima eſt macula ſm̄ beatum Thomam que fit ex priuatione luminis gratie/ꝑ deū peccatori ꝓpter culpam cōmiſſam ſubtracte vt declaratur per eundem in prima ſcōe. Secunda eſt reatus pene: Siquidem peccator poſt actum peccati cōmiſſum/ remanet obligatus ad penam eternam. Sed ⁊ etiam gratia recuperata per contritionem/ remanet obligatus ad penam temporalem purgatorij vel huius vite. Tertia eſt reliquie peccatorum/hoc eſt diſpoſitiōes ⁊ habitus mali/ per frequentatiōem peccatoꝝ ingeniti. Has experimur in nobis dū poſt contritionem ⁊ confeſſionem nihilominus ſentimus tam vehemētes ad peccandū/inclinationes/ſicut antea. Has maculas ⁊ ſordes/heu incidimus omnes/ait eīn Salomon.iij. Reg. viij. Non eſt homo ſuper terram/qui faciat bonū ⁊ non peccet. Si omnes peccant/⁊ peccatū infert maculam/ ſequitur ꝙ ⁊ omnes maculentur. Quod tamē ſane intellige. Porro in celum nemo aſcendere poteſt/maculatus. Siquidem de his qui ſunt in eterna patria/legit̃ Appoc.xiiij. ꝙ ſine macula ſunt ante thronū. nemo igit̃ ingredi poteſt in illam/ niſi prius purget̃ maculis peccatoꝝ/ quo ad culpam/⁊ quo ad debitum pene. Hoc autem citius ⁊ plenius/ poteſt fieri in religione/ ꝙ̃ in ſeculo. Sed ais/⁊ cur hoc? Reſpondeo ꝙ tres ſunt ſcobe in religione/ſiue in clauſtro/quibus purgantur clauſtrales/q̄ nō ſunt/aut nō tales in ſeculo. Et que ſunt ille ſcobe? Prima eſt exercitium ſpirituale. Scōa exercitiū corporale. Tertia exercitiū manuale. Videamus illas ſcōm ordinem.

PRima ſcoba eſt exercitiū ſpirituale. Et hoc appello exercitium ſpirituale/quod immediate reſpicit ſpiritum/vel vt efficientem/vel vt obiectū Et quid eſt exercitiū ſpirituale? quot ſunt virgule huiꝰ ſcobe? tot quot ſunt exercitia ſpiritualia/ipſe ſunt/ diuinum officium/ orationes priuate/ meditationes myſteriorum chriſti ⁊ paſſionis eius/aſperſio aque benedicte/ꝯfeſſio/cōmunio ⁊ huiuſmodi ⁊ quod plus eſt ſue volūtatis expropriatio. Ecce he ſunt ſeptem virgule huius ſcobe vtiq̄ efficacis/dūmodo virgule nō fuerint aut fracte/ aut penitꝰ extracte/ habent eīn omnia hec ſeptem/p̄fatas maculas abſtergere ⁊ ſordes expurgare ſicut de ſingul' poſſet deduci ⁊ oſtendi. Ecce diuinum officiū dum perſoluitur debite/ſcʒ per verboꝝ integram prolationem/verboꝝ intellectum/⁊ correſpondentem affectū vtiq̄ ſatiſfactoriū eſt/q2 nō ſine magna pena vtriuſq̄ hominis/ſic perſoluitur/⁊ dum fit in gratia/ eſt maxime ſatiſfactoriū.⁊c̄. Deduc ſil' de alijs. De huius ſcobe efficacia/dicit bea. Tho. ꝙ per ingreſſum religiōis/ideſt ꝓfeſſionem/ꝓbaliter dicit̃ haberi remiſſio omniū peccatoꝝ/ ſcʒ quo ad culpam ⁊ quo ad penam ſi tamen cum deuotione ⁊ ꝓpoſito fiat/de q̄ vide in Anthon. parte xvi. cap. iij. §.iij. Habes de huius ſcobe efficacia Ec.i. Religioſitas iuſtificabit cor/id ē purgabit. Bōa hec ſcoba ſi fuerit īntegra ſʒ heu reiecta eſt ⁊ abiecta ſicut pueri mali virgas ꝯfringere ſolent/virgule multe ſunt extracte/ ita vt fere inutilis iam ſit facta. Et in qua q̄ſo religione/ hec ſeptem puncta ⁊ virgule tenent̃ in vſu freq̄nti? plane in paucis admodum/ ſi tñ ſunt pauce ⁊ non potius nulle/ vſus fuit hac ſcoba ille q̄ dixit (pſalmiſtā loquor) Meditatꝰ ſum nocte cū corde meo/⁊ exercitabar/ ⁊ ſcopebā ſpiritū meū. ps.76. declara ex Aug. ſi placet.

SEcunda ſcoba eſt exercitiū corporale/ipm̄ ē q̄d directe ⁊ īmediate reſpicit corpus. Et q̄ ſunt illa exercitia corporalia? q̄t

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

virgule huius ſcobe? tot ſunt v̾gule/quot ſunt taliũ exercitiorũ genera/ vigilie/ ieiu⸗nia/abſtinentie/ diſciplina/veſtitus aſper/ [ruch kleider] ⁊ humilitas/ frig⁹ ⁊ eſtus. Ecce virgule ſeptem declara/ ſi placet ſecundum ordinem. Adde itinera in mendican⸗tibus/⁊ alia incommoda corporalia. Jacet huius ſcobe virgula quedam/in capitulo/ quedã in mẽſa/quedã in dormitorio/que⸗dam in veſtiario. Efficax eſt hec ſcoba/ad pugnandũ maculas ⁊ ſordes p̃fatas. Oĩa enim de genere bonoꝝ/ que ſunt penalia facta in gratia ſunt ſatiſfactoria/ ⁊ ſic purga⸗toria peccatoꝝ/ſcd̃m be. Thomã/ diſt. xv. quarti. q. pri. arti. iiij. q. iij. Immo labor religionis oẽm aliam ſatiſfactionẽ tranſcen⸗dit: vnde ⁊ cuidã Aſculpho dicto/propter homicidiũ grauiſſima penitentia imponi⸗tur: ⁊ per multos annos/ſed mag̃ ſibi conſulit ad ingrediendũ religionem/loco tam aſpere penitentie/ ⁊ ſibi vtilius fore. xxxiij. queſti. ij. admonere. Infra enim dicit̃ relinque hoc malignũ ſeculũ/ingredere mona⸗ſteriũ/humiliare ſub manu abbatis.

Bona ſcoba/ſed fracta/ ⁊ virgule diſperſe/ ⁊ abiecte ſcrutare angulos monaſterioꝝ/ſi reperias virgulas has/tam neceſſarias ad expurgationem peccatorum/ ⁊ reliquiarum eius/ait dominus Iſa. xiiij. Perdam Babilonis nomẽ ⁊ reliquias/ ⁊ germen/ ⁊ progeniẽ/⁊ ſcopabo eam in ſcopa/ terens eam Bona ſcoba/per quã euelluntur etiã germen ⁊c. Et vſq; ad interitũ expurgantur oĩa. Reliquie habitus ſunt mali. Germen cogitationes ⁊ affectus. Progenies opera. Co⸗nantur carnales in monaſterijs/quorũ ſemper eſt maior pars/has virgulas adimere/ querunt diſpenſationes / hodie has/ cras alias/ amouent ceremonias: ita vt fere nihil tandẽ remaneat. Sic precipue qui docti ſunt/faciunt ⁊ tuentur ſua malefacta articulis ⁊ gloſis. Sicq; seducũt corda ſim⸗plicium fratrũ. Adhibe o frater quiſquis es/adhibe lumen conſcientie proprie/ ⁊ vi⸗debis: quia nunq̃ fuit mens condentium regulas: qualem dicunt fuiſſe hi gloſatores [Sy vergloſends / vnd verglaſends wie ſie wellen.] Nihilominus per vitrum hoc fictarum gloſarum veritas/ ad lumen ſane conſcientie relucet.

Ertia ſcoba eſt exercitium manuale/ quod videlicet per manus exerci⸗tur. Habet ⁊ hec ſcoba/virgulas ſuas/ipſe ſunt/ facere coquinam/ colere ortum/ facere procurari⸗am/ filare/ nere/ ſuere. Et ſi mores fuerint clauſtrales/mendicare/ quod verum eſt facere ⁊ exercere aliquod artificium / ⁊ ſi que ſunt ſimilia.

Non abijcienda eſt hec ſcoba/ admodum enim vtilis eſt / ad peccatorum purgatio⸗nem faciendam / ⁊ ab antiquis non negle⸗cta. Quãuis enim videantur opera ſecularia: tamen quia propter deum fiunt / ⁊ pro⸗pter obedientiam/ ⁊ non propter ſui com⸗modum: ideo ⁊ meritoria ſunt/ ⁊ purgato⸗ria. Saporem accipiunt hec opera: ⁊ vt vi⸗dentur abiecta ⁊ ſecularia/ ex fontibus il⸗lis ſapidis/ vnde procedunt/ ipſi ſunt/de⸗us ⁊ obedientia / fons inſipidus ⁊ turbi⸗dus/ amor ⁊ commodum ſui: que omnia/ que facimus/ inſipida in conſpectu domi⸗ni reddunt: Eſt carbena hec/que retinet hominem intra ſe/ ⁊ non ſinit eum ex ſe ire/ in gloriam dei/ ⁊ vtilitatem proximi/ ſem⸗per reflectit hominem ad ſe. Sicut deducit Joan. de Gerſon/in ſuo de monte contem⸗plationis/ ⁊ Dinckelſpuhel/ in Prologo tractatus de vitijs capitalibus: qui incipit Homo quidã fecit cenam magnã ⁊c. Fac non ita o ſoror. Sed te in holocauſtum viuum trade domino deo tuo: vt docet Albertus in tractatu de adherendo deo/intellectu nudato/capitu. xiij. Macta te ⁊ mor⸗tifica: vt docet Guilielmus Parriſieñ. in de fide ⁊ legibus/ ⁊ alibi.

¶ Vti ſunt hac ſcoba/ ſancti patres mo⸗derni ⁊ antiqui/religionũ inſtitutores/do⸗cet hoc clariſſime regula. b. Benedicti/conſuetudines Ciſtentieñ. Cartuſieñ. In hoc patres in Egypto/ ⁊ alijs heremis imitan⸗tes: qui nullũ recipere ſolebant: niſi ſe ad laborandũ manibus aptaret: nedum ꝓpter alimoniã ſibi acquirendã: ſed etiã ad ocium vitãdum ⁊c. vt dicit̃ in Vitas pat. vel



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

collatione patrū. Et beatus Franciſcus/
Facere coquinam/ſuos vult fratres.
Sed quid⁊ venit hec ſcoba in contēptum.
Nemo manum apponit ad hec/ ſed alijs
cōmittunt: imo in aliquibus monaſterijs
conducūtur ſeculares/coci ⁊ ancille. Que
coquinaꝫ faciant/nemo hac ſcoba purgat.
In quibuſdam monaſterijs ridiculum fa-
ctum eſt laborare/quippe cum venerit tem
pus laboris iuxta regule tenorem/exeunt ſi
mul fratres laſciui ad laborem/ facientes
faſciculos paruulos/ ſicqꝫ redeunt. Et qđ
ad mortificationem corporis fuit inſtitu-
tum/ ⁊ feruenter etiam vſqꝫ ad ſudoris ex-
cuſſionē ſub Sole ardenti/per fratres me-
tentes/⁊ alia opera ruſtica/ ad certas ho-
ras in die facientes/executū/ iam in riſum
eſt mutatum: ⁊ ita vt nihil veritatis habe-
ant/ſed ſolum quedam ſint repreſentatiōes
ſicut in Scenis ⁊ Theatris fieri ſolet/ fla-
gellationum repreſentationes/ ſic in religio
nibus non ad nudum ſed ſuper veſtes vir-
ga pertingit/ mirum ſi non cauda vulpina
tandem pro virga vti contingat: Ubi liuor
pectoralis tuus/ lapide excuſſus o Icono-
me⁊ Domine deus meus: quo exulant ſan
cte religionum obſeruantie⁊ Ecce omnia
ſunt nitida in veſtitu/in menſa/⁊ alijs que
corpus contingunt. nihil hirſutum / nihil
neglectum. Utuntur plane alia ſcoba ꝙ q̃
religionis eſt. Nimirum negligunt interio
ra ⁊ exteriora purgant / quo fit vt deterio-
res efficiantur qui eiuſmodi ſunt / ꝙ erant
quum adhuc eſſent in ſeculo. Cum ſpirit⁹
immundus exierit ab homine ( ait Domi
nus ) vadit per loca in aquoſa/⁊ non inue
niens requiem/ redit: ⁊ reperit domum ſu-
am quam reliquerat/ ſcobis mundatam et
ornatam. ⁊ ſumit ſeptem ſpiritus ſecum ne
quiores ⁊ inhabitat: ⁊ erunt nouiſſima il-
lius hominis peiora prioribus. Utiqꝫ ve-
rum o ſorores/ de his qui contemnunt tres
ſcobas quas oſtendi. Ecce in mundo eras
peccator/ diabolus te poſſederat: religionē
intraſti/ exiuit a te demon.
Sed ecce iam ſcoba diabolica vteris/ te ea
dem purgas/colis corpus. Item veſtimen
ta ſunt nitida/ ſuaues camiſie/menſa ſplen
dida/cutis candida/o domine deus: quid
ego dicam⁊ quicquid intus eſt a te negle-
ctum eſt/ Sed extra ornata es et purgata.
Uenit vtiqꝫ et redit diabolus/ te inhabi-
tat/ et ſpiritus nequiores ſeptem peccata/
ſcilicet in te introducit/ grauiora vtiqꝫ/ ꝙ
prius. Et melius fuiſſet te/ foris manſiſſe/
quā talem eſſe in monaſterio/ ⁊ peior mul-
to es ꝙ prius eras. Ue vobis/ qui circui-
tis mare ⁊ aridam: vt faciatis vnum proſe-
litum nouicium/⁊ cum factus fuerit/ faci-
tis eum filiū gehenne/duplo ꝙ vos. Non
ita fratres/ non ita o ſorores. Si religioſe
eſtis: eſtote religioſe. Nolite claudicare: vt
neqꝫ ſeculo/neqꝫ deo fruamini: fiat vobis
clauſtralis vita purgatiua ⁊ non macula-
tiua. Nunquid ideo intraſti religionem et
monaſterium: vt laſciuires: vt gauderes:
vt nitide ⁊ pompatice incederes. Et nō po-
tius: vt penitentiam pro peccatis faceres/
⁊ ab eis plenius expurgareris. Utere ergo
his ſcobis/ quatenus ꝑ eas purgata/ poſ-
ſis intrare in regnum celorum. Ad quod
perducat nos Pater ⁊ Filius ⁊ Spiritus
ſanctus amen.

¶ Non deſunt ſcio adhuc alij tres modi
quibus in monaſterio plenius purgat̄ ho-
mo/ꝙ in ſeculo: puta a ſuperbia ab imode
ſtia/⁊ ab inordinatione. Minus enim/ bo
nis operibus quibuſcunqꝫ/inſidiatur dia-
bolus in religione per ſuperbiam/ ꝙ extra
in ſeculo. Religioſus enī hec faciens/ cum
videat ſocios iſta vel maiora faciētes/non
habet occaſionem ſuperbiendi/ſicut laicus
cum videt ſe facere bona/ que alij non faci
unt. Si quis faceret bona in ſeculo: que
etiam minimus in monaſterio/qui pro ni-
hilo reputatur/facit/ reputaretur ſanctus.
Fiunt preterea etiam talia opera bona/mo
deſtius ⁊ ordinatius in monaſterio/ſecun-
dum illud Apoſtoli pri. Corin. xiiij. Om-
nia honeſte/ ⁊ ſecundum ordinem fiant in
vobis. Hi inquā ſunt tres alij modi: qui-
bus homo perfectius in monaſterio/ ꝙ in
ſeculo purgatur. Sed eos ad preſens di-
mitto. Sufficiunt enim nobis ſcobe tres/
quas fecimus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Feria ſexta Paſche ad penitentes Argentine mane hora ſexta. Anno 1497.

Ecce ꝙ bonum ⁊ ꝙ iocundum habitare fratres in vnum ⁊c.

Octaua vtilitas vite Monaſtice eſt: ꝙ homo in ea morit̄ confidētius [ troſtlicher / vnerſchrockner vertruwlicher ] Magna nimirū vtilitas ⁊ fructus eſt hoc facere ꝯfidenter ⁊ ſecure / quod multi maximo timore patiunt̄, hoc deſiderare quod alij fugiunt. Magnū quidē hoc eſt / ⁊ tñ ſic eſt / quemadmodū in materia de precioſa morte deduxi. Sed vnde eſt iſta confidentia? ab eo eſt / ꝙ talis habet ſibi deum adiutorē: qui ſolus in hoc articulo ſuccurrere poteſt: ⁊ non homo. Dñs mihi adiutor / non timebo quid faciat mihi homo. Inde eſt preterea talis cōfidentia: quia tribus fulcimētis ſuſtentatur cor eius: qui in Monaſtica vita deo ſeruiuit: ne cadat in deſperatiōem: ſed magnam ſpem habeat. Ipſa ſunt bonorū multiplicitas malorum paucitas / impedimētorum raritas.

Primū fulcimentum [ der erſt ſtutz ] eſt bonorum multiplicitas. Bonorum inquā operum / ⁊ operātium hominum / ⁊ angelorum. Bonorū operum multiplicitas / vtiq̄ forte ſuſtentamentum eſt anime morientis / ne corruat in deſperationem. Nam lecto decumbens / cum om̄ia per eum geſta in vanitatibus huius mundi / et voluptatibus ab alijs recenſentur / et ſibi ad memoriam reducuntur frontem corrugat / ſuſpiria alta trahit / contriſtatur et gemit / at vbi eorum que probe geſſerit bonorum actuū fit memoria elemoſynarum ab eo pauperibus preſtitarum / aliarumq̄ virtutum / mox exhilareſcit ⁊ exultat / ſicut pulchre deducit bea. Criſo. ſuper Matth. Sic ⁊ rex Ezechias in extremis poſitus. Solorum bonorū operum ſuorū recordatur / ⁊ ea recenſet ad ſe excitandū ad confidentiam de dei miſericordia. Recordare inquit / obſecro domine: quomodo ambulauerim coram te / in veritate / in corde perfecto / et quod bonum eſt in conſpectu tuo fecerim. Iſa. xxxviij. Sic ⁊ preſtat magnam fiduciam religioſo / recordatio multorū bonorum que fecit / ſcilicet obſeruantia non ſolum preceptorum dei / ſed et conſiliorum / Toleratio laboris / pro dei honore / adiutorium ſacramentorum.

Sunt hec bona opera / floreum fulcimentum / quo ſe fulciri petebat anima in canticis dicens. Fulcite me floribus canticorū. ſecundo. Flores ſunt actus virtutum. Si quidem / flos procedit ex arbore / ⁊ actus virtutum ex homine / qui eſt arbor euerſa. Flores ſunt ſigna fructuum futurorum / et actus virtutum / fructus producunt beatitudinis future / ſunt enim eiuſdem beatitudinis cauſe meritorie. Flos Martialis / qui non permanet non eſt ſignum fructus ſed qui in Maium vſq̄ durat / ⁊ opera meritoria / niſi in finem perſeuerent / fructum beatitudinis non merentur. De his virtutum actibus ⁊ floribus, dicitur eccleſiaſtici viceſimoquarto. Flores mei fructus honoris ⁊ honeſtatis. Mirabilis horum florum natura: qui ⁊ flores ſunt / ⁊ fructus: et tamen verum eſt / ſed diuerſis reſpectibus / quemadmodum deducit beatus Thomas in prima ſecunde. Quem vide ſi placet.

Habes ecce / quemadmodum multiplicitas bonorum operum / ſit fulcimentum / et non quidem ſimplex / ſed floreum. Videamus etiā / quomodo boni operantes / ſint morituro religioſo / fulcimentum.

Oſtendi inter predicandū de precioſa morte / ꝙ homo debet ſibi eligere ſocium deuotum ⁊ prudentē: qui ſibi aſſiſtat / eum commonefaciat / ⁊ coram eo oret / eum conſolet̄ ⁊ cetera peragat ſibi / ad ſalutē anīe ſue neceſſaria. Talis vtiq̄ ſocius recte fulcimentum appellari poterit / ſecundum illud preconium de Symone / Eccleſiaſtici. l. In vita ſua ſuffulſit domum / Sed vbi queſo tales ſuſtentantes ſocij / plures ⁊ aptiores reperiri poſſunt / quam in religione bene inſtituta / vbi tot deuoti / prudentes / in vnum ſunt collecti. Qui / pre-

ſertim in illo articulo/ ſe mutuo ſolent ex/
hortari/ et pro ſe inuicem orare/ quemad/
modū de hoc ſunt innumere hiſtorie/apud
beatum Gregorium in dialogo.⁊ in Spe/
culo exemplorū: quas vide ſi placet. Sed
⁊ ſocij angeli/plerunqꝫ talibus leguntꝰ aſti/
tiſſe/⁊ eos contra deſperationē fuiſſe conſo
latos. Narrat bea. Anſhelmus/in libro de
ſimilitudinibꝰ in fine/ de quodā monacho
ſui monaſterij/qui veniens ad extrema/vi
de in Anthonino/parte vna.titu.xvi. cap.
xvi.§.vij. Ecce fulcimenta bonorū virorum
⁊ angelorū/et operū. Suffulſit bea. Bern/
ardus ſemetipſum ꝯtra deſperationē/cum
diabolus ſibi obijceret/ſe regnum celorum
nō meruiſſe. Reſpondit: duplici iure/debe/
tur domino meo regnū/ ſcilicet hereditatis
et paſſionis/vnum ſibi alterum mihi ſuffi
cit ⁊c. Sunt hi fulcra marmorea/ Heſter
primo. Item Eccleſiaſtes.iiij. Unus ſi ce/
ciderit/fulcietꝰ ab alio: ve his qui ſe nō mu/
tuo ſuffulciūt/ſed ſuffulciētes impediūt.

S Ecundum fulci
mentum eſt malorum pauci/
tas. Scitis ꝙ multa mala
committantur per ſeculares
homines/habēt lapides [ ſtruchſtein ]: qui
bus impingunt/ et iugiter labuntur/ et ca/
dunt de vno crimine in aliud. Sunt hi la
pides ſcandali/quos meminit beatus Jo/
annes in ſua canōica. Om̄e qđ eſt in mun
do/aut eſt concupiſcentia carnis/ aut con/
cupiſcētia oculorum/ aut ſuperbia vite. Et
quis eſt qui caueat om̄es hos lapides/ne
circa aliquē ruat/ſi tamē nō circa oēs ruit.
Si cauerit voluptates/labitꝰ in auaricia/et ſi
neqꝫ hac labitꝰ/impinget in gloriā inanem.
Sunt hi lapides in religione amoti ꝺ via
morum. Lapis diuitiarū per votū pauper
tatis/Uoluptatū per votum caſtitatis/et
ſuperbie lapis/ per votū humilis obedien
tie. De quibus ⁊ ſupra/in vtilitate ſecūda
dictū eſt. Plane dicere poteſt/ qui eiuſmo/
di eſt religioſus. Uenit princeps mūdi hu
ius.i.diabolus/ ⁊ non habet in me quicqꝫ
ſcilicet de ſeculo. Talis plane eſt religio in
ſe habet amota ſcandala ⁊ lapides/ ꝙ ſi tu

ex faba montē facere voluerꝭ ⁊ fingere. hoc
ex tua fatuitate ⁊ malicia/nō ex viuēdi mo
do monaſtico prouenit. Sunt oculares in
uēti: ad hoc vt per eos videamus/ tu ſi eiſ/
dē abuti volueris/⁊ oculos tuos per eoſdē
eruere/ poterꝭ quidē/ ſed tua fatuitate ⁊ cul
pa: non aūt ocularium virtute. Non enim
ad excecandum/ ſed ad illuminādum facti
ſunt ⁊ apti nati.

T Ertium fulcimē
tum eſt impedimentorum rari/
tas habent ſeculares abſqꝫ nu
mero ſue ſalutis impedimēta.
Anxiantur pro teſtamēti factione pro vxo
re ⁊ filijs dimittendis/pro ſubſtantia ſua/
pro reſtitutiōe facienda/ ⁊ huiuſmodi. O
ꝙ magnum ⁊ efficax ſalutis impedimentū
eſt hec reſtitutio: que neceſſario fieri debet.
Impellunt hinc conſcientia: illinc repellit
filiorꝫ amor. Eſto/paratus ſit pater/cedere
bonis vt ſatiſfaciat/mox repercutit eum a/
mor filiorꝫ/ne idipſum faciat/ ⁊ eos inopes
efficiat. Sunt funditus ablata hec impe/
dimenta a vero religioſo/ nihil habet de ta
libus diſponere/ neqꝫ ſuꝑ eis anxiari. Si
quidē vnde teſtamētum faciat/ non habet
caret vxore ⁊ filijs/ neqꝫ pro eis nutriendis
de ſubſtantia ſua curare habet: etiam ſi ad
reſtitutiōem obligatur vnde reſtituat non
habet. Et ſic ad nullam tenetur omnia pa/
rata ſunt ad mortē. Dico audacter/qꝛ etiā
ſi nulla alia eſſet vite Monaſtice vtilitas:
vnicum tn̄ hoc ſufficeret admonendū ho/
minē ad religionis introitū/ quia mirū in
modū impediant ea que recenſita ſunt/ho
minē a ſalute ſua/fateor/quia e regione etiā
multa ſunt in monaſterio moleſta: ſed vt
dixi/hec non tam a viuendi modo ꝙ a vi/
uentiū vitio emergūt.qui aūt cōgruit regu
le aliter ſentiet. Dicit qui eiuſmodi religio/
ſus eſt bene pacificatus: ⁊ iam ad mortē pa
ratus in nidulo meo moriar: ſicut palma
mltiplicabo dies. Felix auicula dei: que ad
laudē dei dedicata/ſoli ei intendit: ⁊ auicu
larum more/nullā irrationabilem ſollicitu
dinē gerit de corporis alimonia: ſed officio
ſuo/ deum colendi/ diligenter intendit/ex
cōi ſacculo viuit/ in cauea clauſtri manet

206



ſolitaria/caſta ſine cōpare marito/hec pla/
ne ex ſententia;dicit in nidulo monaſterij
moriar/alias complicat cogitationū ⁊ affe
ctuum intrabit ſe/ve/aui male[ dem boſen
vogel ]que caudam exerit de nido[ dem der
ſchwantz vber das neſt außgodt ] que ſo/
lo corpore in monaſterij nido conſtituta/
cauda cogitationis ⁊ auiditatis inſtar tre/
mule bifurcata ⁊ indeſinenter iactata. In
illis huius ſeculi tabernaculis conuerſata
eſt / ſolo habitu non animo neq̄ moribus
religioſa. Et quidē caput in nido eſt/quia
initium vite ſue eſt religioſum. Sed cau/
da et finis vite ſecularis eſt horrendū mon
ſtrum/caput angelicum/cauda diabolica.
Neſcis o ſoror/quia et caudam in omni ſa
crificio offerri in lege preceptuz eſt. Tu non
caudam in nido contines/ ſed extra proten
dis. Qui eiuſmodi ſunt / non poſſunt ex
ſententia dicere/ ſicut palma multiplicabo
dies meos. Uerus iuſtus/ palma eſt / iu/
ſtus ſicut palma florebit / ait Pſalmiſta.
Est palma in ſtipite arida/ et aſpera corti/
cibus de inferiori / de ſuperiori viridis et
pulchra. Et vita iuſtorum/ circa inferiora
contemptibilis/ aſpera/ceterum quo ad ea
que ſurſum ſunt/eſt viridis et pulchra.
Item ſtipes/ſiue truncus palme / verſus
terram eſt anguſtus/verſus ſurſum latus
Econtra in alijs arboribus communibus
Arbores cōmunes homines ſunt huius ſe
culi: Nimirum verſus terram fortes et ro/
buſti/ꝟſus celeſtia prorſus imbecilles. Ui/
debis ſecularem admodum patientem ad
verba contumelie plena/ propter tempora/
le/ qui minimū conuicium non ſuſtineret
propter celum/diem medium coram iudice
ſtare non piget ad horam orationis vnicā/
in conſpectu dei ſtare non poteſt. Non non
ſic iuſtus/ hic verſus terreſtria imbecillis
et tenuis/ſed verſus celeſtia fortis. Eſt de/
niq̄ videre quoſdam/ qui incipiunt forti/
ter ſeruire deo:ſed tandē ſenſim deficiūt ⁊c.
Uide hec diffuſius in bea. Gregorio. ſuper
illud Job. iam allegatum. libro. xix. §. 86.
et applica ad placitum ⁊ conclude.

¶ Sabbato poſt paſche ad peniten
tes mane hora ſexta.
Ecce q̄ bonum/ ⁊ q̄ iocundum ha
bitare fratres in vnum ⁊c.

NOna et Ulti/
ma vite Monaſtice vti/
litas eſt remunerationis
copioſitas. Remunera/
tur enim religioſus copi/
oſius [ Er wurt rylicher
begobt vnd belondt ] Sed ais/ putabam
ego/quia eſſet omniū vna merces/vna bea
titudo/vnus denarius/qui datur laboran
tibus in vinea dei? Reſpondeo ꝙ verū eſt
vna eſt beatitudo obiectiua: que eſt diui/
na eſſentia: ſed multiplex eſt beatitudo for
malis: que eſt viſio ⁊ fruitio eiuſdez diuine
eſſentie. vna eſt domus dei:ſed multe man
ſiones ſunt( ait dn̄s )in domo patris mei.
Sic vna diuina eſſentia: ſed diuerſimode
a btīs participata ꝑ viſionē ⁊ fruitionē ſm̄
ꝙ Lyra exponit Joan. xiiij. Quē videat
doctores in. 4. ſniaꝝ. Hoc ergo mō: ſcilicet
quo ad btītudinē formalē religioſus copio
ſius remuneratꝛ. Sed ais/ ⁊ cur ita? Re/
ſpōdeo/ ꝙ ideo qꝛ opera ſua que facit ſunt
meliora/ magis meritoria/ ⁊ deo magis acce
pta/q̄ opera alicuius nō religioſi. Et cur
ita? qꝛ procedūt ex voto:⁊ ideo ſunt melio/
ra. Et cur in ꝙ: talia opera que ex voto pro
cedunt ſunt alijs meliora? nonne actus illi
qui libere fierent eſſent meliores? Et itē vi
detur ꝙ qui vouet ſe periculo cōmittat vo
uendo: ⁊ ſic imprudēter agere: ſicut arguit
bea. Thomas in ſecūda ſecunde. Reſpon/
deo breuiter omittēdo ſolutionem illorum
argumētorum: que reperitur apud beatum
Thomā in ſecunda ſecūde. Et dico ꝙ pro/
pter tria magis laudabile eſt facere aliquid
cum voto q̄ ſine voto.

PRimo rōne no/
bilitatis / votū enim efficit
ipſum actum nobiliorem q̄
alias eſſet / quia facit eum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a ſuperiori ꝛ nobiliori ꝟtute elici. Vouere
em̄ eſt actus latrie/que eſt p̄cipua inter vir
tutes morales:nobilioris aūt virtutꝭ opus
eſt melius ꝛ magis meritoriū/ vnde actus
inferioris virtutis/eſt melioꝛ ꝛ magis meri
torius ex hoc ꝙ imperatꝰ a ſuperiori virtu/
te/ cuius actus fit per imperium. Sicut
actus fidei vel ſpei melior eſt/ ſi imperetꝰ a
charitate. Et ideo actꝰ aliaꝝ virtutū mora/
liū/puta ieiunare/ qđ eſt actus abſtinentie
ꝛ continere/quod eſt actus caſtitatis:ſunt
meliora ꝛ magis meritoria/ſi fiant ex voto:
quia ſic iam pertinēt ad diuinum cultum
quaſi quedam dei ſacrificia. Unde ꝛ Au/
guſtinus dicit in libro de virginitate/ Q,
neqꝫ ipſa virginitas / quia virginitas eſt/
ſed quia deo dedicata eſt/honoratur.q̃ꝫ vo
uet ꝛ ſeruat continētia pietatis. Et pro in/
telligentia clariori capiamus ſimile de eo
qui equitaturus eſt in ſuis proprijs nego/
cijs. Si mittitꝰ a principe iam nomie prin/
cipis ſiue reipub. equitat/ incipit iam hec
ſua equitatio propter principem/ex cuius
mandato ꝛ imperio fit/nobilior fieri/ quā
ſi procederet ex proprio impulſu dumtaxat
immo tales aliquādo in proprijs negocijs
equitātes/iactant ſe id nomie dominorum
ſuorū agere tanqꝫ id glorioſius ſit eis. Ap/
plica ad propoſitū de actu caſtitatis elici/
to ex caſtitate ꝛ imperato a latria per votū.
Itaqꝫ ſi actus ita per votuꝫ nobilitatur/ꝛ
per conſequens magis premiatꝰ/certum eſt
ꝛ manifeſtū/ ꝙ religioſus cuius oēs actus
ſub voto obedientie cadūt copioſius q̃ꝫ ſe/
cularis alicuius/ cuius non omnes actus
ca dunt ſub voto ſpeciali remuneratur.
Poſſum ergo congrue aſſimilare votum ſa
poroſo condimēto quo cibi de ſe inſipidi ꝛ
viles/efficiuntꝰ valde ſapidi/ magnatibus
ꝛ quaſi in aliā mutantur naturā/ vt diffi/
culter diſcerni poſſint/ cuius ſint conditio
nis propter cōdimentū appoſitum. Ita et
actus illi qui ex latria ꝓcedūt/ quaſi quen
dam alium ꝛ nobiliorem ſaporem/ q̃ꝫ de ſe
habeant ex propria conditiōe/induūt. Eſt
igitur votū reſpectu bonoꝝ actuum/quaſi
zaccarū reſpectu coriandri/ cui obducitꝰ vt
fiat delectabilius ad veſcendum.

Secūdo magis
laudabile eſt facere aliquid
cum voto q̃ꝫ ſine voto ratio
ne multiplicationis. Qui
ſeruit deo ſine voto/ offert deo actus ſuos/
ſed non offert poteſtatem operandi. Sed
qui cum voto ſeruit deo ille vtrunqꝫ offert.
Ille igitꝰ qui vouet aliquid ꝛ facit/ plus ſe
deo ſubijcit/q̃ꝫ ille qui ſolū facit. Subijcit
em̄ ſe deo nō ſolū quantum ad actū/ vt di/
ctū eſt/ſed etiam q̃ꝫtum ad poteſtatē/ quia
de cetero non poteſt licite aliud facere.
Ponit de hoc Anſhelmus ſimile in libro
de ſimilitudinibus de duobus ſeruis/quo
rum vnus dat dn̄o ſuo arborem fructiferā
puta ficum ortus ſui cum fructibus. Alter
dat tantū fructus/ vtiqꝫ magis a domino
remunerari debet primus q̃ꝫ ſecūdus. Sic
religioſus dat arborē voluntatis cum fru/
ctibus operū. Laicus autē tantū opera/et
ideo religioſus debet magꝭ remunerari/ſm
ꝙ dicit Apoſtolus pri. Corin. iij. Unus
quiſqꝫ mercedē propriam accipiet ſecundū
ſuū laborem. Videtꝰ mihi igitur votū clau
ſtraliū ſimile eſſe cepis aut alijs condimen
tis q̄bus pauperes augere ſolēt/ modicos
ꝛ paruos cibos. ſicut cū multas cepas ad
ſitator. Et hec omnia facit dominus ſi eſt
malum in civitate qd̃ non fecit dñs.

Coquina in qua aſſamur/mundus iſte eſt
vita noſtra Status tuus eſt. Plane q̃libꝫ
ſtatus coquina eſt/habet ſuam adverſita-
tem ꝛ ſuum aculeũ ꝛ ignem/intraſti mona
ſterium/ intraſti vtiqꝫ coquinam appoſi-
tus es ad ignem/intraſti ſtatum matrimo
nialem coquinam intraſti. Quid multa
q̃libet volens intrare vitam bonã intrat
tribulatiõem Eccle. ij. Fili accedens ad ſer
vitutem dei. ꝛc̃. prepara animã tuã ad ten
tationem. De hac coquina ꝛ fornace dicit̃
Eccle. xliij. de domino Cuſtodiẽs fornacẽ
in operibus ardoris / opera ardoris ſunt



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iuſtificationes ⁊ ſtatuta ordinis qui nutri unt ignē aſperitatis ⁊ rigoris/quo anima quaſi cibus coquit̃ ⁊ maturat̃. Nota cuſtodiens q: hec exercitia i nerie ea cuſtodiūt ſicut pulchre declarat beat. Anſhelmus in libro de ſimilitudinib9 cap. xc. Duo inquit ſunt ordinis genera / viro religioſo conuenientia. Unū exterius/quo religioſus videtur. Aliud vero interius quo religioſus habetur. Et illud quidem exterius facticij. Hoc vero interi9 naturalis eſt ordinis. Facticij quippe ordinis /facticie ſunt ꝯſuetudines / vt in ordine monachoꝝ reperiunt̃ plures: has etenī homines adinuenerūt quibuſdam qꝫ de cauſis rōnabilib9 ſeruandas inſtituerunt. Naturalis vero ordinis naturales ſunt virtutes: vt humilitas / charitas/⁊ alie plures/ has enī deus ipſe naturaliter indidit homini/ ſueqꝫ cauſa ſalutis ſeruandas. Ille itaqꝫ facticius ordo ſine iſto nihil homini prodeſt iſte vero ſine illo ſaluare hominē pōt: vt tñ ſeruari valeat iſte valde neceſſarius ſibi ille. Sic enī eſt inter ordinē facticiū ⁊ naturalē/quomodo inter corrigiā ⁊ ſotularem vt idem ait cap. xci. Corrigia nanqꝫ ſola colligata pedi. nullo eſt munimēto ſibi im̄o magis in cōueniēs videt̃ eſſe ſi ſibi ſoli ſe la circūliget. Sotularis vero etiam ſolus/pedem munit/ſatiſqꝫ decenter ꝯuenit ei: Ne tamē cadat vel tortus fiat/neceſſaria eſt ſibi corrigia/ vt ligetur ex ea. Sic ſic/licet facticius ordo nihil ſolus proſit ſed magis dedecat/naturalis vero ſine illo ⁊ ꝓſit ⁊ deceat vt tñ iſte firmus teneatur/neceſſarius ſibi ille habetur hinc quippe eſt ꝙ ꝗ religionē interius ſeruare deſiderat/habitu monachali exterius ſe alligat ꝗ qō exterius demonſtrat/ſemper eum eſſe coarguat. O/ ſi poſtea noluerit hoc eſſe magis dedecet cū habitus iſte: Si enim verbi gratia monachus ſuperb9 fuerit ꝗ habitu exteriori humilitatē ꝓtendit/ multo inconuenientius eſſe videt̃ ꝙ̄ ſi careret humilitatis habitu: decet igit̃ vt qō oſtendit exterius ſtudeat ⁊ habere interi9 nihil enim pene exterius habet in habitu vel profeſſione ſiue ꝯſuetudine qō nō euꝫ cōmoueat aliquid interius habere / patet de veſte/corona tonſura ſicut ibidem declarat Anſhel. ⁊ ſubdit cap. xciiij. At ſunt pleriqꝫ ꝗ facticio ordini imputant ꝙ naturalem nō ſeruant/dicunt bono animo ſe pati nō poſſe ꝙ eis imponunt̃ ꝯſuetudines tante queruntur etiā ꝙ in ſeculo meliores fuerint/eoſqꝫ monachatus deteriores eſſe cerit: verum quiſquis hoc dicit denario falſo eſt ſimilis / falſus quippe Denarius bonus plerūqꝫ eſſe videt̃/atſi in ignem fuerit miſſus protinus falſus eſſe ꝓbatur: ſic plerūqꝫ male morigeratus homo bonus eſſe moribus videtur in ſeculo: verū ſi rigorem arripuerit aliquo inſtinctu monachatus culpiſqꝫ poſtmodū exigentib9 regulariter increpatus ꝓtinus probat̃ non eſſe qō videbatur ꝗ enī humilis videbat̃ ⁊ patiens/mox ſuperbus inuenit̃ ⁊ impatiens. O/ ſi hoc imputauerit ordini tale eſt ac ſi denarius dicat igni / tu me falſum feciſti/ nō aūt falſuꝫ eū fecit ſꝫ qō erat oſtēdit Sic deniqꝫ iſtū nō ordo male morigeratū efficit/ſed q: hoc iam eſſe declarauit. Non igitur ordinē ſꝫ ſeipm̄ accuſet/ moreſqꝫ peruerſos in bonos ꝯmutet. Niſi enī eſſe bonis moribus eſſe videat̃/bona ſi qua exterius agit paruipendunt̃. Hec ille.

Decima ſeptima conditio Lepuſculi eſt Lardatio: Lepuſculus lardat̃ ne comburatur. Et ſi tu non vis ꝯuri inter illas tribulationes per impatientiam/opus eſt tibi/ꝓfundaris pinguedine deuotiōis ⁊ charitatis. Et quomodo inquis faciā: vnde accipiam deuotionis ⁊ charitatꝭ pinguedinē ⁊ lardū: Macer ſum Lepuſculus. Non habeo intra me ſagimen deuotionis /charitatis atqꝫ patientie/quo perungar/ ⁊ a crematione preſeruer. Audi ꝯſilium meū primo/ſi nō habes lardū in tua coquina /neqꝫ a te pinguedinē charitatꝭ ⁊ deuotiōis / Mutua ab alio a vicino/intuere proximam deuotā perſonam/huic te iunge per conſideratione/ vide ⁊ conſidera eius deuotionem/humilitatem ⁊ obedientiam/ꝙ̄ humiliter/ꝙ̄ velociter/ ꝙ̄ hilariter alij obediunt / tales ſtatue iuxta te /tales pone tibi in exēplū. Non ma

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cies illoꝝ ſcilicet q̄ cum angaria cum ſymo
ne Cireneo crucem obedientie portant/qui
de omnibus que eis iniungunt diſputare
volunt. Attende ꝙ non ꝯſueuit macilenta
galline/iuxta macilentam in baſtili poni
ſed contra pinguē: ſic tu macilentos in ex/
emplum nō ſtatuas ſed deuotione ꝛ chari
tate pinguiores. Sic facere docet Dauid
ps. Cum ſancto ſanctus eris ꝛc̄. Sic ꝛ q̄/
dam ſanctoꝝ patrum in vitaſpatrum folio
173. Ibi em̄ legitur ꝙ quidam interroga/
uit Abbatē quendam dicens. Quid facio
anime mee/qꝛ inſenſibilis facta eſt ꝛ nō ti
met deum/ꝛ dixit ei/vade ꝛ iungere homi/
ni timenti deum/ꝛ cum illi inheſeris doce
beris ꝛ tu timere deū. Canit eccleſia/flam/
maſcat igne charitas/accendat ardor pri/
mos. Sed ais ꝛ vbi lardū repiam? Mi/
tis me ad primos vbi ſunt tales proximi q̄
hanc deuotiōem habent. Mittis me ad ſu
dem ad palū aridum vt iñ mutuem ping/
uedinē. Mittꝭ me ad forū iulij p ſagimine
deuotionis. Mittis me iuxta puerbiū pro
cote ꝛ forcipe ſepiaria: Nemo eſt in domo
non eſt hic neqꝫ pinguedo neque ſagimen
non petaſo muſceus neqꝫ vetulus/non per
na neqꝫ omaſum. Quid igitur faciā? Au
di conſilium meum ſcd̄o. Si ita eſt verte
te ad deum: Sic Joſaphat docuit cum ne
ſcimus quid nam agere debeamus hoc ſo
lum nobis reſidui eſt. ꝛc̄. Et quid igit̄ ad
deum verſus faciam? hec duo fac: Primo
audi eum tibi loquentem. Scd̄o tu loqua
ris ſibi. Tertio inquam audi eum loquen/
tem tibi qd̄ Petro locutus eſt. Quid ad
te? tu me ſequere Quid ad te quod ſoror
tua pmittit te ſolam miniſtrare/ꝙ ipſa ma
la eſt/tu ſequere Chriſtū. Regulam tuā p/
pter ſororem malam nō intraſti monaſteri
um/ꝛ regularem obſeruantiam ꝓpter eam
ergo nō omittas. Nota me ſequere. Eſtote
imitatores mei ſicut ꝛ ego Chriſti ait Apo
ſtolus. Sic ꝛ tu fratris tui imitator ſis ſi/
cut ipſe Chriſti/alias non ſi neminem ha/
bes pro exemplo bono/ſufficit tibi bonus
Chriſtus qui ſe tibi poſuit in exemplū. Ex
emplum dedi vobis inquit. ꝛ c̄. Si in ali
is nō reperis neqꝫ pinguedinē neqꝫ larduz
accomoda a Chriſto ſuppone paellam cor
dis tui paſſioni chriſti eius charitatem/pa
cientiam ꝛ obiam colligendo/ paſſionē re/
colendo/vt in eo pinguedo iſta defluat/vt
q̄ in ſagimine tuo aut fratrū tuoꝝ coqui nō
potes/in pinguedine domini tui coquaris
ꝛ conſeruata remaneas a combuſtione. Co
gita quātuz te eſuriebat dominꝰ tuus quā
do de intimis traxit pinguedinem vt te lar
daret tanquaz cibū delicatū ſibi. Si ergo
ignis cuiuſcunqꝫ tribulationis cordi tuo
adhibet̄/ recurre ad pinguedinem charita
tis dei tui q̄ precipue in ſua paſſione appa
ruit/eam meditando ꝛ ruminando/quan/
tū videlicet dilexit te/quanta fecit/quanta
ſuſtinuit pro te/ꝛ tunc in hoc ſagimine po
teris te coquere/ꝛ contra macredinem cor
dis tui tibi prouidere. Secundo loque/
re ad deum per orationem/inuoca eum p
pinguedine/dum tibi nimis ignis appro/
pinquat/ꝛ intra vis perire. Non habes ex
emplum bonum/ꝛ vides qꝛ non eſt qui fa
ciat bonum non eſt vſqꝫ ad vnum/corrup
ti ſunt ꝛ abhominabiles facti ſunt/omnes
querunt que ſua ſunt ꝛ ſedes inter malos
ſicut bubo inter aues: tunc eleua cor tuum
ſurſum/dic deo. Deus deus meus ad te
de luce vigilo/Sitiuit in te anima mea ꝛc̄
Sicut adipe ꝛ pinguedine repleatur ani/
ma mea: Hugo/in laude dei neceſſaria eſt
deuotio/ideo petit eā Dauid. Sicut adi
pe ꝛ pinguedine ꝛc̄. Adipes ſunt viſcerum
craſſa velamina/per adipem que eſt in in/
teſtinis ſignificatur deuotio mentis inte/
rior/q̄ debet deo offerri/vnde leuitici. iij.
Omnis enim adeps domini erit/per pin
guedinem que eſt in carne ſignificatur exte
rior hilaritas in opere/que etiam domino
offerri debet: ſicut dicit Apoſtolus/Hila
rē datorem diligit deus. Sicut enim antiq/
tas/adeps ꝛ pinguedo placebant deo. Ita
ſpiritualiter in noſtris ſacrificijs ſpiritua
libus/ deuotio mentis ꝛ hilaritas operis
placent ei: ideo iſte petit animam ſuam
his repleri. Sic ꝛ tu fac. O, ſi non audi
erit dominus. Tunc audi ſecundo conſi/
liuz meum: ꝛ habe paciētiam mane in tua
ariditate: Cogita ꝛ cognoſce/quia regnum

celoꝛum ⁊ caritas nõ conſiſtit in illa deuo-
tione ſenſuali: ſed in bona voluntate ⁊ bo-
no opere. Dummodo hoc fiat/ ſit in aridi-
tate/ aut in deuotione: in quo multi fallun-
tur/ talib⁹ ſentimentis innitentes: vnde ſe
eſſe in gratia putantes/ cum ſic fuerint dul
citer affecti/ ſed errant. Non enim ſecũdum
hoc menſurandũ eſt pꝛofectus: ſed ſecundũ
ꝙ quis plus creſcit in exercitio virtutum.
Et obſeruatione mandatoꝛum dei: vt nota
biliter deducit Gerſon ſuper magnificat.
Quis ſcit? foꝛſitan vult te deus talem ha
bere ſeruũ: domini aliquando non volunt
manducare pullos fartos ⁊ lardatos/ ſed
aride aſſatos [ durr gebꝛotten ] Jtaqꝫ ſi da
ta tibi fuerit pinguedo per tuam oꝛatiõem
cum gratiarũ actione eam ſuſcipito ⁊ bene
vtere. Neqꝫ tamen in ea confidito. Quid
ſi data non fuerit/ patientiam habeto: ⁊ ta-
men timeto/ quia ſi hoc in viridi quid erit
in arido? Si pinguedo deuotionis non
eſt ſignum infallibile gratie: quid erit de
ariditate? Si deuotus habet timere/ ma-
gis timere habet indeuotus durus ⁊ ari-
dus. Sed tamen non debet deſperare/ ſi-
cut nec alius pꝛeſumere.

¶ Pꝛobatio.

Decimaoctaua cõ
ditio. lepuſculi eſt Pꝛobatio
lepuſculus aſſatus pꝛobatur
ſi ſufficienter ſit aſſatus. Et
hoc quidem per tria cognoſcitur. Pꝛimo/
ſi caro dente vel vngue carpi poſſit/ ⁊ vngu
lam ſequitur. Secundum eſt/ ſi ſanguis a
carne eliquatur ſiue exiccatus fuerit.
Tertium/ ſi caro ab oſſibus ſeparat. Hec
tria in coꝛde tuo conſidera/ ⁊ ſi reperta fue-
rint/ ſatis aſſatus es.

¶ Pꝛimũ ſignum/ ſi caro dente vel vngue
carpi poſſit/ ⁊ vngulam ſequitur/ hoc eſt ſi
voluntarie ſuſtinueris coꝛreptionem: tunc
ſpiritualiter vngula carperis/ quãdo repꝛe
henderis. Si ergo coꝛ tuũ vngulam coꝛre-
ptionis ſequatur per patientiam ⁊ obedi-
entiam ſignum eſt/ ꝙ coꝛ coctum habes/ ⁊
lepuſculus aſſatus eſt.

Sunt ꝗdam ſimiles antique galline/ cu-
ius carnes coqui nõ poſſunt/ nec dente nec
vngue carpi/ vi videlicet impatientes repꝛe
henſiõis de quibus dicit Pꝛouerbioꝝ. xv.
Non amat peſtilens eũ qui ſe coꝛripit. Ly
ra ſicut nec vitioſus pectinem/ ſed refugit.
Caſſiodoꝛus ſuper ps pꝛimo: peſtilens eſt/
qui pꝛoximum ſuum depopulatur opꝛi-
mit atqꝫ ledit [ ein boſz ſchedlich menſch ]
alludit Auguſtinus. Jn talibus homini-
bus nullũ genus coꝛreptionis pꝛficit. Dũ
caro coquẽda vel aſſanda fuerit dura/ mul
te artes attentari ſolent vt edibilis fiat. ali-
quando in ollam pꝛoijciuntur fragmenta
vitroꝛum [ Glas ſcherben ] aliquando
gallina ſubito ex olla feruenti ⁊ bulliẽti ex
trahitur ⁊ in aquam frigidam mergit: qd
vulgariter appellatur terrere [ erſchꝛecken ]
aliquando galline dum aſſatur ſuper inſtil
lantur gutte cadentes de lardo incenſo ⁊ in
flammato. Et ſi hec omnia nihil iuuãt ad
decoctionem/ ſignum eſt malum. Sic pla
ne peſtilentes quidã de quib⁹ iam dictum
eſt/ Similes ſunt talibus gallinis antiqs
quos neqꝫ decoquit iniectio fragmentoꝝ
vitroꝛum ideſt pꝛomiſſiones celeſtis vite ⁊
criſtallini celi ſiue vitrei. Neqꝫ deterret eos
aliqua pena tempoꝛalis: neqꝫ inflicta a ſupi
oꝛibus ſui oꝛdinis neqꝫ infamie neqꝫ alteri
us dãni neqꝫ aduritur flammis pene eter
ne dum eis obijciunt in coꝛreptiõe: fruſtra
hec omnia fiunt/ neqꝫ eniꝫ ad lixandũ neqꝫ
ad aſſandum apti ſunt [ ſie ſind weder zu
ſieden noch zu bꝛotten ] Jmmo ad modũ
equi ſcabioſi dum tangitur ſup vlcus fre-
mit ⁊ recalcitrat [ das ſind die alten gebꝛo
chnen gul/ ſchad gul/ die do geſchediget
ſind/ vnd ſchedigen die andern ] actiueqꝫ
⁊ paſſiue damnoſi. Egerent nimirum ſin-
gulari ſtabulo carcere ſcilicet/ nihil enim
faciunt niſi deſtruere ⁊ demoliri bene con-
fecta/ ex omni parte calcitrant/ omnes ali-
os ſcandalizant ⁊ offendũt: hi quando tan
guntur manu coꝛreptionis ſuperfractatur
vbi eos pꝛeſſit iugum religionis vel ſella
( quod ideo reiecerunt ) recalcitrant ⁊ ſal-
tant: immo ſi ſolum extenderis manũ qua
ſi eos velis tangere reſiliunt. Sciunt hoc

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

p̄lati dū̃ ſubditos corripiunt. Similes ſunt illi diabolo qui corrigi nõ poteſt Eccle.xxi. Qui odit correptionē veſtigiū̃ eſt pctõris: pctõrē vocat hic diabolū̃ antonomice/cui multum aſſimulatur qui correptionem odit/ſicut veſtigium: valde ſimile eſt pedi.q.d. veſtigium diaboli habet in corpore qui correptionem ⁊ reprehenſionem odit. Et hoc eſt certiſſimum ſignum ſtulticie. Inde dicit Salomõ/vir ſapiens non murmurat correctus ſicut dolium vacuū cum percutitur malleo reſonat: hoc doliū ſi autem plenum fuerit non facit ſtrepitum: ſicut vacui gratia ⁊ ſapientia cum corripiuntur pleni autem tacent ⁊ ſuſtinent.

Scdm̄ ſignum ſufficientis aſſationis ſiue decoctiõis eſt: Si ſanguis fuerit a carne deſiccatus: Et ſi ſanguis ideſt amor carnis ⁊ ſanguinis/a corde tuo fuerit abſterſus ⁊ amotus ſignū̃ eſt ꝙ coctū cor habes ⁊ lepuſculus es aſſatꝰ. Quid eſt o homo ꝙ i coq̄na dñi tã diu fuiſti/ ⁊ carnalis affectus in corde tuo conſumi non poteſt: neqꝫ per ignem cū tamen dicat Ambroſius/ ꝙ iugis labor auertit affectum. Et vnde ꝓuenit inquis: puto ꝙ ex diabolica factiõe hoc fiat/legimus Luce.xiij. ꝙ in ſacrificiis galileorū Pilatus ſanguinem eorū miſcuit. Galilei qui tranſmeantes interpretãtur religioſos ſignificant/qui de egipto ad deſertum de mundo ad clauſtrum tranſierunt. Per Pilatum qui os malleatoris interpretatᷣ/diabolus deſignatᷣ: q in Jeremia appellatur malleus vniuerſe terre: Sacrificia galileorum ſunt obſeruantie religioſorum/in quibus ſanguis miſcetᷣ quando quod ſpiritualiter diligi debet/ carnaliter amatur. Et qui in ſpiritu ⁊ in conſcientie teſtimonio gloriari debent in ſuo ſanguine gloriantur. Audite que dico. Duo genera hominum religioſorum ſanguinē amoris carnalis miſcent cum ſacrificio operuꝫ ſuorum. Primi ſunt inquam qui in ſpiritu ⁊ conſcientie teſtimonio gloriari deberent/ in ſuo ſanguine gloriãtur. Ipſi ſunt qui d̄ parentum nobilitate elati ſunt/quorū gloria (vt dicitᷣ in Oſee) Ab vtero eſt ⁊ partu cum ſcriptum ſit de filia regis in Pſalmo: ꝙ omnis gloria eius abintus non de foris. Reprehendit hos Chriſoſt. dicēs q̄d prodeſt illi quem mores ſordidant generatio clara? Et parum poſt concludit/ meliꝰ eſt vt in te glorientur parentes/ quã tu glorieris in parentibus. Ecce primum genus offerentium ſanguinem in ſacrificiis. Alij ſunt miſcentes amorem carnalem cum ſacrificio operum ſuorum/qui qđ ſpiritualr̃ter diligere deberent/carnaliter amant. Ipſi ſunt qui nimis in amicorum carnalium amore molleſcunt: contra quos dominus Jeſus matri ſue legitur dixiſſe/ quid mihi ⁊ tibi eſt mulier: Bernhardus imo ꝙ filio ⁊ mr̃i. Quā diu de mundo ſumus/debitores nos eſſe oportet parentibus/poſtq̄ȝ autem relinquimus nos ipſos/multo magis ab eorum ſollicitudine liberi ſumus: vt cõuerſos ad dominum/iam non ſollicitet carnalium cura parentum/⁊ neceſſitudines ille/iam non impediant exercitiū ſpirituale. In hoc etiam te voluit docere magiſter tuus/cum in cruce ſuſpenſus/matrem Joanni commendauit: vt ⁊ tu in cruce religiõis poſitus/amicos carnis tue Joanni ſtudeas cõmendare/⁊ pro eis orare/⁊ ſemper paratus ſis dicere/deo vos ꝯmendo: dicitur enim ſponſe Chriſti in Pſalmo: Obliuiſcere populum tuū ⁊ domū patris tui.⁊c̄.

Sunt adhuc alij ⁊ tertij /qui ſanguinem carnalitatis inmiſcent ſacrificiis ſuorū operum/quos ſcilicet ad actus virtutum /mouet ſemper aliquid carnale quod deliteſcit quicquid enim bonorum operum faciunt ⁊ vt putant etiam ꝓpter deum /nihilominꝰ diligenter aduertenti/ apparet carnalitas inmixta/ ⁊ impellens neſcio q̄ intentio carnalis ex latere ſe ingerens/verbi gratia: dicis oportet me viſitare infirmū/⁊ ita facis/ ſed quem viſitas? amicum tuum ꝯgnatū tuum hoc pulmentum tibi ſapit/quia coctum cum carnibus conſanguinitatis affinitatis aut amicicie carnalis: Non autem viſitas pauperem ſub diuo iacentem/queꝫ nemo viſitat/hoc pulmētū tibi nõ ſapit q2 non eſt tibi iunctus ſanguine. Si parcē

dum puero: Si corripiendus puer. Si danda elemoſyna pauperi/ aut aliud opus virtutis faciendum fuerit/ ſemper carnalitas hec immiſcetur.

Et id ne dum apud ſeculares: ſed etiam apud religioſas fieri ſolet in confitendo/ in audiendo predicatores/ in tolerando defectus ſororū ꝛc. ſemper inducit ad hoc/ aliqua carnalitas. Eya inquiunt/ eſt tam gratioſus homo/ in loquendo/ ⁊ in omnibus que agit: vt nihil ſupra/ quo fit vt propterea libenter audiant predicatorem talem/ aut confiteantur tali confeſſori: ⁊ dum putatur ſpirituale motiuum/ eſt in veritate carnale. Eya inquiunt/ ego ſpecialem concipio deuotionem de eo [ ein beſunder andacht ] credo bene/ ſed non ad deum/ ſed ad eum: vt poſt eius diſceſſum ſemper hereant in pectore vultus/ non tui domine/ ſed illius hominis. Caderet hic tota materia de amore priuato/ quem vituperaui in alphabeto litera D.

Ita igitur fit aliquando in clauſtris: vt nihil pulmenti bonorum operum libenter comedant/ niſi conditi brodio carnium: quod tamen ad literam/ eis in conſtitutionibus earum prohibitum legitur. quamuis enim extra/ non tamen in monaſterio/ licitum eſt eis/ coctum cum carnibus comedere.

¶ Tertium ſignum eſt/ quando carnes ab oſſibus ſeparantur. Tunc caro ab oſſibus ſeparatur ſpiritualiter/ quando anima ad iſtam ſtatus perfectionem peruenit: ꝙ cum Apoſtolo cupit diſſolui/ ⁊ eſſe cum Chriſto: quando ſcilicet patienter viuit/ ⁊ deſideranter moritur.

Si enim (vt dicit Criſoſtomus) gratis poſt modicum morituri ſumus/ quare non ⁊ ante modicum/ ſi opus eſt cum dei gloria moriuntur: vt fiat volūtarium/ quod futurum eſt neceſſarium.

Deſiderium ergo mortis: vt ſis cum Chriſto/ hoc eſt illa diſſutio carnis ⁊ oſſium ſpiritualiter intellecta/ que te comprobat eſſe coctum. Hoc eſt deſiderium perfectorum/ qui in morte ſua theſaurum inueniunt/ quem in tota vita ſua querere non ceſſauerunt. Ideo de viro iuſto dicit Salomon/ iuſtus ſperat in morte ſua/ quid mirum ſi iuſtus in morte ſua ſperat/ quia tunc moriuntur omnes aduerſarij eius/ tunc liberatur de cruce captiuitatis eius: tunc applicat ad portum ſalutis Eccleſiaſt. vij. Melior eſt dies mortis/ die natiuitatis. Unde mors ſanctorum/ natale eoꝝ/ in martyrologijs appellatur: quia tunc quaſi moriuntur ad mortem/ ⁊ naſcūtur ad vitam. Vere moriuntur ad mortem qui de vita preſenti exeunt/ noſtrum enim viuere (vt ait Caſſiodorus) Quottidie interire eſt/ vere etiam tunc naſcunť ad vitam: quia ſicut Auguſtinus. Mors quam conſtabat eſſe vite contrariam/ facta eſt ipſis iuſtis inſtrumentum per quod tranſitur ad vitam. Noli ergo metuere iudicium mortis/ ſicut monet Eccleſiaſticus: ⁊ taliter te ꝑpares ꝙ nō oporteat te mortē timere: omnia enim mala operatur timor mortis: omnia bona mortis contemptus/ vt dicit Chriſoſtomus: attende ꝙ ſicut captiui liberationem ſuam ꝓſtolantes/ ſemper ſe tenent ad oſtium carceris/ ⁊ canis recluſus ſemper ſtat ad oſtium gemendo ſeu/ wignando/ vnguibus gryffando/ laborans vt exeat. Sic iuſtus ad mortem tanquam captiuus ad oſtium ſui carceris/ ⁊ tanquam canis incluſus exitum deſiderans/ deſiderio ⁊ meditatione ſe tenet.

¶ Piperatio.

Octaua nona cōditio lepuſculi eſt Piperatio. Solet lepuſculus condiri piperato. Et chriſtianus nominatim religioſus Religionis voto. Lepus in piperato eſt homo in clauſtro. Vita clauſtralis/ piperatum eſt [ Iſt ein pfeffer. ] Et cur ita? propter ſeptem.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

PRimo Piperatum ex multis granis piperis ⁊ aliorum aromatū contuſis conficitur. Et religio ex multis capitulis/ in regula/ in conſtitutionibus/ ⁊ alijs ordinationibus contentis: Siue ex multis cerimonijs/ ⁊ obſeruantijs facticijs conſtituitur. Jtaqꝫ quot ſtatuta regularia/ tot piperis grana. Itē quot mordicatiua ſanatiua tamen tot piperis grana/ verbi gratia. Prouincialis/ Prior/ Uiſitator/ Prioriſſa: duꝫ corripiunt/ ⁊ pungunt grana ſunt piperis. Jtem confeſſor ⁊ ꝙ vnus ſolus confeſſor/ Necꝫ datur facultas alteri confitendi/ acre ſatis granum eſt/ ⁊ mordax eſt: quod ego tamen vniuerſaliter non approbo / in certis caſibus expedit: vt detur eis aliquando licentia alteri cōfitendi/ quāuis non paſſim. Jtem grana ſunt piperis/ clauſura/ viuere in cōmunitate/ ſilentium/ ieiuniū/ vigilie/ cantus/ labor cōmunis/ veſtitus ſimplex/ ⁊ aſper/ ſtratum durum/ obedientia/ paupertas/ caſtitas / ⁊ ſic de alijs obſeruantijs. Ecce piper.

SEcundo piperatum eget bono magiſterio coquiario: ne nimis acre ſit aut mite/ ne nimis pigue aut macrum/ ne nimis aut minus ſalſum ⁊c̄. Quodqꝫ debite propinetur ⁊ adminiſtretur. Sic plane per omnia neceſſaria eſt magna diſcretio in ſupiore/ Prioriſſa aut Abbate/ vt regulares obſeruantias prudenter adminiſtret in diſpēſando ex rationali cauſa/ ⁊ ne diſſipet paſſim admittendo. Sed auream obſeruet mediocritateꝫ/ quatenus caritati deſeruiāt/ quia quod pro charitate eſt inſtitutum contra charitatem militare non debet: quomodo hoc fieri debeat. Docet beatus Bernhardus in libro de precepto ⁊ diſpenſatione: ⁊ Gerſon in ſuis lectionibus/ ⁊ in alijs locis. Simile neceſſarium eſt confeſſori: vt cognoſcat quando peccent mortaliter/ ⁊ quādo non in tranſgreſſione illorum facticiorum/ ne nimis artet/ aut laxet.

TErtio piperatuꝫ cōmuniter nigrum eſt. Et ſi carnes lepuſculi in piperato ſint candide. Et religio habitum nigrum ⁊ pullum expoſcit. Nam religioſi cōmuniter nigro veſtiuntur/ paucis demptis. Uerum ego nigrum hic accipio pro indumento vili naturali ⁊ inculto colore. Et ſic omnis religio nigro vtitur: etiam ſi albo vtatur/ ⁊ per conſequens humilitatem exteriorem/ per nigrum intelligo. Que congruit valde religioſis. Habitus enim neglectus/ aſper ⁊ incultus/ aptus eſt penitentibus/ quales ſunt religioſi. Sed ⁊ talis habitus exterior ingignit humilitatem/ ⁊ genitam conſeruat/ proximos edificat. Deus meus/ etiam color optimus/ exterior ſcilicet ſimplicitas illa / et vtilitas/ mutatus eſt/ ⁊ naturalem ſuum ⁊ optimuꝫ colorem pullum/ amiſit fere omnis religio: ſcilicet precioſum hoc piperatum.

Ex eodem panno/ miles ⁊ monachus veſtem ſibi conficiunt: Uide beatum Bernhardum in ſua Apologia. Uide criſpatas ⁊ plicatas cappas monachorum / ⁊ tunicas non prorſus diſſimiles/ feminarū mantellis. de quibus frequenter pulueres excutiunt/ feſtucas ⁊ plumas ſi que inheſerint/ ſtudioſe decerpunt: non erubeſcunt ſcapularia ſerica deferre. Jta confundunt piperatum hoc religionis/ ⁊ deturpant.

Sederat beatus Bernhardus Abbas/ et calceos ſuos ipſemet liniebat: nunquid in tali cuculla precioſa: cui axungia nocere poterat? non plane. Sed reuerendos exhibere nos oportet noſtris ſubditis inquiunt. Jtaqꝫ propter hoc precioſioribus vtimur veſtibus/ quā reliqui fratres.

Accipiant reſponſum/ eiuſdem beati Bernhardi reuerendos ſe exhibeant non faſtu/ ſed actu. Superet omēs ſuos monachos in humilitate manſuetudine patientia charitate deuotione temperantia / continentia et modeſtia/ tunc eum reuerebuntur et



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad aſpectum ſue ſtrenue vite concutientur/ reſpicient ⁊ dicent peccaui. Videlicet hoc neſcierat be. Bernardus. Jmmo Chriſtus Jeſus Abbas noſter: ⁊ ideo ſimplici veſte vſi ſunt ⁊ non precioſa: vt ſe reuerendos exhiberent diſcipulis ſuis. Jta nequam oculus ſuperbie ⁊ inanis glorie ſe palliat ſua falſitate. Sed adhuc mentitur iniquitas ſibiipſi. Aiunt enim alia nobis ſit veſtis die feſto: alia die feriato. Rñdeat. Magnus ille monachus ⁊ ſanctus Epiſcopus Fulgentius: de quo legit͛ in Speculo hiſtoriali libro. ij. capitu. cv. q͛ in tunica dormiebat/ in ipſa ſacrificabat/ ⁊ in tempore ſacrificij/ mutanda potius corda quã veſtimenta dicebat. Decet igitur religionem/ habitus exterior/ aſper ⁊ vtilis pulluſq;. Sed hoc non ſufficit/ niſi intus ſit conſciencia alba/ aſper carduus lenem facit pannum/ ⁊ aſper habitus conſciẽtiam. Quod ſi monachus/ ſicut extra/ ſic intus ſit niger horrenda prorſus res: demoni non abſimilis/ quod quidam hoc carmine expreſſit.

Simplicitas clauſtri nobis placet optime/ quãdo Sub pulla veſte/ candida corda latent. At ſi corda etiam tetro ſunt tecta colore. Vah quantũ monſtrum eſt intus ⁊ extra nigrum. Carmina hec/ Magiſter Stephanus Hoſt/ de Ladenburga/ ſacre theologie Licentiatus doctiſſimus/ compoſuit. Cum enim Philippus Palatinus reni. Hodie dum hec ſcribimus viuens/ eſſet in monaſterio Mulbrunenſi/ prouincie Moguntine/ ⁊ quidam curioſus monachus eundem rogaſſet: vt ſaltem aliquid de manu propria in libellum ſuum conſcriberet/ prefatum Magiſtrum Stephanum ſibi aſtantem allocutus inquit: ecquid ſcribemus monacho illi? Mox magiſter ille hec carmina cudebat ex tempore. Simplicitas clauſtri ⁊c. que idem Philippus nomine ſuo/ ⁊ manu propria in monachi libellum deſcripſit. Porro/ quidam monachus: qui vacuo nomine monachi/ abſq; virtutis opere in vita ſua gloriatus fuerat/ poſt mortem irriſus fuiſſe perhibetur hoc modo. Si veſtis pulla/ raſum caput/ ampla cuculla. Quenquã iuſtificant hic homo iuſtus erat.

¶ Quarto. Piperatum in ſe valde bonum eſt ⁊ ſalubre. Et tamen aliquando inficitur/ ⁊ inſipidum efficitur/ fetenſq; ex impoſitis carnibus rancidis ⁊ fetentibus. Et religio in ſe vtilis ⁊ bona eſt. Multum enim fructum affert. Nominatim nouem: quos enumerat beatus Bernhardus ⁊ declarat Bernhardinus in ſuo quadrageſimali. Sermone decimoſexto. Et Anthoninus in Summa. Bonũ inquit eſt nos hic eſſe: videlicet in religione: quia in ea homo viuit purius/ cadit rarius/ reſurgit velocius/ ⁊ hoc quo ad incipientes. Incedit cautius [ behuotlicher ] quieſcit ſecurius [ ſicherer ] irroratur frequẽtius/ ⁊ hoc quo ad proficientes/ purgatur citius/ moritur confidentius/ ⁊ premiatur copioſius: ⁊ hoc quo ad perfectos.

Declara hec ſi placuerit/ ſed curſorie valde/ que alibi ad plenum de quolibet faciendo vnum ſermonem predicaui/ ⁊ in vulgare redactum eſt.

Eſt itaq; piperatum religionis in ſe bonũ: vt iam declaratum eſt. Sed tamen ſicut dixi aliquando inficitur/ ⁊ inſipidum efficitur/ fetenſq; ex impoſitis fruſtis carnium rancidis ⁊ fetentibus. Et religio abominabilis/ ⁊ fugienda redditur/ ex malis inhabitantibus/ verbi gratia. Religio beati Franciſci. Bonum piper eſt/ ſed nociua redditur: dum ita viuunt diſſoluti. Sic q͛ is/ qui eis coniungitur in religione/ per conuerſationem eorum perit/ hoc eſt contra eos/ qui pueros ſuos ponunt in monaſteria lapſa/ ⁊ deformata.

De hoc Gerſon ſuper Magnificat. octuageſimoſeptimo. litera O. ait. ad religionis introitum. Oportet attendere non ſolum bonitatem religionis in ſe: ſed alias circumſtancias/ maxime duas: quarum vna ſe tenet ex parte religioſorum/ ſi perfecte regulam ſeruant. Altera ex parte ſui ipſius/ ſi iuxta parabolam Chriſti/ dum inchoat poterit conſummare ⁊c. Plane/ qui ad tales ingreditur/ talis efficitur/ quales ſunt ad quos declinat: ⁊ cum quibus habitat.

Peribit igitur: paruus lepuſculus in hoc pipere bono in ſe / ſed per fruſta illa mala carniū infectaꝝ. Non enim tutum eſt imperfecto / inter diſſolutos habitare: ſecus de perfectis: exemplum de paruo lumine quod in vento extinguitur. Magna autem facula augetur / ſicut declarat Bonauentura / diſtinct. viceſimatertia. ſecundi / vbi vide. Et in Apologia quā ſcripſi contra quendam mendicantem.

¶ Quinto. Piperatum exigit carnes ferinas / ⁊ econtra [ wiltpret wil pfeffer han] Precipue lepuſculi boni ſunt piperati. Et ad religionem apti ſunt homines recentes mundani / qui in ſeculo ſe continere a peccatis non poſſunt: plane omnes naſcimur ſylueſtres [ wild ] proni ab adoleſcentia ad malum / propter correctionem originalis peccati. Ergo regulariter religio omnibus talibus congruit / dico notanter regulariter / quia de hoc diſputant doctores: Thomas ⁊ Richardus ⁊c. Precipue autem boni ſunt lepuſculi ad piperatum: ⁊ pueri innocentes adhuc apti ſunt ad religionem. Dummodo tamen ſic preparati ⁊ enutriti fuerint / ſicut predictum eſt: Sicut declarat ⁊ probat ſanctus Thomas in quodlibetis. Et eſt ad hoc propheta. Bonū eſt viro / ſi ab adoleſcentia ſua portauerit iugum domini. Sedebit enim ſolitarius ⁊ leuabit ſe ſupra ſe. Bonum plane honeſtum delectabile ⁊ vtile / ſicut alibi deduxi in peregrino. Circa conditionem illam: q peregrinus mane ſurgit ad proficiſcendum ⁊c.

¶ Sexto. Lepuſculus ⁊ alie Fere nihil valent in piperato / niſi ſint prius preparate per excoriationē / aſſationem / aut lixationem. Ineſibiles enim ſunt: ſi cum pilis aut cute piperarentur. Sic plane in religione nihil valet homo: niſi ſit (vt predictum eſt) excoriatus ⁊ aſſatus. Oportet hominem exiſtentem in religione ad hoc niti: vt mortificetur in vitijs: vt patiens efficiatur ad tribulationis ignem: ⁊ cetera que dicta ſunt / faciat / ⁊ patiatur. Tunc enim bene habꝫ in religione. Erit enim ſibi pax: erit eſca dei electa / alias manet / ſicut fuit ante: ⁊ nihil habebit de religione / niſi exteriora cucullam cantus / vigilias / ieiunia / ⁊ ſimilia. Intus autem ſemper manet ſecularis ⁊ vicioſus: quemadmodū pulchre declarat beatus Bernardus in capite quadrageſime ſuper illo verbo conuertimini ad me in toto corde veſtro. Et verum erit illud quod de tali monacho quidam iocoſe expoſuit / quod cantitur in ſequētia natiuitatis Chriſti. Mirabil' natā mirifice induta ſumens quod non erat / manens quod erat. Mirabilis inquit natura eſt talis monach⁹ malus; de quo nobis ſermo eſt: quia dum alij comedunt ipſe ieiunat: dum alij dormiunt / ipſe vigilat: dum alij loquūtur ipſe ſilentium tenet ⁊c. Mirifice induta vtiqꝫ mirifice: ſicut patet in deſpectu habitu / in forma mirabili confecto. Sumens quod non non erat: id eſt religionem ab extra manēs quod erat ſcilicet prius in ſeculo: id eſt ſecularis vitioſus per omnia.

Hic eſt caro ferina non preparata / non lixa neqꝫ aſſata / neqꝫ excoriata in piperato. Certe vbi tales ſunt non mortificati in religionibus multa mala ſequunt' inde / nihil eis piperatum prodeſt / non eo gratiores cibi efficiuntur deo propter talem exteriorem religiōem / ſed diſplicentiores. Sunt enim inquietiſſimi queruloſi / triſtes in diuino officio. Rancoroſi contra prelatos / ⁊ quoſcunqꝫ alios qui eos ad virtutes cogere nituntur / ficte operantur omnia / ficte cōmunicant / confitentur ficte / nihil in veritate / omnia ad apparentiam. Inde parentibus ſuis maledicunt / contra prelatos conſpirant / venenam eis parant / conantur ad fugiēdum / quod ſi non poſſunt deſperant / ⁊ ſeipſos occidere nituntur / ſi ipſi ad onera religionis ſufferenda cogūtur. O, ſi in libertate dimittuntur / ⁊ eis parcitur / totum conuētum ſeducūt. Hec omnia ⁊ his multo plura attentant / que omnia proueniunt ex defectu prime mortificationis: ideo nihil valent in piperato.

Etiam aliquādo ſi fuerint mortificati: tamen mox reuiuunt: ſicqꝫ cicurriunt ⁊ euolant a veru inſtar pullorum ſancti Jacobi.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Sed ⁊ ex piperato ſe excutiunt inſtar galli reſurgentis: vt legitur in Speculo exemplorum/ diſtinctio. prima. exemplo. lxxxv. Sic tales apoſtatant: ⁊ omnes ſue religionis fratres confundunt/ ignominiā in faciem eius: quaſi lepram incutientes.

## Eptimo lepuſcu

lus quomodocūq̄ in piperatū venerit in eo eſt: iuxta vulgatum prouerbium [wie der has in den pfeffer kumpt / ſo iſt er dinn.] Et ad religionem ſi quis peruenerit: quomodocunq̄ hoc ſit factum in ea eſt. Differenter enim valde ⁊ miris modis/ quidam veniunt ad religiōem: quidam veniunt in piperatum religiōis/ quia pueri iniecti vel intruſi ſunt a parentibus inuiti/ inſtar catulorum quos interficiunt inijciendo in aquas: ſolum vt ab eis abſoluantur/ ⁊ reliquos pueros magnificētius dotare poſſint hoc eſt quod multos religioſos turbat: q̄a dicunt ſe per parentes iniectos/ ⁊ neſciuiſſe quid promitterent / ⁊ inde indignantur parentibus/ ⁊ efficiuntur in perfectiori etate inuoluntarij. Tu autem noli propter ea deſperare / ⁊ attediari: quinimmo age deo gratias/ ⁊ fac ex neceſſitate virtutem/ tu es in piperato/ q̄cūq̄ ſic ſis iniectus: quia votum feciſti. Non impediat te mala intentio parentum tuorū carnalium/ q̄ non intenderunt ſalutem anime tue/ aut dei gloriam/ ſed ſolum ſuam ⁊ aliorū puerorum temporalem ⁊ corporalem commoditatem. Non inquā te/ intētio praua turbet: ſed iuuet intentio principalis patris/ dei ſcilicet: qui hoc effecit/ ⁊ te bona intentione in hoc monaſterium intruſit. Sic enim fuit ſua voluntas/ de quo certus ſis. Si enim duo paſſeres aſſe veneunt/ ⁊ vnus non cadit ſuper terram ſine patre veſtro: quāto magis vos pluris illis. Hic habuit bonam intentionem: tuam ſcilicet ſalutem: vt maior efficereris in celis: quam futurus eſſes in terris: ⁊ dominus tuorum efficiaris

Legimus/ quia fratres Joſeph cum vendiderunt in Egyptum/ intētione vtiq̄ mala: ſed dei fuit ordinatio: quia ibi fuit factus dominus Egypti/ ⁊ pauit tandem patrem ⁊ fratres ſuos. Sic tu es Joſeph venditus mala intentione/ tu fac/ ſeruando regulam ⁊ deo ſeruiendo: vt fias in celis dominus/ ⁊ ſic proculdubio erit.

Ecce primum genus eorum qui veniunt in piperatum.

Sunt alij venientes in religionem premeditate in bona ſenectute/ putantes: q̄a ſint reperturi bonos ſocios ⁊ comites vie ad celum. Sed cōtrarium ſibi accidit [ſchuſſet ein feler.] Neſciuit/ quia in piperato eſſent tot mala ⁊ fetida fruita carnis. Inde proſternuntur/ ⁊ vident: quia facilius erat eis ſeruire deo in ſeculo / quā in tali religione: quid tales facient? O ſoror cogita/ quia iam ⁊ tu es in piperato/ tibi recedere non licet: Sed fac ex neceſſitate virtutem habeto pacientiam eſt ludus/ qui appellatur [der heimlichen ruſch] vbi carte a ludentibus inde permutantur/ ⁊ ſinguli neſciunt qualem quis alteri permutet: ⁊ dum permutatione putat ſe meliorem recepturum/ peiorem recipit. Sic tu vitam quā habuiſti in ſeculo honeſtam voluiſti permutare cum religioſa: que videbatur tibi melior/ ſed contrarium inueniſti. Habe igitur pacientiam ⁊ diſcas cautius mercari. Non enim ſola bonitas religionis attendenda erat: ſed bonitas vel malicia ſociorum: quos futuros habebas: vt predictum eſt.

Fac igitur q̄ ſupra docui. Sit regula/ ⁊ vita Chriſti/ ſanctorumq̄ defunctorum/ comes tue vie.

Sunt ⁊ tertij/ qui intrant tepidam religionem ⁊ lapſam/ aut lapſui proximam: ⁊ poſtea ſtricta obſeruantia indicitur/ piperatumq̄ aliquantulum acuitur. Et hoc eos turbat/ clamant: non ſumus profeſſi hanc ſed aliam vitam: in qua manere volumus. piperatum hoc nimis acutum eſt.

Sicq̄ volunt exilire / et in reformationem non conſentire: quid in hoc liceat/ vel non / eſt brocardicū/ Vide in Angelica ⁊ alijs Summiſtis. Ego tibi ſuadeo vt maneas/ ⁊ reformationē nō fugias/ tp̄s

breue eſt/ꝛ fac tibi vim. Eſſent hic mlta di
cenda: an ſcilicet quis teneatur obedire pre
latis volẽtibus indicere aliqua ad que pri
us non fuit aſſuetus: Ego hec tranſeo/ vi-
deantur Summe. Non eñ eſt hoc opus
vnius hoꝛe/ ſed multaꝝ: habes ecce quo-
modo lepuſculus eſt piperatus.

¶ Infrigidatio.

Vicesima condi-
tio lepuſculi eſt. Infrigida-
tio ſolent pauperes qui aſſa
turam lepuſculi impiperare
non poſſunt/ ꝓpter piperis ꝛ alioꝝ aroma-
tũ defectũ ſalſam/loco piperati facere/ quã
fontẽ frigidum appellare ſolent [ ein kalten
brunnen/oder ein hotzenblotz/ ] ſalſam cõ-
muniter ſupfundere ſolẽt reliquijs aſſature
Fitq; de cepis in fruſtra rotunda ſciſſis ſe
napio ꝛ aceto/vl'vino ſupfuſo aſſature pul
li in fruſta conciſi. Et tu fac ſilr o frater lai-
ce qui religiõis piperatũ/ non vis aut non
vales (quia cõiugatus es) ſupfundere/ lai-
cus es aut clericus/ꝛ votũ religionis emit
tere nõ vis. Et q̃d ergo ego facerẽ inquis?
Lepuſculus eſſe volo ad perfectionẽ exten-
dere me nitoꝛ/ſed votum religionis hoꝛreo
Accipe conſiliũ meum/fontẽ frigidũ ſuper
funde/qui nõ tam moꝛdax eſt/ſicut pipera
tũ religionis perpetuũ votũ. Et quis eis
hic fons eſt frigidus refrigeratiuus ꝛ appe
titus prouocatiuus? Rñdeo ipſe eſt votũ
tempoꝛale/ſi non vis votũ emittere ſup vni
uerſam vitam/emitte ſuper particulas vite
tue/fac votũ annale/mẽſurnale/aut hebdo
modale: imo diurnũ. verbi gratia inclina-
tus es ad luxuriã/ꝛ vt ab ea libereris/hoꝛ
res intrare religionem / ꝛ facere perpetue
caſtitatꝭ votum/voue mane deo/quia hoc
die non foꝛnicari velis/aut non accedere ad
locum illũ/vbi cõmuniter cadere ſolebas.
Sic voue virginitatem mẽſurnam/ ꝙ hoc
menſe maritum ducere non velis. Sic de
ieiunio ferie ſexte. Et ſic de omnibus acti-
bus virtutum aut vitioꝛum/ te coge ad vi
tandum/ vel faciendum per votum tempo
rale. Hanc ſalſam loco piperati facere do-
cuit oꝛigenes Luce. ij. ſuper illud/ꝛ hec vi-
dua vſq; ad annos. lxxxiiij. ꝛc. vbi dicit.
Ne q; enim Spiritusſanctus foꝛtuitu ha
bitauit in ea. Bonum enim eſt primum/ſi
qua poteſt virginitatis gratiam poſſidere.
Si autem hoc non potuerit: ſed euenerit
ei: vt perdat virũ/vidua perſeueret. Quod
quidem non ſolum poſt moꝛtem viri / ſed
etiã cum ille viuit/debet habere in animo:
vt etiam ſi non euenerit voluntas ipſius et
propoſitum a domino coꝛonetur/ ꝛ dicat/
hoc voueo/hoc promitto/ ſi mihi humanũ
aliquid quod non opto contigerit/nihil a-
modo faciam/ quã incõtaminata ꝛ vidua
perſeuerem ꝛc. Superfuderat hãc ſalſam/
quidem heremitarũ: de quo legitur in Vi-
tas patrum folio. cxij. litera F. ꝙ nouem
annis manſit impugnatus a cogitationi-
bus ſuis: vt exiret de congregatione fratrũ
ꝛ quotidie tollebat pelliculam ſuam in qua
iacere ſolitus erat: vt exiret. Et quando fie-
bat veſpere/dicebat ad ſemetipſum. Craſti
na die hinc diſcedã/ ꝛ mane dicebat in co-
gitatione ſua / extoꝛquebo mihi hic ſtare ꝛ
hodie propter dominum: qui cum imples-
ſet nouẽ annos/de die in diem ita faciens/
abſtulit ab eo dominus omnem tentatio-
nem eius: hec ibi. Simile legimus de ſan-
ctis Machario. in Speculo exemploꝛum
diſtinctio. ſecũda. exemplo. lxxviij. Refere-
bat idem Macharius: ꝙ quodam tempoꝛe
nimis ei moleſte fuerunt cogitationes va-
ne gloꝛie: ſcilicet vt qualicũq; non eijcerent
eum de cella eius / ꝛ de ſecreta heremi con-
uerſatione ſuggerentes ei: vt edificationis
gratia ad remedium ꝛ ſanitates hominum
Romam pergeret. pro ſalute animarũ mul
tarum. Inerat enim ei gratia domini con-
tra immundos ſpiritus. Et cum diutius
inſiſterẽt ei huiuſmodi cogitationes/ꝛ nec
oꝛanti ei ceſſarent / iactauit ſe pronius in
terram/ꝛ extendit pedes ſuos a foꝛis limen
oſtij cellule ſue clamans/ꝛ dicens/ trahite
demones. Ego enim pedibus meis nõ va-
do ſed ſi poteſtis / me hinc abducite. Ego
quippe teſtoꝛ deum / quia hic iaceo vſq;
ad veſperam/poſtmodum ſurrexit ad con-
ſuetum opus domini.

¶ Propinatio.

Viceſima prima conditio lepuſculi eſt Propinatio. Lepuſculo biperato ⁊ perfecte preparato ad menſam ꝓpinatur / affertur ⁊ offertur in duabus ſcutellis aureis ante conſpectū regis / vbi cū gaudio excipitur / ⁊ manducatur / regiq; incorporatur ⁊ vnitur. Et chriſtianus homo deuotus / ſicut predictū eſt perfecte preparatus / cū gloria corporis ⁊ anime / in celū / ante conſpectū regis regū dei optimi per manus angeloꝝ portatur. Inferior ſcutella eſt gloria corporis / ſupior gl'ia anime. Vtraq; aurea / q̄a gloria aīe / que aurea eſt redundat in corpus: ita vt clarius ſole efficiatur. Hic lepuſculus preſentabitur ad conſpectum dei altiſſimi ſuper mēſam: de qua Chriſtus dixit in euāgelio Luc. xxij. Ego diſpono vobis / ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnū: vt edatis ⁊ bibatis ſuper menſam meam in regno meo. Ibi manducabitur lepuſculus ille / dum deo per fruitiōem ⁊ perfectiſſimū amorē abſorbentē incorporabitur / ⁊ vnū fiet cum ipſo non eſſentialiter per reſolutionē in ideam quā habuit in deo / ſicut impiiſſimus ille Almaricus ſomniauit / ſed accidentaliter nō ineffabili coniunctus ſuo principio / in quo erit ſibi ſumma perfectio quies ⁊ refectio. Hoc facto collocauit Lepuſculus noſter in petra / que deus eſt cubiculū ſuum / amodo nullū canem infernalē / carnalem / aut mundialē timens quippe q̄ tunc abſconditus ſit in abſcondito faciem dei / nedum a cōturbatione hominū / ſed ⁊ demonū / ⁊ omniū creaturarū. Illic enī abſterget deus oēm lachrymā ab ocul' ſanctoꝝ: et ibi nec labor nec vll9 dolor.

Sed ꝓducamus grā exempli lepuſculum vnū contemptū. ⁊ tamen manibus angelorum ante conſpectū regis eterni portatum. Videte fratres qualiter ſors amboꝝ verſa ſit / vt hic gaudens / alibi lugeret: ⁊ econtra accidit eis / ſicut de Falcone ⁊ gallina contingit. Falco in vita honoratur / ſuper pugnum fertur / in puluinari ſtatuitur / bene paſcitur. At vbi mortu9 fuerit extra feneſtram proijcitur ſuper fimariū ⁊ vermibus ſcaturientibus putreſcit. Gallina vero omnino oppoſita ſorte potitur: dum viuit contempta eſt de Salario expellitur / omnes poſt eam diſcos iaciunt. At poſt mortem poſtq̄ fuerit aſſata fertur ad conuiuiū in quod prius non admittebatur / ⁊ in conſpectum regis ponitur in patellis ſupra menſam. Sic ſic fratres factum eſt cum diuite epulone ⁊ paupere Lazaro. Diues falco qui ſupra pugnum diaboli portabatur ⁊ paſcebatur in omni luxuria ⁊ abundantia ſicut audiuiſtis / ⁊ omnes in vita ſibi deferebāt. At poſt mortem eiectus eſt per feneſtrā cognitiōis dei in tenebras exteriores / vbi erit ſtridor dentium ſcaturiens vermibus. Vermis enim cōſcientie nunquā moritur: pauper vero Lazarus deſpecta gallina / in vita ita abiectus habitus: vt minime mice ſibi negarentur. Poſt mortem ab Angelis delatus eſt in duabus lancibus argenteis: id eſt in dotibus glorie anime ⁊ corporis ad menſam ſummi Regis / ſinum Abrahe vbi bibunt amici ⁊ inebriabuntur chariſſimi ab vbertate domus dei. Ad quam perducat nos dominus noſter Jeſus Chriſtus omniū ſaluator ⁊ redemptor Amen.

¶ Finis ſermonum de Celibatu monaſtico.

## Sermones de vita monaſtica ſub Typo triū pomorum aureoꝝ beati Nicolai.

¶ Feria ſexta in feſto ſancti Nicolai ad ſorores in Undis mane hora ſexta Anno .1496. Argētine.

¶ Mala Aurea in lectis argēteis: qui loquitur verbum in tp̄e. Prouerbiorum .xxv.

SAnctus Nicolaus (cuius hodie dies feſtus agitur ꝑ totam chriſtianitatem/ precipue aūt ī hoc ⁊ in alijs locis vbi patron⁹ eſt) depingi ſolet cum tribus pomis Aureis: ⁊ hoc ob notiſſimā elemoſynā quā fecit in pauperem patrem trium Filiarum q̄s proſtituere deliberauerat/ quatenus inde ſibi victū acquireret. Magna ſane res tres libras Auri diſtribuere in elemoſynā: ideo in exemplum noſtrum/ cum trib⁹ pingitur Auri maſſis ſiue pomis. Sed ſi intimius intuiti fuerimus/ inueniem⁹/ quia in corde ſuo tria precioſiora cuderit poma aurea/ eaq; in conſpectu domini obtulit: vtiq; acceptiſſima/ vnde ⁊ ea que extra fecerat efficiebantur accepta. Eſt mihi autem mens de illis aliquid loquendi/ ⁊ ideo aſſumpſi thema propoſitū: Mala aurea. ⁊c. Si is q̄ loquitur verbū in temꝑe debito/ comparatur aureis malis in argēteo lecto/ non inepte is qui nedum loquit̄ verbum ſed facit factum in tempore/ aureis malis comparabit̄ vel opera eius: mala ſiue poma/ recte appellari poſſunt. Sed q̄ ſunt illa poma Aurea que intus cudebat ſanctus Nicolaus: ipſa ſunt. Meritoriū cumulus/ Uirtutum habitus/ ⁊ Deus ſuperbūdicius: poma egregia q̄ intus habuit beatus Nicolaus. Ad preſens autē ſolum primū ꝓſequamur: alia (ſi fortaſſis dn̄o placuerit) poſteriori tempore tractabimus. Primum ergo pomum eſt meritoriū cumulus hoc plane pomū eſt aureum: ꝓpter conditiones pomi aurei ſcʒ precioſitatem/ continuitatem/ inutilitatem.

PRima cōditio pomi Aurei eſt p̄cioſitas ſiue nobilitas: fit nimirꝫ ex auro puriſſimo/ nō communi ſed electiſſimo conflatur quod ex optima mynera vbi ſol cum alijs ſtellis melius influit effoditur. Deinde celte examinatum eſt/ neq; hoc ſufficit ſed etiam igne probatur ⁊ depuratur: ⁊ tandem in figurā nobiliſſimam circularem/ orbicularem ſiue ſpericam funditur. Hanc plane conditionem puritatis precioſitatis ſiue nobilitatis: habet cumulus meritorinm. Videm⁹ hec ſecundum ordinem ſi placet.

¶ Primo nobilitatur Aurū ex ſolis influentia ⁊ aliarum ſtellaꝝ. Utiq; vbi meliores influentie ſunt ibi nobilius aurum generatur: ⁊ merita q̄ procedunt ex conſcientia puriore meliora ſunt/ plus enim buccella panis de pura conſcientia oblata proderit/ q̄ȝ de peccatoris cōſcientia munus magnum. Ideo iubetur Exodi. Omnis oblatio que offertur domino/ abſq; fermento erit. ¶ Secundo nobilitat̄ Aurum ꝑ examinationem celtis/ ꝑ hunc enim iudicat̄ ⁊ diſcitur eius bonitas vel ſi debita in eo reperitur ſoliditas celti obuians. Et opera noſtra tanto ſunt nobiliora/ quanto ſunt difficiliora/ ſtantibus alijs circumſtantijs/ nimirum maioris meriti eſt flagellatio vſq; ad effuſionē ſanguinis facta q̄ȝ ſi flabello molli dorſa lenimus. Et maioris meriti eſt dare neceſſaria q̄ȝ ſuperflua: Et difficili⁹ eſt dare corpus q̄ȝ res/ ⁊ ſpiritum q̄ȝ corpus. Et ideo merita per ſpiritum maiora ſunt his que fiunt de reb⁹/ ⁊ minora his que in ſpiritu fiunt. Unde Bernhardus/ Nullum dignius ⁊ vtilius exercitium eſt homini q̄ȝ in eo qd̄ melius habet/ ⁊ in quo ceteris animantibus ⁊ ceteris paribus ſu-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

is preeminet/quod eſt mens/vel anima.
Quanto igitur materia in quam agit eſt
nobilior ⁊ ipſi anime vicinior/tanto opera
que in ea fiunt ſunt difficiliora/⁊ per conſe-
quens nobilia. Unde difficile eſt hominē
ſe a rebus omnibus denudare: difficilius
corpus cum ſuis motibus reſignare: diffi-
cillimum autem/animam cum voluntate ⁊
alijs ꝑtinentibus ad eam/ a ſe penitus elō-
gare. Tertio nobilitatur Aurū per ignē.
Et merita per deuotionem. Quia quanto
eſt feruētior ⁊ ardentior/tanto opus quod
per eam offertur eſt nobilius coram deo/
vnde ⁊ in Leuitico p̄cepit dn̄s. Si offers
munus primiciarum dn̄o/torrebis ea igni
quicquid in ſeruitijs noſtris domino offe-
rimus in igne deuotionis ei offeramus/ ⁊
primitias torruimus. Quarto Aurum
nobilitatur per figuram orbicularem/dum
funditur in ſperā. Et opera meritoria/dum
diriguntur ⁊ fundunt in deum/tanquā in
vltimum finem: maximam contrahunt no-
bilitatem. Deus ſpera eſt/cuius centrum
eſt vbiq̄ circumferentia nullibi. Deus ſpe-
ra eſt ⁊ circulus/qui neq̄ iniciū habet ne-
q̄ finem. Omnia quecunq̄ facitis in ver-
bo aut in ope/omnia in nomine Jeſu faci-
te: Si finis bonus totū bonum/ergo ſi fi-
nis optimum/ totū eſt optimum. Ecce q̄
vere cumulus meritorum/dicitur pomum
aureum/ꝓpter eius precioſitatem ⁊ nobili-
tatem. Quod plane nr̄ Nicolaus: in cor-
de ſuo fudit ex auro puriſſimo/ nobilibiſ-
ſimorum meritorum/ꝑ omnes iam recenſi-
tos modos. Nonne ex pura conſcientia ꝓ-
dierant ſua opera/cum etiam in annis te-
nerioribus Eccleſie ſancte frequentans li-
mina/ſacro pectori/mandata conderet ſa-
gaciter. Porro q̄ ardua fuerit aggreſſus
opera/dum infantia teneriori decurſa: cor-
pus ieiunijs macerabat/edocuit hoc ꝙ ad
huc lactans abſtinentiā hanc exercuit: dū
quarta ⁊ ſexta feria ſemel dūtaxat ſugebat
vbera/dans virtutum ꝑmordia/hac vſus
abſtinentia. Deniq̄ quanta deuotio in eo
viguerit/nemo eſt q̄ neſciat/niſi q̄ eius hi-
ſtoriam nō legit. Quam Rurſus dilectio-
nem in deum habuerit/oſtendit erectio ſua
dum ſtaret in pelui iam primo natus/ſu-
pra inbecillitatem nature infantuli noui-
ter de vtero egreſſi.

SEcūda cōditio
pomi Aurei eſt Cōtinuitas
Siquidem in pomo Aurꝫ
eſt ꝯpactum non fruſtatim
aut minutatim/ſparſum eſt Aurū/in mul-
tas pecias: ſicut dum fuerit monetatum
ſed in vnā maſſā cōflatū ſiue cōfuſū. Et
cumulus meritorum/debet eſſe continuus
⁊ cōmaſſatus/ita ꝙ ſemꝑ ⁊ cōtinue/ bona
opera faciamus: ⁊ quaſi de fornace ex cor-
de noſtro feruenter iugiter ⁊ indeſinenter
fluant (inſtar auri qd̄ fundit) bone actio-
nes ſine interpolatione: fundentes campa-
nas/fundere non ceſſant/niſi forma ſit re-
pleta: ꝙ ſi ſteterit materia prius q̄ forma
repleatur/nihil effectum eſt/ſed de nouo vt
fundatur neceſſe eſt/⁊ omnis labor ꝑditus
⁊ vanus. Sic nimirum in actione bonorꝫ
meritorum oportet cōtinue ⁊ indeſinenter
fundere vſq̄ ad mortem. Jubemur hoc fa-
cere. i. para. Querite faciem eius ſemper.
Et ſic fecit Dauid: prouidebam inquit do-
minum in conſpectu meo ſemper. Et Eccle-
ſiaſtici dicitur/Uie illorum ſcilicet homi-
num coram illo ſunt ſemꝑ. Sed eſt ne poſ-
ſibile vt quis ſic indeſinenter bene operet-
vtiq̄: Et quomodo? hoc modo quo beat.
Bernhardus docet. Nulla inquit vnquā
ſeruum dei inueniat/non dico dies ſed nec
hora/niſi vel in exercitij labore vel profici-
endi ſtudio/vel in expientie dulcedine vel
fruēdi gaudio. Et quid hoc eſt inq̄s? hoc
eſt dicere cum gratia arriſerit/fortia facia-
mus. Si vero ſe ſubtraxerit/minora non
negligamus: quod ſi nihil poſſumus/hoc
ipſum ſaltem humiliando cognoſcamus/
⁊ ocium noſtrum (ꝑ intentionem vt repa-
rati amplius operemur) in deum dirigā-
mus: Sicq̄ fit vt ab alto ꝯtemplationis
remiſſi/ad opera dura fugiamus/in quibꝫ
laſſati meditatiōes vel oratiōes faciamꝰ in
quibꝫ ſi deficimus/ ociū noſtrum humili-
ter cognoſcamus/⁊ deſideriū deſiderij ha-
beamus vt dicere cum Pſalmiſta poſſimꝰ
Concupiuit anima mea deſiderare iuſtifi-
cationes tuas in omni tempore. Sicq̄ fit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

220



vt noſtra ſeruitia in omnia tempora ꝯtinu⸗
entur. Vah quantū theſaurum putas con⸗
gregabit/quantam auri molem/ pomi au⸗
rei meritorum/congeret in vnū/ qui ſic iu⸗
giter meretur. Exaudit nimirū qui eiuſmo⸗
di eſt/dominum hortantem. Theſaurizate
vobis theſauros in celis. Theſaurum vti
qꝫ infinitum iuxta verbum ſapientis. Infi
nitus theſaurus eſt hominibꝫ: Diues ni⸗
mis qui hunc theſaurum/ ꝛ veras diuiti⸗
as comportat. Si vis noſtrū Nicolaum
noſſe ꝛ eius in operibus bonis cōtinuati⸗
tionem/legito hiſtoriam ꝛ videbis: perga⸗
mus ad tertiam ꝯditionem.

TErtia conditio
pomi Aurei eſt Nihilipen⸗
ſio: diuites qui diuitias ſu⸗
as conflant in maſſas auri
vel alias in theſauruꝫ repo
nunt/illa ſic conflata vel in theſaurū repo
ſita nihil reputant: ſed ſe habēt quaſi ea nō
haberent/ neqꝫ ea computant: dicunt enim
cōmuniter/ non habeo pecuniaꝫ niſi decē
florenos cum tamen habeant mille cōfla⸗
tos. Et priuſqꝫ de mille vnum exponerent/
potius mutuarentur a vicino. Et vere diui
tes in bonis operibꝫ ſancti viri/magnorū ꝛ
multorum meritorū homines/qui magnū
poſſident aureum pomum/grandē cumu⸗
lum actionum virtuoſarū/omnia talia ope
ra que fecerunt in ſua eſtimatione inutilia
reputant/dicunt cum Dauid: Non in ar⸗
cu meo ſperabo/ ꝛ gladius meus non ſal⸗
uabit me: audiūt quod dominus in teſta
mento veteri dicit in Deutronomio: Sci
to ꝙ non ꝓpter tuas iuſtitias/domin⁹ de⸗
dit tibi terram hanc optimam/in poſſeſſi⸗
onem. Audiunt ꝛ qḋ in nouo Teſtamento
docet ꝛ hortatur: Cum feceritis omnia/di
cite qꝛ inutiles ſerui ſumus/dicite inquam
non ſolum voce ſed animo: ꝛ nedum ex iu⸗
dicio rationis/ ſed etiam affectionis habe
atur hec eſtimatio. Audiunt deniqꝫ Pau⸗
lum: qui ſe putat aliquid eſſe cum nihil ſit/
ipſe ſe ſeducit. Et quid habes qḋ non acce
piſti/ſi autem accepiſti/qd glorıaris qua⸗
ſi non acceperis: Vultis audire duos qui
hanc habuerunt eſtimationē. Iſaias ꝓphe
ta: omnia opera ſua viſitans exclamat/om
nes iuſticie noſtre ſicut pannus menſtrua⸗
te/proh domine deus/ ſi iuſticie noſtre ta⸗
les/quales erunt iniuſticie: Audi virum re
ctum/teſtimonium a deo habentem: Iob
loquor qui cum maxima opera faceret/nō
ſolum ea pro nihilo reputabat/ ſed pro eis
timuit puniri: verebar inquit omnia opera
mea/ſciens ꝙ non parceres delinquenti.
Magna plane/ꝛ rara virtus eſt/ ait beat.
Bernhardus: magna licet operātē magnū
te neſcias/ ꝛ manifeſtam omnibus tuam
te latere ſanctitatem/ magnū te eſſe ꝛ te ip⸗
ſum/a te ipſo vilem reputari: hoc tamen iu
dicium eſt omnibus ſanctis dei: qui quan
to maiora ꝛ nobiliora opera faciunt/tanto
minora vel penitus nulla reputant ſe feciſ⸗
ſe. Unde ꝛ Apoſtolus cum diceret/ plus
omnibus laboraui/dicit. Minimus ſum
Apoſtolorum. Sed que eſt cauſa huius
exinanitiōis: hec eſt quia tāto affectu bo
na faciendi ſunt repleti/ vt quicquid fece⸗
rint reſpectu bone voluntatis iudicent ni
hil factum. Felix huius anime officina/in
qua hoc aureum pomum meritorum cudi
tur vbi foculus [dic eſt] eſt conſciētia pu
ra. Incus ſpiritus ſiue cor. Feruor imbibi
tus quo calet ꝛ candet deuotio: ꝛ forma in
quam funditur eſt deus. Felix inquam of
ficina in qua ſic pomum cuditur ꝛ fundit
ꝛ a fuſione non ceſſatur: ſed iugiter die ac
nocte/omni loco ꝛ tempore deo ſeruit ope
rans ꝛ ocians: Et tamen ita ſilenter cudit
vt ſonus mallei non audiatur: im̄o ita oc
culte funditur vt etiam cudens ipſe ꝛ fun
dens/idipſum neſciat ſe facere omniaqꝫ bo
na opera a ſe ſint abſcondita/neglecta ꝛ re
iecta. Plane felix hec officina/ felix faber/
aurifaber ille. Veniet enim dies illa/ cum
producentur hec poma/noua ꝛ vetera/que
ſeruauit ſibi ipſe/ quem toto corde dilexit/
Ieſus chriſtus dominus/ cui gloria ꝛ im
perium/in ſecula ſeculorum. Amen.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Feria quinta Nicolai ad ſanctum Nicolaum in vndis Anno. 1468.

¶ Mala Aurea in lectis argenteis q̄ loquitur ꝟbum in tꝑe. Prouer. xxv.

Sanctus Nicolaꝰ cum tribus pomis depingitur in ſignū ſue miſericordie quam pauperi economo impendit. Sed habuit tria poma Aurea in corde. Primum erat. Meritorū cumulus/de quo dixi Anno. 1496. Eſt aliud virtutū habitus/de quo iam dicam. Tertium eſt deus ſuperbenedictus: quando ꝛ an de hoc dicturus ſim/ſcit idem dominus. Q, autem virtutum cumulus ſit pomū aureū inde patet quia ꝓprietates eaſdem habet.

Pꝛimo Pomū Aureum fundatur: Et virtutes ſecundum doctores infundunt/de tribus theologicis virtutibus/omnes conſentiunt in baptiſmate/ꝛ poſt peccatum actuale in penitentia/ꝛ de hoc eſt determinatio eccleſie. De virtutibus cardinalibꝰ/dicit Thomas: ꝙ ſic/alij ꝙ non. Sancti parum de hoc curabant de illis infuſis/lege vitas patrum/ꝛ aliorum vitas ſi de his/illam curioſam inuenias contentionem. Sic ꝛ nos ſinamus deum/intus occulte operari/qđ ſua miſericors benignitas ꝛ ſapiētia velit ꝛ dictauerit ꝛ gratias agamus credentes. Non enim earundem experientiam habemus/poſt enim penitentiam nō delectabilius quā ante operamur/quāuis ſignum acquiſiti habitus/ſit delectari in opere. Verum acquiſiti habitus/non tamen infuſi. Cur hoc ſit ſcire ſi volueris vide doctorem ſanctum ſcda ſcde. Nos ea q̄ reſpiciūt nos faciamus.

Secundo Pomū cuditur [wurt geſchmit] Et virtutes laboribꝰ ꝛ exercitijs noſtris acquiruntur/quicquid ſit de infuſis. Eſt hoc ad verbum vulgatum/ex actibus frequentatis gignitur habitus. Vis habere veras virtutes/eas vt acquiras labore iugis exercitij opoꝛ inſtar fabri/qui crebris ictibus ferrum cudit in maſſam. Vis habere virtutes humilitatis/liberalitatis/caſtitatis/charitatis/ſobrietatis/patientie/ꝛ manſuetudinis/ꝛ in deum pietatis/hec exercitijs actuū acq̄ras neceſſe eſt/declara de ſingulis virtutibus quemadmodum acquirātur/ſecundum ꝙ placuerit. Sed vt artificialiter cudas pomū hoc neceſſe eſt in ſubditis/vidiſtis queſo vnquā artificem ex lamina auri vel argenti ſolis ꝑcuſſionibus imaginem ſpecioſam formaſſe? Non puto: Quid tunc? quatenus aptam formā ex lamina formet nunc eam ſuo inſtrumento leniter ꝓmit ꝛ ꝑcutit/ꝛ poſtmodum planat/nunc etiam diſcreto leuamine lenius leuat ꝛ informat. Sic ꝛ vos ſi pueros veſtros cupitis moribus ornatos eſſe neceſſe eſt/vt cum depreſſionibꝰ verberum impendatis eis paterne pietatis ꝛ manſuetudinis leuamen atq; ſubſidium/tenera quidem teneris ſicut ꝛ ipſi teneri ſunt: lac ſcilicet non ſolidum cibum ꝓbentes eis nec dū ad etatem ꝑfectā ꝑuectis. Hec Anſhelmꝰ libro ō ſimilitudinibꝰ cap. 78.

Tertio Pomum purificatur: Sic ꝙ fit de auro puriſſimo. Et tu nitere/vt acquiras virtutes/non qua[illegible] ſed puriſſimas ꝛ perfectiſſimas. Et triplex genus virtutum humanarum. Sunt politice/purgatorie/ꝛ purgati animi/declara. Politice paſſiones molliunt idest ad medietatem reducunt. Purgatorie paſſiones extrudūt. Purgati animi paſſiones neſciunt ad las conare. Sic iubet dominus: Sic paulus. Emulamini cariſmata meliora ait Paulus/ꝑfecti eſtote ſicut ꝛ pater veſter perfectus eſt ait dominꝰ omnipotens.

## QVarto Pomū

Q rotundatur/ꝛ in figuram ſpe⸗
re redigitur. Et virtuees effici
unt hominem rotundum / ad
omnia aptum/ in proſperis ꝛ aduerſis /in
omnibus locis/ad omnes perſonas inſtar
Ericij inuoluti/ſinit ſe volui ꝛ reuolui / de
eternis nihil curans/intus enim eſt apud
ſe tutus/aſſimilat Ariſtoteles: virtuoſum
quadrato/ſicut teſſera eſt: teſſera ſiue qua⸗
dratum. Sic ſtat in aſſe ſiue vnione /ſicut
in ſenione . Et virtuoſus ſtat tam firmus
ꝛ immobilis in aduerſitate vituperio/pau
pertate/infirmitate/ſicut in ſenione proſpe
ritatis/laudis /diuitiaꝝ / ꝛ ſanitatis . Si
gnum ꝯpoſiti animi eſt ſecum poſſe conſi⸗
ſtere ait Seneca: Cattū in caueam quocū⸗
ꝗ appenderis/ſemper cattus eſt: Et tu ſi lo
cum centies mutaueris/idē manebis /fac
te intus componas [ bleib do du biſt vnd
vber wind daz in dir iſt/ſo werdē dir glich
alle ſtet/vnd alle menſchen gerecht ].

## QVinto Pomū

Q reputatur precioſum/eſt Au
reum pomum. Et inter om
nia huius mundi hominis
bona /precioſiſſimus eſt virtutum cumu⸗
lus/facit hominem in ſe precioſum/o quan
ta contempta res eſt homo/niſi ſupra hu⸗
mana ſurrexerit ait Seneca . Hoc autem
fit per virtutes: melior eſt vnus timēs deū
ꝗ̄ mille filij impij: Facit precioſum deo q2
acceptum. Facit opera precioſa que alias
nulla eſſent. Multa ad propoſitum inueni
es in ſumma Lugdu. de virtutibus / que
applica.

## SExto Pomum

S Aureū inſinuat. Et in ſinū
ponit ſiue abſcondit: ꝛ illo
habito/nos diuites reputa⸗
mur etiā alijs cōtemptis . Et virtus inſi⸗
nuat ſinui cordis tanquā ꝑcioſiſſimus the
ſaurꝰ ꝛ Aureū pomū. Eſt theſaurus plane
ꝛ poſſeſſio optimo loco ſita . Poſſeſſio cir⸗
ca ciuitatem eſt bona/inter muros melior/
inter propriam domum optima. Sic vir⸗
tus intus eſt in anima . Vere hec diuitie
ſunt. Sicut Senece multe auctoritates/
ꝛ beati Bernhardi ſonant . Quas quere
in Summa Lugdunenſi . Recte vulga⸗
riter dicitur de ea quā corripit mater/ꝛ do
cet virtutes/ ꝙ aurum ſibi ponit in ſinum
Eſt exemplum cuiuſdam Philoſophi/qui
cum omnia perdidiſſet/ vxorem ꝛ liberos/
ꝛ ſolus de incendio euaſiſſet: Reſpondit
querenti viatori / an aliq̄d ꝑdidiſſet/nihil
perdidi/ bona mea mecum ſunt.

## SEptimo pomuꝫ

S aureum letificat/ aurum de
ſui natura letificat. Non ſo⸗
lum/quia eſt reuelatiuum ne
ceſſitatū: vt in Economo pa⸗
trefamilias Nicolai/qui Le
tus fuit/ dum recepiſſet libras auri: vt di⸗
cit hiſtoria. Sed etiā q2 a natura hoc habꝫ
aurū/ꝙ letificat. Et virtutes vere/pure/ꝛ
continue letificant/ letificant mūdana/ſed
non continue. Sed inſtar puncti ꝛ ſplen⸗
dorꝭ gaudet hypocrita inſtar puncti. Sed
virtus inſtar continui non intercepti lumi
nis. Non pure deniꝗ/ quia ſemper reſper⸗
ſum amaritudinibus. Gaudium autē vir⸗
tutum continuū ꝛ purum. Et quid mirum
ꝙ ſemꝑ gaudet virtuoſus animus? Cum
in loco mundo ſue conſcientie iaceat lectu
lus noſter floridus . Et ſanus ſit factus
a morbis vitiorum. Liberatuſꝗ a pecca⸗
torum vinculis/ꝛ eorum ſeruitute. Quie⸗
ſcatꝗ a cruciatu cogitationum tumultuo
ſarū ꝛ affectionū/ꝛ vermis conſcie. Habe⸗
atꝗ cōuenientia ſibi. Nam natura ꝛ vir⸗
tus bene cōueniunt/ſecundū beatū Bern⸗
hardum. Diſcrete regat corpus/vnde dele
ctatio. Et ſuper omnia ſua ſemper fiat vo⸗
luntas: quia conformat ſuā voluntatem di
uine. Itaꝗ cum dei volūtas ſemper fiat:
etiam ſua ſemper fit. Ergo gaudet ſemper/
hec ex ſum. Lugdunē. Cum igitur tanta
bona afferat nobis hoc aureum pomū/co
nari debemus: vt acquiramus per oratio⸗



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nem/ impetremus a domino deo/ per ſan
ctos ſuos: quatenus in nobis fundatur.
Et per noſtri liberi arbitrij conatum vt ac-
quiramus fabricando per exercitia ꝛ indu-
ſtrias noſtras. Hoc omnes facere debent
chriſtiani/quia hoc opus eorum/ideo huc
venimus /ideo precepta ꝛ ſacramēta vt bo
ni fiamus recepimus/precipue autem reli-
gioſi ꝛ clerici/ qui in fornace ꝛ fabricatorio
conſtituti ſunt/ſiue in ſchola virtutum po-
ſiti/ad hoc niti debent neruis ampliſſimis
alias fruſtra laborant. O vtinam in calce
is aureum hoc pomum reperiremus / do-
no ſancti nicolai. Reperies plane in calceis
hoc in exemplis ſanctorum: hec vti calcei
ſunt/vt ait gloſa ſuper id calciati in prepa
rationem Euangelij pacis. Calcei ex pelli-
bus animalium fiunt mortuorum/ſic ꝛ ex-
empla ſunt pelles ſanctorum ſiue conuerſa
tiones exteriores. Luſtra illos calceos ꝛ ꝑ
contare/ꝛ vide ſi tibi in eis reperias poma
aurea virtutum/pleni nimirum ſunt virtu
tibus hi calcei. Ibi ergo quere. Rogemus
dominum.

¶ Feria ſexta feſtum ſancti Nico
lai ad ſanctum Nicolaum in
vndis poſt prandium.
Anno.1499.

Mala aurea in lectis argēteis q̄ lo
quitur verbum in tempore. Pro
uerbiorum.xxv.

DEpingitur bea-
tus Nicolaus cū tribus po-
mis aureis in manu / in me-
moriam miſericordie quam
fecit pauperi illi nobili/ qui ſtatuerat pro-
ſtituere tres filias: quemadmodum in ſua
legenda diffuſe continet᷑. Extruſerant per
man⁹ eius/tres illas libras ſiue aurea po-
ma/aliq̄ q̄dā intus in corde ſuo exiſtentia
poma/quemadmodū clauus clauo extru-
ditur. Quorum Primū erat meritorū cu
mulus/de quo dixi anno.1496. Scōm
virtutū habitus/ꝛ de illo dixi anno ꝓxime
p̄terito ſcꝫ.1498. Tertium eſt deus ſup be
nedictus ꝛ de hoc dicam hoc anno in pre-
ſenti ſermone. Et ſe debito ordine ſequunt᷑
Nam ex actibus generantur habitus vir-
tutum ꝛ in corde virtutibus predito habi
tat dominus virtutum: Deus igitur be-
nedictus eſt tertium pomum aureum / q̄
habet in ſe auri ſimilitudines multas. Sꝫ
ſeptem in preſentiarum producam.

PRimo aureum
pomū eſt ex auro nobiliſ-
ſimo ꝛ precioſiſſimo me-
tallo. Et deus eſt nobiliſ
ſimū ens/q2 puriſſimus actus/quia ꝑfecti
ones omnium creaturarum eminentiſſime
continens: vnde ꝛ inter vias perueniendi
ad dei cognitionem / vna ponitur per emi-
nentiam/alia per cauſalitatem/tertia ꝑ ab-
negationem ſm̄ Dyoniſium vt allegat ſan
ctus Thomas. diſt. iij. primi/ in principio
diſt. Inde ꝛ appellatur deus pelagus en-
tis infinitum/vt Gerſon dicit/in de ſimpli
ficatione cordis: de hoc poteſt intelligi au-
ctoritas Eccleſiaſt. xxv. Quaſi vas auri
ſolidum ornatum omni lapide precioſo/id
eſt omnium creaturarum ꝑfectionib᷒.

SEcundo aurum
eſt durabiliſſimum inter om
nia metalla/ tantū enim ha-
bet durabilitatem/ q̄ ſi quā
do in igne liquefiat aut diſſoluitur/ibi ta-
men non conſumitur/ſed purgatur: nec ibi
deficit aut minoratur/nec pondere nec pal
lore. Et deus eſt durabiliſſimus/ q2 immu
tabilis/immortalis eternus/ quēadmodū
in ſumma cōtra gentiles beatus Thomas
oſtendit: Et nedum ipſe ſed ꝛ omnes homi
nes diuini ꝑſeuerantes ſunt ꝛ ſtabiles/ q̄
nullus ignis tribulatiōis aut tētatiōis ad
uerſitatis aut pauptatis/ quāuis ipm̄ affi
ciat ꝛ inflammet/ nō tñ ꝑ aliquod deficit.
Nec ꝑ impatientiā in meriti valore vel pō
dere minorat᷑/ſed potius purgat᷑ a peccat̄
ꝛ vicijs ꝛ in gratia ꝑfectiōis ꝑſiſtit. Et ſic
Salamādra in igne tribulatiōis viuit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

**Tertio pomum**
aureum eſt ſpericum [ kuge
lecht. ] Et deus ſecundum
philoſophos eſt ſphera in⸗
telligibilis : cuius centrum
eſt vbiqꝫ circũferentia nullibi: de quo pul⸗
chre loquitur Gerſon ſuper magnificat tra
ctatu. ix. Tu ſic accipe o frater: quia deus
eſt vbiqꝫ/ totus vnus/ et in qualibet parte
totius mũdi totus. Sicut anima in cor⸗
pore et in qualibet eius parte. Diſce ergo
in omni loco exhibere reuerentiã deo tuo:
quia oculi domini in omni loco contem⸗
plantur bonos et malos: de quo bea. Tho
mas in prima parte.

**Quarto pomum**
aureum eſt ſplendens / neqꝫ
ſplẽdor eius/ ſe immiſcet aut
deturpatur rebus. Nam bra
ctea (vt dicitur in Speculo naturali ) etiã
ſi inter pulueres reperiatur. non tamen eſt
eis mixta etc̃. Et deus eſt quoddam lumen
Nam dicit eccleſia lumen de lumine. Et Chri
ſtus ait: Ego ſum lux mũdi etc̃. Et beatus
Auguſtinus in libro de cognitione vere vi
te docens in oratione de deo cogitare aſſe⸗
rit ꝙ non ſit propinquior modus/ ꝙ̃ eum
vt lucem quãdam infinitam cogitare. Vi⸗
de ibidem. Inde dicitur ſapiẽtie ſeptimo.
Candor lucis eterne/ et ſpeculum ſine macu
la/ vbi et dicitur immediate ante illa verba
ꝙ non deturpatur. Videmus ꝙ ſplendor
non deturpatur. Et neqꝫ deus quãuis ſit
vbiqꝫ: vt dictum eſt. O diuine homo vi⸗
de/ ne inficiaris ex contactu rerum tempo⸗
ralium per affectum. Vide in dictionario
verbo aurum.

**Quinto aurum**
eſt cõmunicabile. Eſt enim
metallum quod ad volun⸗
tatem artificis ducitur/ pli
catur/ et dilatatur/ in tantũ
ꝙ propter ſui dilatationem in tenuiſſimas
laminas conuertit/ et tandem filatur/ et ne⸗
tur: vt dicit in Speculo naturali et dictio⸗
nario. Et deus cõmunicat ſe mirabiliter ad
intra et ad extra. Ad intra per generatiõem
filij/ et ſpirationem ſpiritusſancti. Nam to
tam eſſentiam/ cõmunicat filio/ et ſpiritui⸗
ſancto. Sola enĩ proprietate relatiua diffe
runt. Porro ad extra ſe cõmunicat per crea
tionem/ tot et tantarũ creaturarum, vbi po
tentia patris/ tam pulchrarum/ vbi ſapien
tia filij: tam bonarũ/ vbi bonitas ſpiritus
ſancti oſtenditur. Nedum aũt per creatio⸗
nem ſe cõmunicauit: ſed etiam per recreati⸗
tionem/ ſiue redemptionẽ: dum factus eſt
homo paſſibilis: paſſus et mortuus. Gran
dis cõmunicatio auri: vt deus impaſſibi⸗
lis imortalis/ fieret homo paſſibilis et mor
talis. Et candor lucis eterne ſic obfuſcare⸗
tur carne et liuore. Tanqꝫ enim leproſus et
nouiſſimus virorum reputatus eſt. Mira
batur hoc Propheta Jeremias trenorum
quarto: Quomodo obſcuratũ eſt aurum/
mutatus eſt color optimus. Et quid mi⸗
rum: cum bonum ſit diffuſiuũ ſui ipſius.
Et tu quoqꝫ fac ſimile. Fac ſis cõmunica⸗
bilis per libertatem in cõmunicando pau⸗
peribus elemoſynas: vt in dictionario dici
tur. Sic ſanctus Nicolaus fuit cõmuni⸗
catiuus. Sed ais monialis ſum/ non ha⸗
beo quod dem. Habes o ſoror da cor/ ſis
in primis contenta in modicis/ et ſic eris te
nuis inſtar auri. Effluc deinde in ſuauita⸗
te erga ſorores in moribus ſuauibꝫ. Exeas
a te et dimittas te/ et inuenies te. Noli q̃rere
que tua ſunt: ſed que Jeſu Chriſti/ perde te
et inuenies te/ et econtra.

**Sexto aurũ per**
cuſſum non reſonat. Percu⸗
titur Deus linguis blaſphe
mantiũ/ manibus male ope
rantiũ. Et quis magis diſſimulare poſſet?
plane nemo hoĩm: neqꝫ ipe poſſit/ niſi eſſet
omͥpotens. Deus: qui operam tuã maxie
parcẽdo et miſerãdo manifeſtas. Itaqꝫ be⸗
nignius eſt/ et miſericors/ paciens/ et multe
miſericordie/ et preſtabilis ſup malicia Jo⸗
helis. Item Paulus lõganimis et paciẽs
tu autem theſauriſas tibi iram etc̃. Sed re
compẽſabit grauitate pene diſſimulatiõem
illam: vnde Valerius Lento quidem gra⸗



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

du ad vindictam ſui diuina procedit ira/
tarditatemq; ſupplicij grauitate compēſat
libro primo capitu.ij. Et pſalmus. Dedi/
ſti timentibus te ſignificationē: vt fugiant
a facie arcus: qui quāto moroſius ⁊ diuti/
us trahitur/ tanto fortius ꝑcutit. Rurſus
aurum hoc quod deus eſt non reſonaſſe/
dum percuteret/ oſtendit illud quod Chri/
ſtus deus ſecundū humanitatem/ cum per
cuteretur/ ⁊ duceretur/ ſicut ouis ad occaſi
onem/ tacuit coram Caypha / Pilato / et
Herode ⁊c.

**S**Eptimo auruꝫ
eſt virtuoſum [Krefftig/]
quia multos effectus vti/
les ꝑducit ⁊ nobiles. Sic
et deus.

¶ Primo. Aurum cōmeſtum prodeſt ⁊
prorogat vitam ſecundū medicos. Et deus
cōmeſtus facit hominem viuere: Joan. 6.
qui manducat hunc panem / viuet in eter/
num: quid eſt manducare hoc aurum? ni/
hil aliud eſt quā in eum credere fide forma
ta/ ⁊ quanto magis credis ⁊ amas/ tanto
magis comedis/ ⁊ magis ſpiritualiter vi/
uis. Cur autem hoc credere vocetur man/
ducare: dico ꝙ propter quandam ſimilitu/
dinem: quia in manducatione/ cibus con/
uertitur in cibatū: hic econuerſo. Non qui
dem ſubſtantialiter/ ſed accidentaliter ⁊c.
Et dominus cepit occaſionem huius ſimi
litudinis/ ex miraculo quod fecerat in pa/
ſcendo multa milia hoīm in panibus ⁊c.

¶ Secūdo. Aurum letificat/ ⁊ deus ha/
bitus letificat: Jmmo ſancti aliunde letifi/
cari nolunt: ſed dicunt cum Pſalmiſta. Re
nuit conſolari anima mea. Memor fui dei
⁊ delectatus ſum.

¶ Tertio. Aurum refrigerat/ vnde (vt di
citur in Speculo naturali) cum dieſcit fri
geſit / quod ſentiunt tenentes anulos in
manibus. Et dū oritur Sol iuſtitie/ Chri
ſtus deus noſter/ refrigeramur ab eſtu car/
nalium deſideriorum/ venite ⁊c. ⁊ inuenie/
tis requiem aīabus/ ⁊ Jeremie. 6. Refri/
gerium animabus veſtris.

¶ Quarto. Facit ſpernere alia: qui ha/
bet auri multum/ parū curat de alijs. Ve/
re/ qui habet deum/ parum curat de alijs.
Docuit hoc beatus Nicolaus/ qui floc/
pendebat hereditatem paternā / quia eam
diſtribuit/ ⁊ honores contempſit. Patet in
beato Franciſco/ qui dixit: Deus meus et
omnia ⁊c. Patet in religioſis/ in ⁊ extra
monaſteria: qui relinquunt omnia propter
deum. Ve illis/ qui poſtea perdunt deum
quia tunc per totum nihil habent / ⁊ inter
duas ſedes cadunt. Fac ergo recipias de/
um/ ⁊ retineas pomū hoc aureum. Expan/
de manus: vt accipias: quia nemo refrige
rium ſentit pomi aurei/ niſi accipiat. Sic
⁊ dei. Sed quibus manibus? Non corpo
ris/ ſed cordis. Et que ſunt hee manus?
Cogitatio ⁊ affectio. Cogita deum per fi/
dem: id eſt ea que tibi recitantur in ſimbo/
lo/ illa recenſe die feſto/ ⁊ acua. Saltem ſi/
cut mercator computum facit/ ⁊ habet me
moriam denariorum. Sic tu fac per ſingu
los articlos. Jdeo feſti dies inſtituti ſunt:
Et tunc habes deum in ſiniſtra manu:
Sed ⁊ precepta cogita/ tanquā regulam
operum tuorum: ⁊ illa ſemper intuere in
omni opere tuo cogitans / an ſint ſecun/
dum regulam/ iſtar latomi: qui vbi manu
tenet malleum/ qua abſcindit/ aliam regu/
lam tenet/ ſecundum quā abſcidit. Ecce ſi
niſtram manu. Deinde Spera/ time/ a/
ma/ delectare in domino/ aut opta amare/
ſperare / delectari ⁊c. Et habes deum in
dextra: O domine deus meus/ quam ple/
nam habemus nos docti ſiniſtram. Sed
in dextra nihil / dextra eorum dextra ini/
quitatis.

Ceterum/ ſi manus ille fedate ſunt/ pur/
ga eas. Siniſtram ab erroribus ⁊ fanta/
ſijs / Dextram a malis voluntatibus et
amoribus/ deſyderijs mundanis et cetera.
Niſi enim ſic feceris/ fruſtra expectabis po
mum aureum dei / vnde precedentes ſe/
quuntur effectus: ſcilicet refrigeratio/ con/
temptus temporalium/ et cetera.

Sed quid de nobis fit/ domine deus me/
us? Jd quod de pueris/ quibus preſtan/
tur poma ⁊ pira liba mellea/ et cetera. Qui
dum veniunt portantes in manibus/ lar/
dum ⁊ panem ſiligineum/ non poſſunt red

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pere in manus iā repletas lardo munuſcu
la meliora. Et tamē timent eijcere lardum:
immo ſi eis auferẽ/plorant. Nihilominus
poſt paſſam vim ⁊ viſum precioſorū eis lo
co precedentiū compeſcunẽ traditorum/⁊
ſtant cōtenti. Ita vt etiā ſi eis retribueren-
tur ablata lardū ⁊ panis ea non reciperent
Sic per oīa nobiſcum agiẽ/ pueri ſumus
inſenſati ſtulti ⁊c. Habemus manus intel
lectus ⁊ affectus plenas lardo cogitationū
⁊ affectionū carnalium/ ⁊ eas niſi abieceri
mus/ non recipere poterimus ſanctas co-
gitationes ⁊ affectiōes circa deum. Q, ſi
cogimur relinquere temporalia in exteriori
bus:ſcilicet auferendo ſuperflua veſtimēta
fercula/delectationes/confabulatiōes/con
ſolationes ⁊c. Repugnamus / clamamus
Mordeio. At vbi loco earum data fuerint
munera interiorū conſolationū ⁊ pacis cō-
ſcientie. Jam etiā ſi preſtarenẽ nobis prece
dentia ablata ea aſpernaremur. Hoc ꝯtra
moniales querentes conſolatiūculas ſuas
in garrulationibus ſuis ⁊ alijs vanis:que
grauiſſime indignanẽ / cum corripiunẽ ſu-
per illis/ ⁊ eis auferunẽ. Eijce o ſoror pira
⁊ lardū temporaliū rerum: ⁊ accipe pomū
aureum/deum ſcilicet in cogitatione ⁊ aui
ditate/⁊ habebis effectū eius ſiue fructum
hic pacem in conſcientia / ⁊ alibi in eterna
patria/ ad quā perducat nos Pater Fili-
us/et Spiritusſanctus Amen.

Finit de tribus pomis au-
reis beati Nicolai.

## Sequūtur nunc sermo-nes vigintiunus: de Aſcenſio-nibus in contēplationē.

¶ Aſtitit Regina a dextris tuis
in veſtitu deaurato. pſal. xliiij.

Tria ſunt ge
nera chriſtianorū bo
norū/ deo placentiū.
Primi ſunt incipien
tes/⁊ hi induti ſunt:
veſte ſtragulata. Se
cundi ſunt proficien
tes: ⁊ hi induti ſunt
veſte deargentata.
Tertij ſunt perfecti:
⁊ hi induti ſunt veſte deaurata: de quibus
verba Thematis intelligi poſſunt. Aſtitit
Regina ⁊c. Sunt enim tales anime Regi
ne: quia ſe regunt/ ⁊ deo in charitatis ma-
xime veſtitu deaurato aſſiſtunt. Inter q̄s
eſt principaliſſima ſancta mater ꝺgo Ma-
ria: que maximam habuit inter puras crea
turas charitatem: vnde ⁊ dicta eſt/ Sole
amicta: quare ſingulariter de ea intelligi
poteſt verbum thematis. Aſtitit Regina a
dextris tuis: qui deus es/ad quem hodie
trīna aſcendit: preſentata in templum aſſi-
ſtens deo: ⁊ perfecta charitate ei adherere
cepit. Hiſtoria duplex eſt tu dic ad placi-
tum. Sed ais: et quemadmodum nos ad
eam: ſcilicet perfectam charitatem perueni
re poſſemus. vt etiam ſic aſſiſtere poſſemus
deo a dextr̄ eius in veſtitu deaurato? Re-
ſpondeo breuiter/ ꝙ quindecim gradibus
aſcendere oportet: quos ponit Gerſon in
tractatu de practica myſti. Ipſi ſunt. Pri-
mus dei virtutē attendere. Secūdus pro-
priam complexionē agnoſcere. Tertius of-
ficium propriū vel ſtatum reſpicere. Quar
tus ſemetipſum ad perfectiōem extendere.
Quintus occupatiōes effugere. Sextus
curioſitatem deponere. Septimus longa-
nimitatem aſſumere. Octauus affectioni-
onis origines aduertere. Nonus tempus
idoneū inquirere. Decimus locū idoneū
querere. Undecimus ſomno moderāter in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dulcere. xiij. meditationibus inſiſtere. xiiij. Situm cōuenientē aſſumere. xv. Spiritū a fantaſmatibus auertere. Hec curſorie et perfunctorie ſolū ſummatim declaraui: de his gradibus dicturus ſum deo concedente per illud tp̄us aduētus diebus: quibus cōtigerit me predicatū ire. Et ad ſctām Katherinā primū gradum expediā. Reliquos autem poſterioribus diebus hic in eccleſia Cathedrali: Rogemus ꝛc.

¶ Sabbato feſtum ſancte Katherine ad ſanctam Kathe.

Aſtitit Regina a dextris tuis in veſtitu deau. Pſal. xliiij.

PRimus gradus eſt dei vocationem attendere. Qui vult ad dei contēplationem etiā in hac vita peruenire neceſſe habet aſcendere per quindecim gradus. Sicut Maria in templū/ quo ꝛ ſancta Katherina in monte Synai per Angelos euecta aſcendit. Horū graduū primū hac hora ſtatui declarare. Reliquos autem ſequentibus feſtiuis diebus per hunc aduentū abſoluā in eccleſia Cathedrali.

Primus: vt dixi gradus eſt dei vocatiōem attēdere. Sed ais: ꝛ quid dices de hoc gradu. Rn̄deo ꝙ ſeptem verba ſiue dicta.

¶ Primo igit̄ dico/ ꝙ deus vocat ad ſalutē omnes hoīes/ ſi quidē vult oēs hoīes (ſcd̄m Apl̄um) ſaluos fieri. Hinc ille naturalis apud vniuerſos indelebiliſq; ad beatitudinē appetitus. Sed ais/ ſi vult om̄es hoīes ſaluos fieri. Ergo om̄es ſaluabunt̄. quecunq; em̄ voluit/ fecit: ꝛ nemo p̄ōt reſiſtere eius voluntati. Rn̄deo ꝙ hic eſt fallacia equiuocationis. Nam hic volūtas accipit̄ ſimpliciter pro voluntate dei: qua vult antecedētia ꝛ neceſſaria ad ſalutē/ que ſunt liberū arbitriū/ preceptū/ ꝛ conſiliū/ ꝛ aſſiſtentia conſilij ꝛ auxilij. Hec autē tria dat deus cuilibet homini: dic ad placitū.

¶ Dico ſecūdo/ ꝙ per hanc viam diuine vocatiōis/ alius ſic/ alius ſic ambulat/ ſm̄ diuiſiones gratiaꝝ/ aministrationū/ ꝛ operationū: vt deducit Apl̄us. Alij quidē per ſpiritū datur ſermo ſcientie/ alij fides/ alij gratia ſanitatū/ alij opera virtutū/ alij prophecia/ alij diſtinctio ſpirituū/ alij gratia linguaꝝ/ alij interp̄tatio ſermonū. Hec autem oīa operat̄ vnus atq; idem ſpiritus: diuidēs ſingulis: prout vult. Sicut corpus vnū eſt/ ꝛ membra habet diuerſa officiaq; varia. Ecce ꝙ ſermo ſapientie: qui cū gratia contēplationis plurimū ſimilis eſt/ vel idem reputat̄/ datur per ſpiritū huic/ aut illi/ non cibus/ ſicut nec gratia ſanitatū: nec fides: hoc eſt vt arbitror pax in credendo/ nec operatio virtutum: nec prophetia: ꝛ ita de reliquis.

¶ Dico tertio/ ꝙ non oportet vniuerſos ad ſapientie vel contēplationis ſtudium ſe tradere/ patet hoc p̄mo/ ex iā dictis. Nam quemadmodū non oēs vocatos ad gloriā adipiſcendā conari cōuenit: ad quālibet adminiſtratiōis/ vel operatiōis gratiā indifferenter. Sic nec vniuerſos oportet ad ſapientie/ vel contēplationis ſtudiū ſe tradere. Hoc in ſcientijs vel artibus docuit etiā Philoſophus ꝛ poſt eum Tullius debere politiſantes attendere: quia non om̄ia poſſumus oēs. Et hoc clarius eſt/ ꝙ̄ vt curioſius indigeat declarari. Sed ais/ quomodo ſciet homo ad quā operationē in myſtico corpore ſit aptus.

¶ Dico quarto/ ꝙ aſſignatio cauſarū in particulari eſt varia ꝛ frequēter electio difficilis: iudicādo de quolibet: tu ad hāc operationē in corpore myſtico: tu ad illam electus es/ coneris facere certā vocationē tuā ad ſalutem. Predicti vero non mediocriter conſiliū accipere: ꝛ accepto credere virorum expertorū ſpiritualium: q; quales iudicant de oībus. Iuuat inſuper circūſtantias perſonales attēdere: vt corporis ſic vel ſic complexionati. Status quoq; in rep. loci preterea ꝛ temporis/ vel memorie ꝛ iudicij: aut qualis in iraſcibili: qualis in rōnali: qualis in concupiſcibili reperitur.

¶ Dico igitur quinto/ ꝙ non om̄es vocati ad gratiā contēplatiōis: equaliter poſſunt in ſublime ſe ferre: quidam ſeruiliter: quibus mercenarie/ quidā filialiter. Hinc facit vt non oēs ad gratiā vocati contēpla

tioís:poſſunt quãdoqꝫ ſublimius ferri in deũ trepidi ꝛ anxij/tanqꝫ in ſeueriſſimũ iudicem ſuũ/ꝛ magiſtrũ Auſterum:cuius irreuocabilis eſt condẽnatio. Rugiũt hi frequẽter a gemitu cordis ſui: plangentes ad deũ:Quis nouit poteſtatẽ ire tue/ꝛ pre timore tuo iram dinumerare? Et illud ſi iniquitates obſeruaueris domine:dñe quis ſuſtinebit? Illud inſuper/ non intres in iudiciũ cum ſeruo tuo dñe: quia non iuſtificabit in conſpectu tuo oĩs viuens. Rurſum quoqꝫ / Dñe ne in furore tuo arguas me ꝛc. Et varia in hanc ſniam apud iſtos non tam deſideratur premiũ:quantũ eternuz ſupliciũ formidatur: quale ꝑfecto formidare cautũ ꝛ licitum eſt. Inuenies alios/quos mercenarios dicimus : quia mercedem pro obſequio celeſtem expetũt a deo/tanqꝫ rege liberaliſſimo:aut tanqꝫ a patre miſcdiarũ:ꝛ totius cõſolationis/dicẽtes ei. Pater peccaui in celum:ꝛ coram te:ꝛ iam nõ ſum dignus vocari filius tuus:fac me ſicut vnuz ex mercenarijs tuis. Et hi quidẽ recte agũt tanquã filij ſibi male conſcij: ſed non vſqꝫquaqꝫ ad perfectum. Sunt alij rariores: qui animo neqꝫ ſeruili/ neqꝫ mercenario:et pluſqꝫ filiali rapiuntur in deum/ velut obliti ſue ſeruitutis/ſiue mercedis ſue paternalis auctoritatis ſociantur ei:velut amicus ad amicũ: immo ſuauiori familiaritate coniũguntur ei:ſicut ſponſus ad ſponſam/ dicit ex ſententia:qui huiuſmodi eſt. Dilectus meus mihi/ꝛ ad me conuerſiones eius. Et illud quid enim mihi eſt in celo(ſcilicet pro mercede)ꝛ ad te quid volui ſuper terram (ſcilicet pro ſuplicij vitatione) defecit caro mea/ ꝛ cor meum: deus cordis mei: ꝛ pars mea deus in eternum.

¶ Dico ſexto/ ꝙ hec tria genera hominũ appellantur incipientes/proficientes/ꝛ perfecti. Numeramus eñ primos inter incipientes/alios inter proficientes:perfecti ſunt reliqui. Ita tamẽ vt ad Priorem ſimilitudinem:crebro ſeſe reuocent/ ſe arguant/ ſe habere iudicem ſeueriſſimũ ſe magiſtrum vel dominũ/ vel patrem conſeruatorem/ vltoremqꝫ negligentiarũ: cum tota mentis proſtratiõe recogitent:alioquin vereantur illud. Niſi in timore dei inſtanter te tenueris/cito ſubuertetur domus tua. Nihilominus etiã aut poſt offenſas adulterationeſqꝫ regredi ad ſponſum/ ſcientes dictũ ab eo:per Hieremi. Tu vero fornicata es cum amatoribus tuis multis : Reuertere tamen ad me/ꝛ ego ſuſcipiam te:neqꝫ recogitabo amplius ꝛc. Sed ais: ꝛ quomodo ergo homo ſibi deum preſentẽ conſtituet/ ſi non vt iudicem? Reſpondeo ꝛ

¶ Dico ſeptimo/ ꝙ facere ſibi eũ preſentem ſicut patrẽ videtur:tutiſſimus modus cogitandi de deo:quia hoc verbũ incutit timorem ꝛ amorẽ meditanti:non ſic nomẽ iudicis/non ſic nomẽ ſponſi aut ſponſe. Proinde liberũ ſit vniciuqꝫ iudiciũ. Ego interim opinor conſultiorem obſeruatiõem:apud plurimos iſtam eſſe: qui deum / ſicut patrem noſtrũ:qui in celis eſt:proponit ſibi:vel ad timorem reuerentialẽ incutiẽdum/ vel ad amorem filialem infundendum:et vniuerſaliter ad omnia ſua laborioſa peregrinationi neceſſaria reuerenti fiducia poſtulandum. Quippe nomina hec: dominus/iudex/magiſter/iuſtus/reddens vltionem velociter/ꝛ ſimilia. Vehemẽtius pauorem.ꝛ minus amorẽ incutiunt: Rurſus hec nomina ſponſa/amica/ſponſa manens in delicijs/ꝛ in cubilibus aromatum/dilectus/pulcher / ꝛ rubicundus manẽs inter vbera:cuius leua ſub capite/ ꝛ dextra amplexatur/molliorem apud quoſdam:qꝫ ſatis eſſet affectiõem/minuſqꝫ ſinceram procurant. Nomen hoc/ pater noſter/ miris modis inter vtraqꝫ fecit temperare: vt ꝛ timor ſit cum dilectione ꝛ dilectio cum timore/ Rogemus ꝛc.

¶ Dñica vltima feſtũ Conradi.
Aſtitit Regina a dextris tu
is Pſalmo.xliij.

SEcundus gradus eſt propriã complexionem agnoſcere. In hoc gradu ſtans : audi ſeptem dicta pro eius declaratione.

¶ Dico primo/ꝙ anime inſequuntur corpora:hoc dicũt phizonomiſte. Ex hoc mul

ta de animaꝝ diſpoſitionibus coniectant: ſicut declarat Albertus primo: de animalibus. Hoc aũt dictuꝫ intelligendũ eſt: vt in neceſſitatis/ vel coactionis/ ſit hic ſequela: ſed inclinatiõis. De hoc eſt dictũ Socratis: qui reſpondẽs diſcipulis ſuis: iniquo animo ferentibus: quod de eo quidẽ phiſonomus dixiſſet: eũ pueroꝝ corruptorẽ/ ait: verũ dixit/ ſed contineo.

¶ Dico ſecũdo/ ꝙ mirꝪ modis iuuat ad operationes/ has vel illas conformis inclinatio naturalis: ſicut ex aduerſo diſſonans tantũ obeſt: ꝙ vix libertas animi/ vix diſciplinatio/ vix conatus aſſuefactiõis ſufficit euincere. Q̃ natura negat: nemo feliciter audet.

¶ Dico tertio/ ꝙ duplices ſunt homĩes: ſcd̃m beatũ Gregorium. Quidã ſunt nature inquiete ꝛ varie: vt otiũ contẽplationis: vel non poſſint/ vel moleſtiſſime poſſint ferre: ꝛ hos ad actionẽ mittit. Alij ſunt nature tranquillioris aptiſſimi proniq̃ꝫ: ꝛ hos ad actionẽ contẽplationis mittit.

¶ Dico quarto/ ꝙ adhuc triplices ſunt homĩes quidã plus vigent in iraſcibili virtute: quidã in rõnali: quidã in concupiſcibili, quo circa videmus alios citius venire ad compũctionis: ꝛ contẽplationis gratiã ex conſideratione deteſtationeq̃ꝫ vilitatis ſuorũ flagitiorũ: ꝛ hoc per vim iraſcibilem intentaꝫ ad honeſta. Alij magis ex iudicio recte rõnis ad idipſuꝫ prouehunt: quibus faciliter ſuadet/ veritatꝪ amor cognitio ſplẽdorq̃ꝫ mirificus. viuere cõformiter ad eandem rõnem: quã excolendam ſuſceperunt. Porro molle cor ꝛ amicabile/ vidẽs apud alios flexibiles ad ea que ſunt cõpaſſionis vel amoris: qualis vt plurimũ deſcribitur anima ſancta: que tota liquefacta eſt: vt ille dilectus ſuus totus deſiderabilis locutus eſt. Talem animã facilius ad contẽplationis requiẽ trahit conſideratio: nunc dominice paſſionis: nunc diuine vocationis/ dignatiõis/ ac dilectionis ad ſe ipſam: nũc cõuerſationis pie ac doloroſe ſanctoꝝ ſanctarũq̃ꝫ precedentiũ. In qua virtute ſepius viget femineus ſexus: qui propterea pius deuotusq̃ꝫ nominat. Sed ais ꝛ vnde hoc: Reſpondeo ꝛ

¶ Dico quinto/ ꝙ ꝑſpicua cauſa eſt: cur facilius hoc vel iſto modo: quis trahit ad contemplationẽ: cum actus actiuoꝝ ſint in patiente bene diſpoſito: diſpoſita vero ſenſualitas obedire ſpiritui ſurſum intẽto ꝛc̃.

¶ Dico ſexto/ ꝙ etiã hoc diuerſis reperitur in ſanctis viris. In iraſcibili Hieronymus ꝛ Ambroſius. In rationali Auguſtinus/ ꝛ ſanctus Thomas. In concupiſcibili Grego. ꝛ Bernar. ꝛc̃. Sed ais/ vnde hoc prouenit diuerſitas.

¶ Dico ſeptimo/ ꝙ aliquãdo a deo: aliquãdo a celo: quãdoq̃ꝫ a parẽtibus: quandoq̃ꝫ a magiſtris. vndecũq̃ꝫ autem proueniat. Age deo gratias/ ꝛ inuanũ gratiã hanc ne recipias/ rogemus ꝛc̃.

¶ Feria quinta feſtũ. s. Andree.
Aſtitit Regina a dextris tuis in veſtitu: pſal. xliiij.

TErtius gradus eſt propriũ ſtatũ reſpicere. Per Reginã in verbis thematis/ intellige animã chriſtianã/ que ſe regit: habꝫ enĩ grande regnuꝫ omniũ priorum paſſionũ/ ꝛ actionũ interioꝝ/ et exterioruꝫ: ſcd̃m dictamen recte rõnis/ ꝛ legis diuine regendorũ. Hec aſtat a dextris dei/ in potioribus bonis virtutũ/ ꝛ gratiaꝝ/ in deaurato veſtitu charitatis perfecte: ad quã adipiſcendã: neceſſario habet cuꝫ Maria quindecim aſcendere gradus/ quoꝝ primus eſt dei vocationem attendere. Secũdus eſt/ propriã complexionẽ agnoſcere/ qui declarati ſunt. Tertius gradus: quẽ hodie pre manibus habemus/ eſt officiũ propriũ/ vel ſtatũ reſpicere in hoc gradu ſcd̃m dicta dicemus ꝛ

¶ Dico in pmo/ ꝙ plurima eſt varietas officiorum ꝛ ſtatuũ in chriſtiana policia. Similiter de corpore myſtico: ſicut ponit ſanctus Paulus quẽadmoduꝫ ꝛ in primo gradu tactũ eſt. Sed ꝛ gentiles de corpore politico locuti ſunt: Plutarch⁹ ꝛ alij multi.

¶ Dico ſecũdo/ ꝙ arcendi ſunt a contemplationis inquirẽda requie. Negociſi/ et

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

exterioribus occupati. Ratio eſt: quia hec non ſimul ſtant. Contēplatio em̄ requirit ocium: officium aūt eorum requirit negocium. Cum aūt ocium ꝛ vocationē ab exteriorib9 curis contēplatio poſtulet: ꝛ pluresinueniunt/quoꝝ ſtatus ꝛ officia/quibus alligati tenent: nequeant exerceri ſine multo ſtrepitu curarū/ꝛ exercitatiōe corporis ꝛ ſenſuū: quid ſupereſt/niſi tales arcere a contēplationis inquirēda requie? Alioquin neutrū feliciter aget homo: quē medios inter ſtrepit9 verſare neceſſe eſt: videbūt eū quoqꝫ hoſtes ꝛ deridebūt ſabbata eius.

¶ Dico tertio/q Mechanici/Mercatores/Ruſtici/coniugati inepti ſunt ad contemplationē. Sileamus interim opera mechanica/mercaturas/ruſticationes laborioſas: matrimoniale vinculū: quod impellit mulierem: cogitare que ſeculi ſunt: quomodo placeat viro ſuo: ꝛ virū prouidere vxori et liberis.

¶ Dico quarto/quod etiam prelati eccleſie inepti ſunt ad hoc: quos licet Grego. dicat oportere pre cunctis contēplationi eſſe ſuſpenſos. Attamē ſi tunc primū niti voluerit contemplationis adeptioni ſtudere: dum deberēt ſubditoꝝ neceſſitatibus/corporalibus/ꝛ ſpiritualibus intēdere: ipſi ſemetipſos irrident ꝛ fallunt: tentationi: quoqꝫ: id eſt curioſitati potius adſcribi tūc debet: ſi curā plebis deſerentes: querāt in ſua ſtate ocij contemplatiui delectari: quippe deſerunt preceptū dei neceſſariū voluntariis/ꝛ non neceſſarijs intēdentes. Sed ais/tamen illi debent eſſe vt Angeli ꝛ Aioth ambidextri deo/ꝛ

¶ Dico quinto/q ſi tales fuerint: tūc bene eſt. Secus ꝟo vbi contēplatio ceſſit alicui in talē familiaritatē: quod ambidexter factus: poteſt imperturbatus/velut Angelus dei contēplando agere: ꝛ agendo contemplari/aut ſaltem protinus abſqꝫ multa difficultate de hoc migrare/dareqꝫ ſe in alterum qualem eſſe conuenit eum: qui in ſtatu perfectionis exercende poſitus eſt.

¶ Dico ſexto q eccleſiaſticoꝝ eſt preſertim religioſorum/ſe tradere contemplationi/quoniam in ſcola contemplationis ꝛ deuotionis/ad hoc traditi ſunt vt ſint velut oculi: cetera membra corporis myſtici/dirigentes tam ad ſe ipſa qꝫ ad deum. Sꝫ ais hoc impoſſibile/quia in tali ſtatu ſunt pueri adoleſcentes/Reſpondeo ꝛ

¶ Dico ſeptimo q verum eſt/tamen omnes finaliter ad hoc ordinari debent/pueri non ſcandaliſandi adoleſcentes onerandi/ſenes contemplationi totaliter tradendi. Rogemus.

¶ Dñica prima aduentus Attale.

Aſtitit regina a dextris tuis. ps/xl.iiij.

Quartus gradus eſt ſemet ad perfectionem extendere.

¶ Dico primo q vox multorum eſt/ſufficit mihi vita cōmunis: ſi cum infimis ſaluari potero ſatis eſt. Nolo merita Apoſtolorū/nolo volare per ſumma/incedere per planiora contentus ſum. Sed ais/ꝛ qd nocumēti exinde ꝓuenit talibus. Reſpondeo ꝛ

¶ Dico ſecūdo/q hoc quia imperfectio eſt/nolle eſſe perfectum/ꝛ q ſeruus piger damnatur ꝛ de hoc exemplum habemus. Habet aliquis prepotens nobiliſqꝫ pater familias plures filios/quēlibet aptiſſimū ad ampliandum honeſte rem familiarem induſtria ſua: vnus illorum alijs laborantibus/ſedet in domo piger ꝛ iners nihil curans/dummodo nihil ſordide viuat/nihil altum nihil preclarum vel dignum ingenio ſuo/aut paterna nobilitate recogitet/dicit ſufficere bona iam habita ꝛ qualicunqꝫ vita frui. Euocat autem pater eum ad actus ſublimiores ac arduos/monet ſtimulat/quis non facile viderit/quomodo hic filius ſi obaudit/nec obedit/odioſus erit patri? Sic ſimiliter ponitur apud patrem celeſtem his quos trahit ad chariſmata meliora ad actus diuiniores/dum torpeſcunt herentes in fimis nec ad perfectiōem ſemet extendentes.

¶ Dico tertio q hoc tamen intelligi volumus de illis: qui nullo ſtatu ꝛ officio hu

milioꝛi ſic alligati tenentur/ꝙ abſq; pꝛece⸗
pti tranſgreſſione nequeant ad altioꝛa cõ
ſcendere:hic interim ꝓfecto altiſſimum me
rito reputari conuenit / quod obedienti⸗
am diuine iuſſionis operantur.

¶ Dico quarto/ꝙ de hoc habemus ex⸗
emplum in Magdalena ⁊ Martha. Nam
⁊ ſi Maria poterat honoranter cum Mar
tha hoſpiti Chriſto miniſtrare / collaudat
eum nihilominus diuina ſapientia/quod
vni intenta optimam partem elegerit. Ita
ꝙ maledictus eſt /qui partem ſuam aliter
( licet faceret ) facit deterioꝛem.

¶ Dico quinto ꝙ quilibet idoneus ad
contemplationem. Non alligatus actiõis
neceſſitate/poteſt ad illam licenter ſe trade⸗
re/dimiſſa actione ⁊ ratio eſt: qꝛ cõtempla
tiua perfectioꝛ eſt/vnde Auguſtinus :ꝙ ſi
negocium ideſt actionem charitatis nemo
imponit/intellige ſuperioꝝ iuſſiõe vel eui
denti neceſſitate/ſtudendum eſt ꝯtemplan
de veritati. Sed ais tunc q̃ poſſet prodeſſe
in actiua talentum ſuum abſcõderet indul
gendo contemplatiue/in magnam ſui con⸗
demnationem. Poſſet enim negociari pre⸗
dicando/vel pauperibus miniſtrando Re
ſpondeo ⁊

¶ Dico ſexto ꝙ non/ quia talis contem
platiu⁹ poteſt prodeſſe eccleſie coꝛde ⁊ ocu
lo pluſq; alius/oꝛe/manu/⁊ pede/

¶ Dico ſeptimo ꝙ multi ſunt/apud q̃s
eſſet damnabilis omiſſio ꝯtemplatiõis in⸗
quirende. Primi ſunt religioſi q̃ poſiti ſunt
in ſchola deuotionis/oꝛatiõis/ ⁊ fletuum.
Secundi eccleſiaſtici : qui laboꝛes popu⸗
loꝛum in ocio poſſident: vt cuſtodiant iu⸗
ſtificationes domini / ⁊ legem eius exqui⸗
rant. Tertij inſuper viri femineq; de ſecu⸗
lo/quibus ſufficiens ocium inſtructio/⁊ in
genium ſuppetunt: vt ſe totos in deum cõ
uertant ⁊ rapiant. Aſſint itaq; apud eos/
fides/ſpes/⁊ charitas. Subtilioꝛ autẽ in
ſtitutio non magnopere inquirenda eſt/vt
toti tranſeant in affectum coꝛdis bonum
Roegmus dominum.

¶ Feria quinta in vigilia Cõ
ceptionis Marie virginis.

Aſtitit regina a dextris tuis in ve⸗
ſtitu. ps. xliiij.

Quintus grad⁹
eſt occupationes effugere.

¶ Dico pꝛio ꝙ hũc gradũ
aſtruxit ſapiens dũ ait. Scri
be ſapientiam in tempoꝛe ocij / nam qui
minoꝛatur actu ꝑcipiet eam. Aſtruit ⁊ Se
neca: Sint ( ait ) in paucis act⁹ tui ſi ſtu⸗
dere vis/bone menti quam nemo occupa⸗
tus inuenit ( ait Seneca ) non dicit habu
it:hoc enim falſum eſſe in iam perfectis co⸗
gnitum eſt.

¶ Dico ſecundo/ꝙ hui⁹ dicti exemplũ
habemus .i. in auibus .2. in hominibus
3 .in libris.4.in arboribus. Primo in
auibus:nõ enim poteſt auis alligatas ha
bens pennas iam illitas fiſco / vacuas ſu
perferri per auras. Secundo in homi
nibus: Nequit enĩ homo pedibus impli⸗
catis enatare / occupat⁹ nihilo magis ad
ſerenum ꝯtemplationis ether poteſt ſe met
euehere. Tertio in libris:vacua ſit opꝫ
latitudo pagine coꝛdis nec impleta curis/
nec ſollicitudinibus contracta/ nec obfu⸗
ſcata tetris paſſionibus:vbi ſapientie tam
immenſa doctrina ſcribi conqueritur.

¶ Dico tertio ꝙ huius clarius exemplũ
accipi poteſt in arboꝛibus quaꝝ humoꝛ
nutritiuus/qui ad ꝓceritatem ramoꝝ ſur⸗
ſum ducendus erat defluit inutiliter ꝑ ima
ſi coꝛtex ex vulnere rimam habuit. Sic
autem in anima/ nunq̃d non a pedice ur
humoꝛ ſuus/qui profecto ꝑ infima lique⸗
ſcit dum per paſſionum carnalium/ ſeu cu
rarum terreſtrium vulnera laceratur. Tũc
nempe viam facit nocituraꝫ amoꝛis ſui nu⸗
trimento: priuſq; ſuperius ad celeſtium de
ſiderioꝛum vegetationem deducatur. Hoc
gemunt hij qui dum amoꝛis ſui ꝑ̃nas vel
lent in alta contemplationis liberare/pro⸗
tinus effluit amoꝛis huius humoꝛ ea par⸗
te qua coꝛ apertum inferius inuenerit. Vel
ad curam rei familiaris / vel ad vindicte

recogitatiōem/ vel ad aliam huiuſmodi re
cogitationis ſollicitudinem. Experiunt͛qꝫ
quod deplorat Propheta dicens. Quoni
am lumbi mei impleti ſunt illuſionibus:
hoc eſt affectiōes. Et reuera illuſiōes ſunt
quas alibi vocat vanitates/ ꝛ inſanias fal
ſas/ ꝛ confabulationes iniquorum: his ob
ſiſtere Lyricus voluit dum ait. Si nō in
tendis ſtudijs vel rebus honeſtis inuidia
vel amore vigil torquebere. Sed ais: ꝛ q̄s
obſecro liberatus eſt ab iſtis/ vt nō aliquā-
do moleſtetur ab eis? Rn̄deo ꝛ

¶ Dico quarto: puto qꝛ nullus homo
viuens/ qui vtiqꝫ eſt vniuerſa vanitas/ ve
rum aliud eſt tradere ſe ſponte vel ex offi-
cio vel ſtudio talibus occupationibus/ ali
ud eſt eos toto deſiderio mentis/ manu di
ſcretionis ſolicite abigere/ tanq̄ȝ importu-
nos ſtrepidularum muſcarum aculeos ve-
lut aues Abrahe ſacrificium veſpertinum
circumuolātes. Sed ais/ ſi ita eſt ꝙ opor
tet contemplatiuū occupatiōes fugere: q̄d
dicis de occupationibus religioſoꝝ mul-
torum in pſalmodijs ꝛ cantibus altiſonis
obſtant ne contemplationi vel acquirende
vel exercende. Nunq̄d Auguſtinus flebat
vberrime in cantibus ſuaue ſonantibus ec
cleſie/ vocibus eius alacriter commotus/
ꝛ eliquabatur veritas in cor eius. ꝛ

¶ Dico quinto ꝙ hoc legimus de Au-
guſtino ſed an eſſet vnus ex cantantibꝰ ex-
preſſum non inuenio. Addo ꝛ dico conſe-
quenter ꝙ non eſt incredibile quoſdam/ ex
ſic occupatis mentibus in cantu nihilomi
nus ſentire ſupermentales exceſſus preſer-
tim vbi quis ſatagit ex animali fieri ratio-
nalis ꝛ tandem ſpiritualis poſt vtrunqꝫ.
Ratio autem huius eſt/ quia ad comparā-
dum contemplationis quietem/ plus gra-
tia ꝓuehit: que induſtria qꝛ rurſus interpo
latio fit in cantibꝰ. Addo ꝙ forte hec mul-
tiplicatio ſtatuta eſt magis ꝓpter animali-
um mentes interim occupandas: que ſcili-
cet altiora neſcirent quiete ſecum meditari
nec ocio vti/ q̄ȝ propter ſpirituales/ qui ra-
ri ſunt: ꝛ quales bene inſtituta religio poſ-
ſet fortaſſis a iugo tali liberiores reddere/
ne vel ſemper araret bos cum aſino vel ad
pedes Jeſu ſedens/ nunq̄ȝ Maria reperire
tur apud eos/ ſed ſola Martha.

¶ Dico ſexto: ꝙ ſi te canentē in pſalmis
deducat victor deus ac ſpiritus ſuus/ ſup
hec excelſa fluentorum ſuperiorū nihil for-
tius/ nihil beatius. Jta beatus populus il
le qui ſcit iubilationem/ qui pſallit ſapien
ter iungens ꝟbo ſenſum cū affectu. Quā
felix eſt Jeſu bone talis anima/ que non eſt
velut terra ſine aqua tibi: q̄ȝ ſalubriter agit
cum hac columba tua/ ſponſa tua/ amica
tua q̄ȝ ſaluberrime ꝓſus/ q̄ȝ beniuole. Nā
ꝛ preceptum religioſe laudis implet in ho-
ris dicendis: nihilominus gaudet priuile
gio alicuius in alti ſilentij ſolitudine con-
templātis vtiqꝫ fortior hec q̄ȝ illa beatiorqꝫ
dicenda eſt. Sed ais: ꝛ quomodo ad hoc
peruenire poſſem vt vtrunqꝫ ſeruarem ſcili
cet q̄ꝺ pſallendo ꝯtemplarer ꝛ eꝯ Rn̄deo ꝛ

¶ Dico ſeptimo ꝙ ad hoc/ primo ꝓdeſt
tpūs orationis preuenire/ ea ꝓmeditando
que depromenda ſunt: vt liberius tranſe-
ant in affectum. Secundo prodeſt conari
trahere iſta que dicuntur non tam ad cog
nitionem ſubtilem ac multiplicē/ q̄ȝ ad ſa-
porem ꝛ exultationem. Sepe enim vbi mi
nus cognitionis/ ibi plus affectuū intrat
quoqꝫ dilectio vbi cognitio foris ſtat. Ter
tio prodeſt imitari gaudentes ad ſonitum
Tympani vel Cithare: qui carminis har-
moniam nō magnopere dijudicāt: ſatis ha
bentes iucūdos exultantis tripudij nume
ros exercere/ quos prouocat ipſa modula-
tio: Tu ſimiliter id quod audis/ legis/ vi-
des/ loqueris/ aut cogitas/ trahe confeſtim
in affectū: velut aſpirans ex intimis/ olfa-
ciens aut guſtans. Vt ſi audieris pr̄ nr̄ aſ
ſurgat primus animus/ ad reuerentiā ſimi
lem ꝛ dilectionem ad poſtulatiōem fidem
pro neceſſitatibꝰ tuis fratrumqꝫ tuorum: q̄
rum pr̄ ꝯmunis eſt. Arripe generoſum no
bilemqꝫ ꝯtemptū/ oīs fede ruſticitatꝫ: tu q̄
tā regio pr̄e gloriaris diſpliceat tibi atqꝫ ge
mas exiliū/ cui celeſtꝫ hereditas filiatiōis
titulo: cuius pr̄ in celis eſt reſeruat. Tales
q̄qꝫ affectus inuenire/ eſt ſine numero vl̄ ter
mino/ de die in diem ſuaues ꝛ nouos/ ve-
lut in fauo vel in manna/ vel in nucleo/ re
conditos/ qui vbertim fluent ſi ꝯtemplati
onis dente compreſſeris. Rogemus.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Feria ſexta feſtum Concepti-
onis Marie virginis.

Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu
Pſal. xliiij.

SExtus gradus
eſt Curioſitatem deponere.
Sed ais quid eſt curioſi-
tas / quomodo ⁊ quare de-
ponenda. Reſpondeo ⁊

¶ Dico primo ꝙ curioſitas eſt ſtudium
circa inutilia / aut vtilia / magis quā liceat /
deceat vel expediat. Hanc ſcd̄a ſcd̄e Tho-
mas dicit duplicē ſcꝫ intellectualem / ⁊ ſen
ſualem / tu dic ad placitum: ⁊ Gerſon in flo
ribus / omnis doctrina item dare ſtudiū.
Hanc curioſitatem circa contemplationē
vitare debes. Sed ais: ⁊ quomodo hoc?
Reſpondeo ⁊

¶ Dico ſecundo: quod ſic eam debes de
ponere vt non velis anhelare ad ocium con
templatiōis / tanꝗ̄ cognitur⁹ aut alijs oſtē
taturus / tantūmodo ſublimitatem eius / q̄
rum ex veraciſſimis ſanctorum atteſtationi
bus fide quadaꝫ accepiſti. Sed ais: ⁊ cur
igitur tradam me tali cōtemplationi / qua
intentione ⁊ fine.

¶ Dico tertio ꝙ fine quadruplici ſcilicet
ꝓpter te / ꝓpter diabolum / ꝓpter deum ⁊ pro
ximum / ⁊ propter dei mandatum. Primo
propter te: vt inde vilior ſis ⁊ abiectior in
oculis tuis / viſa perſpicatius in dignita-
te tua / in comparatione recogitate diuinita
tis. Secundo propter diabolum: carnem
⁊ mundum / tentatores vt contra tentatio-
nuꝫ tela robuſtior efficiaris. Tertio prop-
ter deum ⁊ proximum vt feruentior fias in
amore dei ⁊ proximi. Quarto vt demum
currendo viam mandatorum dei alacrior
inueniaris. Ecce finem ꝯtemplatiōis. No
li ergo te tradere ꝯtemplationi / ꝓpter ſolā
cognitiōem aut oſtentatiōem. Et cur ita?
Reſpondeo ⁊

¶ Dico quarto: ꝙ ideo q̃ etiam ſi adep
tus fueris / talem gratiam / non ideo es in
dei gratia / ſꝫ potes manere filius eterne dā
nationis. Sunt eīm filij infideles ⁊ alieni
ſunt ſerui neq̄ꝫ / quos aliquādo ſuſtinet ci
bare pater celeſtis ex adipe frumenti / ⁊ de
petra melle ſaturauit eos. Quemadmodū
apd̄ aliquos ex p̄latis ⁊ principib⁹ eſt vide
re / q̄ condemnandis paulo poſt / ad mortē
mittit aliq̄cies in carcere de p̄cioſis menſe
ſue reliquijs: ꝓpterea noli altum ſapere ſed
time recogitans: q̃ gratia ꝯtemplatiōis nu
merat̃ inter gratias gratis datas: q̄ ſicut
ſpes / fides / ⁊ ꝓphetia / aut alie virtutes po
teſt iformis ⁊ ſine charitate hr̄i. Quis igi
tur ſecure niſi in domino gloriabit̃? Sed
ais ⁊ quare deus talib⁹ neq̄ꝫ dat tale egre-
gium ꝯtemplatiōis donū. Rn̄deo ⁊

¶ Dico quinto ꝙ dat eis tales gratias
aliq̄n ad augmentū ſue damnatiōis: p vſu
ingratiſſimo doni dei. Aliquando ad alio
rum eruditionem: aliquando ꝓ qualicūq̄ꝫ
laborum ſuoꝝ velut falſorū inutilium pre-
mio tranſitorio. Pro tali nūmiſmate tales
merces dicit. Prouerbiorum [ beſʒ pfenig
beſʒ pfenwert ] Fornicari tm̄modo queſie
runt in donis dei / p impbam dilectionem
aut preſumptionē / qd̄ igit̃ deſiderium eoꝝ
affert eis deus / ſed iratus. Audiunt illud
Euangelicū: Accipe qd̄ tuū eſt ⁊ vade.

¶ Dico ergo ſexto: ꝙ hinc ꝓuenit ex di-
ſpenſatione miſericordie dei / qd̄ ab electis
ſuis ſepe declinat ipſe ſed non in ira nec in
finem. Sed ais ⁊ cur igitur ab eis decli-
nat. Reſpondeo ⁊

¶ Dico ſeptimo: ꝙ abyſſum iudiciorum
ſuorū nemo inueſtigare poterit: Poſſum⁹
tn̄ ex doctorū ſanctoꝝ dictis ſepe q̄ deo in
ſpirante locuti ſunt q̄ſdam noiatim. xvi.
cauſas ſui miſterij aſſignare. Sed quia ho
ra tranſijt eaſdem vſq̄ꝫ ad diem dn̄icam re
ſeruare decreuimus Rogemus dn̄m.

¶ Dominica ſcd̄a Aduentus.

Aſtitit regina a dextrꝭ tuis in veſtitu.

QUeris ⁊ ait de⁹
ſuis amicis ſubtrahit deuoti
onē ꝯtemplatiōis: ne duꝫ in
nr̄o / ſed etiā in alijs caſibus
ſcꝫ Sacramenti Euchariſtie perceptione

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt dicit Gabriel ſuper Canone. Reſpõdeo ꝙ ꝓpter ſedecim cauſas fieri põt.

¶ Pͥo fit hoc qñq; ⁊ ſepius ad humiliationẽ: vt retundat̄ ſuperbia: vel que prefuit/ vel ne ſurrepat prouidet̄. Propterea teſtatur expertus Bern. Uere nihil eſſe efficacius ad gratiã hanc inueniendã/ vel retinendã/ vel recuperandã: ꝙ̃ ſi ſemper inueniaris non altũ ſapere/ ſʒ ſapere/ ad ſobrietatẽ. Deniq; beatus vir qui ſemꝑ eſt pauidus/ ⁊ ſuper cuſtodiã ſuam ſtat.

ſic em̄ ſolita fuit orare eamq; ſic reperit orā
tem Archangelus Gabriel cū ꝯcepit dn̄m
inclinatis genibꝫ/ ꝛ eleuati puris manibꝫ
erectis in celum oculis/ ad patrē miſericor
diaꝝ/ p incarnatiōe filij ſui/ deuotiſſimas
pces cum lachrimis fudiſſe legit. Et Ange
lo venienti reuerenter aſſurrexiſſe/ qꝛ hec ad
honeſtatē pertinebāt/ ſicq; pturbata/ de no
ua ſalutatione capite inclinato humiliter
ſtetiſſe. Nā ꝛ hoc modo in picturis conſue
uit p totā eccleſiam figurari communius.
Tandem quoq; percepta annūciatione cre
dendo in eam cōſenſiſſe: ꝛ ꝙ totius imple
ri nō dubitaſſe. At rurſum flexis genibus
in terrā/ ꝛ eleuatis oculis in celū ac manibꝫ
ex intimo corde/ erūpentibꝫ pregaudio la
chrimis deuotiſſime flagitando dixiſſe: fi
at mihi ſm̄ verbum tuū/ ꝛ ſic deū pariter ꝛ
hoīem concepiſſe. Scd̄s: Leproſus ille
Mar. primo Uenit ad eū deprecans ꝛ ge
nu flexo dixit: Si vis potes me mūdare.
Ieſus aūt miſertus eius/ extendit manum
ſuam/ ꝛ tangens eū ait illi: volo mūdare.
Tertius eſt Chriſtus: q̄ in ppria pſona ge
niculauit/ cū ſuā duriſſimā paſſionē ꝯſide
raret. Luce. xxij. Et ipe auulſus eſt ab eis
quantū iactus eſt lapidis/ ꝛ poſitis geni
bus orabat dicēs. Pater ſi vis transfer ca
licem iſtū a me. Nota/ auulſus ab eis: va
let em̄ oratio in ſecreto. Sunt aūt tria tpa
apta orationi. Primū: mane. ps. Mane
aſtabo tibi ꝛ videbo/ qꝛ adhuc ieiuni. Se
cundū: veſpertinū. ps. Dirigat orō mea ſi
cut incenſum in ꝯſpectu tuo. Eleuatio ma
nuū meaꝝ ſacrificiū veſpertinū: qꝛ ab hu
iuſmodi impedimentis inuenimur digeſti.
Tertiū nocturnū: ps. Media nocte ſurge
bam ad ꝯfitendū tibi: Nota/ quantū iact⁹
eſt lapidis indeterminata menſura/ ꝛ meli
us ꝙ ſi determinata menſura iactus lapi
dis poneret/ vt nunq; in hac vita tn̄ Chri
ſtus ab aliq̄ elonget ꝙ cor lapideū pecca
toris ſi voluerit poſſit ad ſe ꝯuerti. Nota
poſitis genibꝫ ꝯtra illos/ q̄ erecto ſtant cor
pore vel nō niſi ſiniſtrū genu flectūt/ docet
em̄ nō humiliari ſiniſtro genu ſcꝫ de malis
ſuis ſꝫ ꝛ humiliari dextero genu. i. de bonis
Iſa. xlv. In memet ipo iuraui/ egrediet de

ore meo Juſtitie ꝟbū: ꝛ non reuertet̃: qꝛ mi
bi curuabit oē genu. Et Paul⁹ ad Phil. ij.
Propter qḋ ꝛ de⁹ exaltauit illū ꝛ donauit
illi nomē qḋ eſt ſuꝑ omne nomē: vt in noīe
Jheſu oē genu flectat̃ / celeſtiū / terreſtriū / ꝛ
infernoꝝ. Ecce. 3. autores potes ꝛ alios ſex
adducere. 4⁹. Paulus. 5⁹. eſt ille feruidus
Stephanus: qꝛ longius moror cū nā hoc
apte indiderit: vt ſuſpēſis ocul' ad deū ore-
mus / canes / lupi / piſces / cū ſunt in aliq̃ tri
bulatiōe vlulant eleuatꝫ capitibꝫ: ꝛ neſciūt
q̇d faciūt: ſed indicant potentiā dei. Dicā
ego narratiunculā Biblie: que hr̃ Johelis
pri. ꝙ erat tanta ſiccitas / ꝙ nō remanſerūt
arbores / nec herbe. Itē ꝯueniūt beſtie q̄ſi
ad ꝓceſſionē leuātes capita / clamādo / petē
do auxiliū: ꝛ ipſe Johel ad dñm clamans
dicit. Ad te dn̄e clamabo: qꝛ ignis comedit
ſpecioſa deſerti: et flāma ſuccēdit oīa ligna
regionis. Sꝫ et beſtie agri q̄ſi area ſitiens
imbrem ſuſpexerūt ad te / qm̄ exiccati ſunt
fontes aquarū: ꝛ ignis deuorauit ſpecioſa
deſerti. Chariſſimi ſi hoc beſtie: ꝛ q̇d nos fa
ciem⁹? Diues hꝫ plēs paruulos. ꝯmēdat
claues ancille: q̇ crudelis nō dat ꝑuulis il-
li currūt ad patrē: ꝛ nō hn̄t qḋ aliud rogāt
vt det panes / vel auferat claues ab ea. Di
lectiſſimi fratres: q̇s eſt diues / ꝛ dom⁹ illa
magna ē iſte mund⁹: Baruch. 3. O Iſrael
ꝙ̄ magna ē dom⁹ dei ꝛ ingēs locus poſſeſſi
onis ei⁹. Magnus eſt ꝛ nō hꝫ finē excelſus
ꝛ imenſus. Ancilla eſt nā / que hꝫ claues: qꝛ
naturalr̃ habemus panē ꝑ pluuiā / ꝛ alia / ꝛ
qñ iſta eſt crudelis ꝑ ſiccitatē. itē remediū
ſumam⁹ exēplo ꝑuuloꝝ: ꝯqueramur deo ꝑ
ꝓceſſiōes: qꝛ ſepius claudit ꝑ ꝓſtellatiōes.
Nos igr̃ leuamus oc'los nr̄os ad deū dice
mus / cū Dauid. Ad te leuaui oc'los meos
qui hitas in celis. Ecce ſic ē oculi ꝛc̄. ita ocl'i
nr̄i ad dñm: donec miſereatur nr̄i. ꝛ ſine du
bio miſerebit̃ nr̄i. Quartus eſt Paulus
Chriſti diſcipul⁹ ad ephe. 3. Huius rei grā
flecto genua mea ad patrē d. n. Jeſu. Chri
ſti. ex quo oīs paternitas in celis ꝛ in terra
noīatur: vt det vobis ſm̄ diuitias glīe ſue
virtutē corroborari ꝑ ſpm̄ eius in interiori
hoīe Chriſtū hītare per fidem cordibꝫ vr̄is
in charitate radicati ꝛ fūdati vt poſſitꝭ cō
ꝓhendere cū omnibꝫ ſanctis / q̇ ſit latitu

do ꝛ longitudo / ꝛ ſublimitas / ꝛ ꝓfundū.
Scire etiā ſupeminentē charitatē chriſti
ſciētie / ꝛ impleamini in omnē plenitudinē
dei. Ecce chariſſimi quatuor teſtes: q̇s igi
tur vellet verecūdari / flectere genua / nō em̄
vnū duntaxat ſꝫ ambo. Quint⁹ modus
eſt Jacendo ꝓnus in terrā ſuꝑ faciē ſuā q̄-
ſi diceres cū Propheta: qm̄ humiliata eſt
in puluerē aīa nr̄a / id eſt corp⁹ meū qꝛ ſcio
me eſſe cinerē. Ad hunc modū āmonet nos
Dauid: Venite adorem⁹ ꝛ ꝓcidamus an
te deū / ploremus corā dn̄o q̇ fecit nos qꝛ ip
ſe eſt dn̄s deus nr̄ / nos aūt populus eius
ꝛ oues paſcue eius. Sic Chriſtus in mōte
Oliueti ꝓcidit in faciē / grati ergo eſſe debe
mus ꝛ illius exemplo terra ꝓſtrati orare /
ve aūt ingratis / qꝛ clamat ad deū de terra
ſanguis chriſti magis ꝙ̄ Abel fr̄is clama-
uit. Sextus modus eſt: manibꝫ ꝛ vlnis
extenſis admodū crucis. Et iſte eſt modus
eoꝝ q̇ ſunt oībꝫ hominibꝫ pōdus ꝛ omnia
mūdana ſunt ei moleſtia / ſicut fuerūt Pau
lo dicente. Mihi aūt abſit gloriari niſi in
cruce dn̄i nr̄i Jeſu chriſti: ꝑ quē mihi mū
dus crucifixus eſt / ꝛ ego mundo ad Gala.
vi. Mundus quippe ei crucifixus erat / qꝛ
hūc cordi ſuo iā mortuū nō amabat. Sꝫ ꝛ
ſe ipm̄ mundo crucifixerat: qꝛ talē ſe exhibe
re ſtuduit / vt ab eo q̄ſi mortu⁹ ꝯcupiſci nō
poſſet. Si em̄ in vno loco ſint mortuus ꝛ
viuens / ꝛ ſi mortu⁹ viuū nō videt / viuus
tm̄ mortuū videt: ſi vero vterqꝫ mortui ſunt
alter alterum nequaq̄ꝫ videt: ita q̇ iā mun-
dū nō amat ſꝫ tm̄ ab illo vel nō volēs ama
tur: ꝛ ſi ipe velut mortuus mundū non vi-
det / hunc tm̄ mundus adhuc nō mortuus
videt. Si vero nec ipſe in amore mundū
retinet nec rurſum a mundi amore retinet̃ /
viciſſim ſibi vterqꝫ extincti ſunt / qꝛ dū al-
ter alteꝝ non appetit q̄ſi mortuus mortuū
nō attendit. Quia igit̃ nec Paulus mūdi
glām q̄rebat / nec a mundi gloria ipſe que-
rebat̃ / ꝛ ſe mundū / ꝛ mundum ſibi crucifi
xum eſſe gloriat̃ / hec Greg. in moralibꝫ lib.
v. Sic Helias orauit. iiij. Reg. iiij. ꝑ filio
vidue. Sic ꝛ Chriſt⁹ in cruce dum miſſā
caneret in pontificalibꝫ cū Mitra corone
Caſula rubea / ſanguinea cirotheca in ma-
nibꝫ: ꝛ ſandalis in pedibꝫ clauoꝝ cum dia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cono ꝛ ſubdiacono latronibus / Acolitis Maria ꝛ Joanne. Duas collectas impo‑nens vnā ꝓ inimicis. Pater dimitte illis qꝛ neſciūt q̇d faciunt. Aliā ꝓ ſe. Pater in ma‑nus tuas ꝯmendo ſpiritū meū. ꝛc̄. O deꝰ miſericors q̇d r̄ndebimus? tu inimicis par‑cis ꝛ peris pro eis. Quid dicis? Popule meus q̇d feci tibi/aut in q̄ te cōtriſtaui. Ad chriſtianos: q̇d nō feci quod facere nō de‑bui: Genitus es a chriſtianis parentibꝫ fi‑de informatus/te nō auro neq̧ argento re‑demi/ſꝫ ſanguine meo: te nō emi ſed redemi ſuffeciſſet vna gutta ad vnionē deitatis ꝛ humanitatis/ego non vnā ſed infinitas ef‑fudi. primo circūciſione. ſcđo in mōte Oli‑ueti. tertio in flagellatiōe. quarto in coro‑natione. quinto in affixione crucis. ſexto in apertione lateris/obticeo de omnibꝫ labo‑ribus ab ineunte etate quid facere debui? roga ergo vt faueat anime tue.

¶ Primus modus orādi eſt: Voluntariꝰ quē videlicet ſibi quiſq̧ aſſumit ſm̄ ſuam volūtatē dū voluerit orare. Et talis eſt mul‑tiplex: ſunt em̄ varij modi ꝯponendi corpꝰ vel aptandi ad cōtemplationē. Hic ſtat: ille genu flectit/ille toto corpe ꝓſternitur/hic ꝓnus hic ſupinus iacet/hic faciē me‑dia iter genua locat. Alter eā manu operit/ſꝫ alter innixus cubito vni vł duobꝫ. Sub‑leuat vnus oculos quantū valet ſurſuꝫ/ali‑us deorſum figit/aliꝰ hac illac circūducit. Siſtit alius greſſum/alter ambulat/pin‑de dicit Aplūs. Quilibet abundat in ſuo ſenſu. Suus vnicuiq̧ mos eſt: ait Comi‑cus. Sed ais: ꝛ q̇s melior eſt ꝛ ꝯuenientior modus orandi inter oēs illos? R̄ndit Ger‑ſon: in de monte ꝯtemplatiōis/ꝙ Guilhel. pariſien. dicit/ꝙ ei videt̄ iſte modus eſſe bo‑nus ꝛ ꝓficuus/ ꝙ ſe q̇s recte teneat/ſupra brachiū ſiniſtrū inclinādo. Credo bene ait Gerſon: hoc ipm̄ expiētia accepiſſe. Scio ꝛ aliū cui nulla diſpoſitio ꝛ corpis ordina‑tio magis p̄ſtat auxiliū/ſicut ſedendo incli‑natus ſupra dorſum/ꝛ q̄ſi iaceat vultū ver‑ſum tenens ad celū aut terrā. Aliquibꝫ pla‑cet ire ꝛ redire/qđ interdū pōt eſſe ꝓficuū/pro recreatiōe aliquantula. Dico tn̄ tandeꝫ ꝓ regula ḡnali/nedum de ſitu ſed etiā de lo‑co ꝛ tpe/ꝙ vnuſquiſq̧ in talibꝫ ſequi debet qđ bonū in oculis ſuis viſum fuerit ad fa‑cilitatē ꝯtemplatiōis aſſequende. Exceptis his q̇s regularis cōis q̧ ligat diſciplina ad obſeruanciā certi tp̄is ꝛ loci. Alioq̄ ve illi ꝑ quē ꝓ ſua ſingularitate ſcandalū venit. Nā ꝛ vineā dn̄icam q̇s depaſtus eſt: talis vtiq̧ ſingularis fera. Sic̄ in de monte ha‑bes vbi dicit̄. Quilibꝫ corpus ſuū in tali ſtatuat diſpoſitione/ quā ſibi magis noue‑rit delectabilē ꝛ expedientē/ſiue hoc ſit ge‑niculando ſiue ſtando/ſiue ſedendo incli‑nando ſiue appodiādo ſiue etiā iacēdo. Et eſt hoc intelligendū/cum q̇s ſolus extiterit poterit em̄ tunc ſine ſingularitate id agere. In eccl'ia em̄ oportet ſe alijs ꝯformare.

¶ Feria ſcđa feſtū Circūciſionis.

Aſtitit regina a dextris tuis. p̄s. xliiij.

DUodecimꝰ gra‑dus eſt: Cibo moderanter in‑dulgere. ¶ Dico primo: ꝙ hoc valde neceſſariū eſt p̄ci‑pue incipientibꝫ. Qđ dico notāter. Nam alie ſunt inſtitutoꝝ obſeruatiōes in incipi‑entibꝫ ꝯtemplationē. Alie ſunt in ꝓficienti‑bus. Alie ſunt in ꝑfectis: q̄ ꝑ ꝯſuetudinem iā exercitatos hn̄t ſenſus. Qui cū Aplō ſci‑unt abundare/ſciūt penuriā pati ꝛ in omī loco leuare puras manus. Secus apđ in‑cipientes quibꝫ vt fragilioribꝫ appodiacula q̄renda ſunt/donec ſolidior ſtructura ſur‑rexerit. ꝓ talibꝫ fuit ſermo de locoꝝ vel tem‑poꝝ obſeruatione/ſicut hic/ de moderatio‑ne cibi ꝛ ſomni. Sꝫ ais ꝛ cur ita expedit p̄‑cipue incipientibꝫ. R̄ndeo ꝛ ¶ Dico ſe‑cūdo: ꝙ hoc ideo qꝛ in hoc ſtudio ꝯtempla‑tiōis incboāde vehemēs ꝛ q̄ſi iugis labor aīs reqrit̄ ac ꝓinde vitales/aīalesq̧ ſpūs cō‑ſumunt̄ plurimi/pluriq̧ reparatione ꝑ ci‑bū ꝛ ſomnū: vel ſaltē crebriori vti neceſſe ē. Sed ais: Grauat aīm. Ligat ꝛ inuiſcat/abūdās refectio. Nā guſtata carne deſipit ſpūs. R̄ndeo ꝛ ¶ Dico tertio: ꝙ tu abū‑danteꝫ dicis/nos loq̄mur temꝑatū: quā‑uis abundās grauanſq̧ ꝓ morula ſumpti‑onis haberi poſſet temꝑata/ſi ad ꝯtinuati‑onē tenorē inſpexeris. Sꝫ ais aliā vitā nos doces q̄ ſcī ꝯtemplatiui in vitaſpatrū/te



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nuerũt q̃ fuerũt artiſſime abſtinẽtie.
¶ Dico.4.ꝙ fuerũt q̃ ꝑ grã ↄteplatiõis
vel ꝓphetia pmerẽda /conati ſunt imitari:
vel Heliã vel Joannẽ Bap.vl' Danielẽ.
vel aliquẽ de patribꝫ egipti in abſtinẽtia ⁊
auſteritate/q̃ nõ ꝓphetici ſʒ fantaſtici facti.
Docuerũt ſuo exemplo ꝙ nõ cuiuſlibet eſt
volare /cũ pfectis quibꝫ grẽ q̃dam plus a
poſteris admirãdeq̃ꝫ aſſequẽde ↄceſſe ſunt
Nõ ſi ad debilitationẽ corꝑis ꝑ ieiunia ⁊
ſomnia crebriora gemitu latiua ſupaddat
⁊ labor aĩ:ſpũs vt diximus vitales ⁊ ani-
males exhauriẽs? Quid niſi diſſolutio bre
uis aut grauis egritudo vel fantaſie ⁊ cere
bri ↄturbati leſio ſubſequet. Nutriat cor-
pus ad auxiliũ nõ obruat vel craſſitudine
vel macie/venter q̃ꝫ eſuriẽs ſepe comedẽs
ſi Hieronymo credit/pfert biduanis ieiu-
nijs. Si quẽ ergo pfeſſio regularis iam li
gatũ tenet ſub autoritate p̄ceptoris indiſcre
ti q̃ nec ſono cãtũ ſatis eſt/nec cibo ſinit in
dulgere/ille incipiens ſm meũ conſiliũ tẽ-
perabit a vehementi meditatiõe ⁊ ↄtritiõe
ſimul cũ lachrimis /ne pereat ꝑ inſipiente
vero factus inſipiẽs vt pote leſus in iudi-
cio rõnis. Tali ſatis fuerit ſi ↄuentũ ſequi
poſſit:ſi aſinũ corꝑis quẽ vteri habet/non
penitus attriuerit. Sed ais:⁊ q̃d ergo faci
emus/ quẽ modũ ſeruabimus diſſiles ſu-
mus. ¶ Dico.5. ꝙ verũ eſt ꝙ diſſimiles
ſumus/⁊ id ꝙ vni parũ eſt/ alteri eſſet ni-
miũ ⁊ ideo nõ põt dari doctrina determi-
nãs quãtitatẽ. Sĩlr videmus in.ij. Ethi.
de Milone:qui vno die comedit bouẽ ⁊c.
Sĩlr habemus in plantis. Sũt q̃s irri-
gatio frequẽs ⁊ multa iuuat. Emarceſceret
hinc alie. Sunt quibꝫ ad augmentũ ⁊ fru
ctũ pdeſt plantari ſecus decurſus aquarũ
aut etiã in limo paluſtri: petũt alij montes
altos lapidoſos ⁊ aridos/ vt ꝑpetuus eis
viror decori ſit. Sũt q̃bus ab inicio plãta
tiõis tm̃modo/miniſtranda eſt creberrima
ſʒ paulatiua ⁊ tenuis irroratio vt adoleſcãt
quibꝫ poſtmodũ rara ſufficiet:in alijs ꝑ oẽ
tp̃s exiget ↄtinua. Sʒ ais:⁊ nunq̃d eq̃lis
eſt cibi moderatio neceſſaria ipſis pfectis
ſicut incipientibꝫ. ¶ Dico.6.ꝙ nõ q: ꝑ
exceſſum nõ ſic impediunt ⁊ hoc ꝓpter vir-
tutes acq̃ſitas ⁊ diuinã fortificationẽ ⁊ er-
go nemo iudicãdus eſt. Denicꝫ ſicut vir-
tus ſuperior/plus habʒ ṽtuoſitatis ex nã
ſua vel aſſuefactiõe bona vel ex altera forti
ficatione deſuꝑ veniente. Tanto põt ipſa
facilius regere vires inferiores/⁊ inſtrumẽ
tales:licet remittant q̃dam ſuo pondere vl'
correptiõe ↄtraria. Sicut hec eſt ſapiẽtis
vox. Corp⁹ qd corrũpit aggrauat aĩam. Et
magis ſi crapula/ſi ebrietas/ſi cure huius
ſeculi ↄiungunt. Quo fit vt ſpũs hõis ṽ-
tuoſi q̃ fortitudinẽ ↄtraxerit ex dei munere
⁊ lõga exercitatiõe nõ ita diſtrahit ſi corp⁹
ꝓpriũ fuerit aggrauatũ: vel cibis vel curis
hui⁹ ſeculi:quẽadmodũ alterius ſpũs mi-
nus exercitat⁹ / cuius omnis rõ fundítus
euerteret/aut nimiũ turbaret ſicut imperi-
tus nauta ſe ↄfundit /ſi fluctuantibꝫ pcel-
lis ſenſerit naue nunc ad celũ aſcẽdere nũc
deſcendere ad abyſſos vbi peritus/⁊ exerci
tat⁹ rector maneret intrepidus:aĩoq̃ꝫ ↄſtan
ti artẽ nauigatiõis exerceret. Propterea bñ
iubet Apl's: Qui nõ mãducat/mãducan-
tẽ non ſpernat/⁊ ita de reliq̃s q̃ ſicut male
ita ⁊ bene ꝑ varietate circũſtantiaꝝ fieri cõ
tingit intellige. Sʒ ais:⁊ quomõ ergo inci
pientes poterunt ſcire debitã quãtitatẽ ci-
bi ⁊ potus. ¶ Dico.7.ꝙ ꝑ tria. Pˀiõ ꝑ
experientiã ꝓpriã ⁊ longã. Scdo ꝑ diſcretio
nẽ humilẽ credentẽ ↄſilio ſapientũ. Tertio
ꝑ ſpũalẽ vnctiõem q̃ eſt grã dei: ſed que-
mõ illã ꝑ orõem deuotã. Dic cũ mãduca-
re volueris ſic docet Ber.pte.4.in dñica pri
ma aduent⁹. Inuoca deũ/Mariã/ Ange-
lũ/oẽs ſanctos. Dic de⁹ in adiutoriũ meũ
intẽde:⁊ vtere alijs remedijs ↄtra gulã in
ſum.vicio. Hec diſcretio [ beſcheidẽheit ]
eſt cultellus circũciſionis pueri incipientis
cui ſcʒ debet nomẽ impon: ſaluatoris: q̃ ſe
ſaluũ faceret hic debet circumcidere ſe. He-
dum in labijs a ſuperflua cibi ſumptione.
Sʒ etiã a detractiõe auriũ ab auditu tur
pium ⁊ detractionũ: oculos a viſu laſciuo
Manus [ die diebs negel ] a furto. Sed ⁊
cultello hoc cor abſcindat ab amore mũda-
no [ ſcheidmeſſer ] Separet ſe ab omĩ ma
lorum occaſione. Clamat dñs ꝑ Oſe. Cõ
uertimini ad me in toto corde veſtro ⁊ ſcin
dite corda veſtra.⁊c. Rogemus dñm.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Sabbato feſtum Epiphanie.
Aſtitit Regina a dextris tuis. pſal. xliiij.

Tredecimus gradus eſt ſomno moderater indulgere. Sed ais z que ſunt obſeruãda: vt q̃s in hoc itet graciu moderãter indulgendo: Rñdeo z dico/ q illa ſunt que cauere debem⁹ in ſomno Primũ eſt nimietas ſomni [vberflüſſickeit] prouerbiorum. xxiiij. Vſq̃ quo piger dormis: vere z iuſte cauẽda illa nimietas. multa enĩ z magna mala affert: z attulit: taceo de naturalibus malis. Indecens enĩ eſt vt Sol manius ſurgat ſm Aug. z Perſi. Eſt nãq̃ tpis amiſſio. de Sampſone Judicũ. xvi. de Holoferne Judith. xiij. de Apl'is Matth. xxvi. de adoleſcente: Actuum. xx. Scõm eſt brutalitas [ fichiſcheit: ] vnde Bern. dic ex Sũma vicioꝝ. 1 4 0. Tertiũ eſt triſticia in ſurgẽdo [ truricheit ] a ſomno eccl'ia. xxij. Quartũ eſt pigricia [tragheit] in ſurgẽdo a ſomno eccl'ia. xxvij. Sic oſtiũ vertit in cardine ſuo/ ſic piger in lecto ſuo. Quintũ eſt inoportunitas [ vnzitlicheit ] ſomni. ſ. tpe. Orationis. 1. pet. 4. eſtote. ſermonis eccl'i. xxij. cũ dormi. matutino. q eſt vtile. Pmo orõni Job. 8. ſcdo laudi. Job. 38. tertio cõſolationi. filij Iſrael colligebãt mãna: exod. 16. Sextũ eſt ſomni paucitas [breſtlicheit] Juſſit dñs vigilare: ſed z dormire in mõte Oliueti. Sic z necẽia eſt dormitio: ſ; dñter valde: ſic z de cibo dictũ eſt q2 nõ oẽs ſunt eiuſdẽ ꝯplexiõis: Socrates ſtetit ab occaſu ſolis/ vſq̃ ad ortũ/ dt Gerſon. Scio de meipſo: q2 ſi vigilarẽ: qualr z multi vigilãt. ꝯpellerer pax z nihil differre ab iſano. Et q̃d g agemus p debito ſomno dico q/ Nequid nimis.

¶ Dñica infra octauas Epiphanie.
Aſtitit Regina. Pſal. xliiij.

Decimusq̃rt⁹ gradus eſt/ meditationibus pijs gnatiuis affectũ ſilẽter inſiſtere. Hic eſt pncipalis gradus ꝓpter quez oẽs precedẽtes poſiti ſunt. Sed ais: z que ſunt meditatõẽs pie: que poſſunt affectus gignere: z quomõ poſſumus/ vel debemus eis ſilenter inſiſtere: z

¶ Dico pmo/ q ſunt quidẽ hoies: q̃ volũt ſp vel legere/ vel orare vocalr/ vel deuotõis ꝟba a loquẽtib⁹ accipe: ſi putãt exinde ꝯtẽplatiõis gratiã familiarẽ ſibi ꝯmittere acceſſuro. pſunt hec: ſ; ñ ſufficiũt. Eſto nãq̃ ꝯpũgant interi tales ad lectionẽ vel ſmonẽ abſtulerꝫ librũ/ aut ꝟbũ. abibit comes cõpũctio/ non alr q̃3 cũ libro/ aut ꝟbo reuerſura. Quãobrẽ op3 cu3 ſilentio pſtolari ſalutare dei: vt conſueſcat hõ orare ſpũ/ orare z mẽte: du3 etiã vocis ſtrepit⁹ aut libri deerit intuit⁹. ſit ipſa meditatio ſilẽs: liber tuus ſit pdicatio alioq̃n videat: ne ſemp diſcens nunq̃ ad ſapiam pueniat. Opponent ſcio nõnulli q̃rulãtes ſe nec ſcire/ nec poſſe ſpm ſuũ ad ſe colligere cũ ſilentio z meditatiõe. Euolat inquiũt ꝯtinuo nũc huc/ nũc illuc ſe diuidẽs. Effluit velociter niſi infra limites lectiõis aut ſmocinatõis artat⁹ teneat.

¶ Dico ſcdo/ q verꝫ eſt/ q ſit difficultas hoc plane eſt/ q̃d dicimus: ꝓpterea ſecũ eſſe. ſecũ cum ſilẽtio ꝯtinere ſpm. hoc opus hic labor eſt: ad hoc eniti totis affectuũ neruis ſuademus. Sede ſolitarius leuãs te/ ſi potes ſup te. qd ſi diu multũq̃ conat⁹ hec facere nequeris. noli ꝓpterea cito: vel ad lectionis/ vel ad collocutiõis ſolaciũ effugere illo dũtaxat recto. At ꝟo tedet te ſilentij z factus es tibi grauis. z ꝓpter hoc inutiliter quieſcere te iudicas. ſed expecta vincat hoc tediũ mora pertinax: ne cõſuetudo ꝓtinus abrũpendi ſilentiũ/ pabulum det faſtidio/ non leuamen/ ceſſabit forſan ad tẽpus: ſed redibit acrius crede mihi tanq̃ canis oſſe pingui foras pulſus.

¶ Dico. 3. q hec eſt radix raritatꝭ contẽplatiuũ etiã apud lr̃atos eccl'iaſticos ac religioſos: imo theologicos/ niſi q2 vix ſuſtinet aliq̃s ſecũ ſolus eſſe/ ſecũ diu meditari. Ita q priuſq̃ vix inceperit aĩus in meditatiõe ſua/ repetit aut lectio/ vel colloquiũ/ aut aliqd hmõi exercitiũ/ q z ſufficiat ad nõ peccandũ/ z quodãmodo laſſitudinẽ reficiat: ne aĩus fatiget fruſtra/ nequaq̃: vt putas



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fruſtrat̃ anĩus:q2 non obliuiſcet̃ tandẽ mi
ſereri deus/te perſeueranter ſic petente/ que
rente/⁊ pulſante. Sed ais de ſilentio ſatis
intellexi:dic q̃ ſunt meditatões pie:que pro
ſunt ad gignendos affectus: Rñdeo ⁊.

¶ Dico q̃rto/ ꝙ hoc non põt vniuerſal̃r
diffiniri. Nã quot capita tot ſñie: dt comi-
cus:nõ min⁹ tot meditatiões/nec voto vi-
uit̃ vno. Nihilomin⁹ ex tãto aceruo colliga
mus aliq̃s/ que ad affectũ timoꝛ ꝑturiẽdi
iuuãt. Itaq꜄ vere diuineq꜄ dictũ eſt Initiũ
ſapie/ hoc eſt ſapide ſcie timoꝛ dñi: ⁊ q2 ti-
moꝛ ſtatim in deſperationẽ rueret:vt ſpem
ſociemus neceͤ eſt. Sic Bernardũ ſuꝑ can
tica:ſic Richardũ de.xij.pãtriarchis:ſic Hu
gonẽ de ꝟtute orãdi:ſic ceteros pene oẽs vi
demus inchoaſſe. Nimirũ bñplacitũ eſt deo
ſuꝑ timẽtes eũ/ ⁊ in eis q̃ ſperãt ſuꝑ mĩa
ei⁹ cantãtes ei mĩam ⁊ iudiciũ. Sz ais tñ
ſupra dictũ eſt/ꝙ amoꝛ ſit initiũ: Rñdeo ⁊

¶ Dico.v. ꝙ duplex eſt amoꝛ. Prim⁹ eſt
impfectus/⁊ hic añcedit ceteros affect⁹. Ali
us eſt amoꝛ ꝑfectus/⁊ ille ſequit̃ affect⁹ ali-
os. Sz alius eſt amoꝛ inhiãs ĩperfectuſq꜄
de deo qualẽ ſufficit fides de exñtia dei gi-
gnere. Et hic añcedit ceteros affectus: ĩmo
fidẽ quã preterea in certitudine ſua figit. De
quo amore diſputauerũt aliqui/ ꝙ ſine pre
cedenti/vel ꝯcomitante cognitiõe ferri põt
in bonũ:tanq꜄ in obiectum primariũ obijci
ens ſe aĩe: ſicut in ordine Hierarchie prioꝛ
eſt Seraphin/q꜄ Cherubin:hoc in lib. cu-
ius initiũ eſt vie Syon lugent ꝯtinet̃. Ali
us inuenit̃ amoꝛ feruens extaticus ac perfe
ctus/qui põt ꝯiungere amantẽ cũ amato.
Cuius adeptio nõ niſi ꝑcedentib⁹ multis
affectionib⁹ alijs venit: dũ primus aĩa pu
rificatos ⁊ ſanos hz intimos ſenſus ſuos.
Hanc purificationẽ a febrili languore pctĩ
inficientis:q̇d magis operat̃/q꜄ ipſe timoꝛ
dñi:qui expellit pctm̃:qui cõfigit carnales
affectiones:qui nihil negligit: qui hões lu
gentes cõſolatos reddit:a q̃ concipit̃ ſpũs
ſalutis:q̃s ⁊ alias efficacias ſcriptura ſibi
tradidit. Et hic ſolet timoꝛ mgr̃aliter diui-
di in timorẽ inicialẽ mercenariũ ⁊ filialem:
inicialis penã incurrere:mercenari⁹ perdere
premiũ/filialis ſeparationẽ tantũ a dilecto
refugit. Sed ais ſatis intellexi: ſed vellem

taliter in timore meditantẽ aliquem.

¶ Dico ſexto/ꝙ tales meditantes fuerũt
Ezechias rex Dauid/ait Ezechias. Medi
taboꝛ vt colũba. Iſa.xxxviij. Dauid pſal.
liiij. Quis dabit mihi pẽnas ſicut colũbe
⁊ volabo ⁊ requieſcã: intellige per colum-
bam animam. Ala dextra ſpes/ſiniſtra ti-
moꝛ:cauda diſcretio. Quelibet ala habz de
cem pennas. Huius colũbe cum ſuis alis
diſcrepationẽ reſeruabo ad ſequentẽ diem
dñicam tranſijt enĩ hora: Rogemus.

¶ Dominica prima poſt octauas
Epiphanie euangeliũ:de Nuptijs.

Aſtitit Regina a dextris tu-
is. Pſalmo. xliiij.

Habemus queſti-
onẽ pre manib⁹: que ſint illa
decem:que valent ad incitan
dum in nobis timorem dei:⁊
alã ſiniſtrã columbe ꝯſtituũt
Rñdeo ꝙ ipſa ſunt:diuina ſeueritas/dãna
tiõis perpetuitas/pctõꝝ enormitas/ꝓpria
fragilitas. Seducens ꝓſperitas: frãgens
aduerſitas/domeſtica hoſpitalitas/ demo
nis ꝑuerſitas/ad viuos iniq̃tas/ad mortu
os crudelitas. Videam⁹ illa ſm̃ ordinẽ. pri
ma penna eſt diuina ſeueritas. Cogita q̃ ſe
uerus fuerit deus in punitõe pctõꝝ. cogita
ꝙ angelũ eiecit de celo:Adam de paradiſo.
Ecce q̃t pẽnulas hz illa principalis penna
[ die ſchwingfeder hat fil neben federlyn ]
Itẽ interitus hĩm in diluuio Zodomorũ
⁊ Gomorreorũ calamitas ſui ingrati Jude
Deinde crux Chriſti/ iudicium ſeculi/vbi
pauci electi. Scd̃a dãnatiõis perpetuitas
pẽnule tot q̃t ſpẽs tormẽtoꝝ varie:ignis.ſ.
inextinguibilis/vermes/fetores/horrores/
clamores/ vlulatus ⁊ fletus dentiũ ſtrido-
res ⁊ frigora/tortoꝝ multitudo/peſſima ſo
cietas/oĩa incõprehenſibilia ⁊ indefeſſa.
Super oĩa timenda ablatio omnis ſpei/⁊
carẽtia diuine viſionis penaliſſima. Tertia
pctõꝝ enormitas/pẽnule tot q̃t peccata cõ
miſſa cũ circũſtantijs aggrauãtibus ea.
cula ſunt caſuũ futuroꝝ vſq꜄ ad mortem.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

236

Quinta ſeducens proſperitas: pēnule tot
quot occaſiones peccatorum in proſperis
per ſuperbiā atq luxuriā. Sexta frangēs
aduerſitas, pēnule tot/quot occaſiones im
patientie turbatōis ꝛ vindicte. Septīa fa
miliarꝫ hoſtilitas, pē. tot quot ex carne ſur
gūt illecebroſa tentamēta. Octaua demo-
nis ꝑuerſitas pēnule tot q̄t demonioꝝ frau
des ꝛ laquei. Nona ad viuos iniq̄tas/pen
nule tot q̄t ingratitudines ꝛ ſcādala ꝯ pro
ximos/ꝛ maxie domeſticos ꝛ bn̄factores/ꝛ
ſubditos oriunt. Decima ad mortuos cru
delitas, pennule tot q̄t per negligentiā ſuf-
fragioꝝ manent in tormentis: vel a gloria
retardantur: Rogemus.

¶ Dn̄ica ſcd̄a ipſa die Agnetis.
Aſtitit Regina a dextris
Pſalmo. xliiij.

Queris ꝛ q̄ ſunt
illa decē: que concitant ad
ſpem pro ala dextra colūbe
Rn̄deo breuiter/ ꝙ decem
cōtra predicte ſiniſtre decē.
Prima pēna eſt diuina miſcdia: tot pēnule
quot diuine miſcdie monumēta: vt glia an
geloꝝ ſaluatio Ade/ Noe/ Loth/ Dauid/
Petri Pauli: Latrōis: Magdalene: Cha
nanee: filij prodigi: adultere: ſaluans Chri
ſtus/electoꝝ inſuper cuſtodia per angelos
ſanctos. Secunda incōprehenſibilis glo-
ria: tot pēnule/quot aīe ꝛ corporis dotes.
Tertia penitentie gr̄a: tot pēnule/quot pe-
nitentie actus ꝓcedētes ꝑ peccatꝫ. Quarta
ſuſtentatio dei ꝯtinua: tot pēnule/quot au
xilia dei per virtutes/dona/ per beatitudi-
nes/per eucbariſtie ſacramentū ad hoc effi
caciſſimum/per pn̄iam/ꝛ ſimilia. Quinta
cōfortans letitia: tot pēnule/quot ex ꝓſperi
tate humiliter ſuſcepta ſumunt occaſiones
benefaciendi. Sexta erudiens triſtitia: tot
pennule/quot beneficia preſtat aduerſitas
fortiter tolerata. Septima volūtas libera:
tot pennule/quot modis pōt ipſa volūtas
carnem ſubijcere. Octaua angeloꝝ ſancto
rumq beniuolentia: tot pennule/quot mo-
dis iuuant nos ſancti/ſancteq oēs. Nona
viuoꝝ auxilia: tot pēnule/ quot iuuamus
viuos/ꝛ iuuamur ab eis. Decima mortu-
orū ſuffragia: tot pēnule/quot modis iuua
mus mortuos/ꝛ iuuamur ab eis. Exēplar
hoc inſecuti ſtudioſi poterūt abundāter ex
erceri/quotidie in meditationib9: ſ̄m dedu
ctionē proliriorē habitā ſparſim per totū
ſcripture ſancte corpus. Poterūt inſuꝑ pro
portiōabiles alas fabricare, ꝑ alijs affecti-
bus: vt ꝑ charitate dei ꝛ proximi ponendo
meditatiōes ad hoc ipm̄ inducentes. Pro
odio peccati/ numerādo cauſas ꝑ reſpectū
ad deū ꝛ proximū: cur odio debeamus h̄re
pctm̄: ſuper q̄bus oībus abundat ſumma
illa de virtutib9 ꝛ vitijs: q̄ eſt vtiliter pro-
ſus cōpoſita. Et ſane meditatiōes ꝑ timo-
re ſatis inducūt ad odiū peccati: ſic alie ad
dei, proximiq iuuāt charitatē. Aſſume tibi
pennas iſtas diluculo/ hoc eſt vigilanter/
mox vt ſenſerꝫ aurorā diuine illuſtratiōis
irradiare ſuper terrā aīe tue. habita tunc
in extremis marꝫ: tanq̄ in littore quodā ſta
bili fluctuantiū/ cogitationū/ ꝛ eſtuantiū
deſiderioꝝ: etem̄ deducet te mirabiliter nō
induſtria tua/ ſed manus dn̄i. ꝛ tenebit te
dextera ſua. Et dices: forſitan tenebre con-
culcabunt me/quo ad caliginoſam aliquā
inferioꝝ oīm obliuionem: ꝛ nox iſta in infi
mis illuminatio mea in delitijs intelligen
tie ſuperuenientis. Caueto perinde ne pen-
nas iſtas/vel infidelitas euellat/vel deſpe-
ratio frangat: vel inertia ꝯglutinet: vel aua
ricia circumliget: vel vrat luxuria: vel gula
pregrauet. Rogemus ꝛc̄.

¶ Feria quinta in vigilia Pre-
ſentationis Marie.
Aſtitit Regina a dextris tuis in
veſtitu deau. Pſal. xliiij.

Maria cum eſſet
trienis aſcendit. xv. gradus.
Aſcendēs in templū Hieru
ſolimis/a parentibus illuc
preſentāda. Occaſione illorum quindecim
graduū: dixi de. xv. induſtrijs inſtar gradu
um de perueniendo ad perfectam dilectio-
nem dei ꝛ extaticam/ qua vere aſſiſtit deo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

propinq̃tate in veſtitu deaurato/ que charitas eſt. Hunc aũt eadem Maria cum haberet .xv. annos/ ⁊ Chriſtum Jeſum peperiſſet/ iterũ eoſdem .xv. gradus aſcendebat: vt puerũ Jeſum ſiſteret deo/ vbi ⁊ ipſa aſtitit: vt habet hiſtoria euãgelica p̃ſentis feſti In quo ⁊ congrue quindecimus gradus ⁊ vltimus declararet: ſcilicet ſpiritum a fantaſmatibus auertere/ qui perfectiſſimus eſt/ vbi verum lumẽ ad reuelationem lucet. Sed quia ſicut bonũ eſt aſcendere ita periculoſum eſt deſcẽdere. Ideo per neceſſariũ oſtẽdere queadmodũ contingit p̃cipitari a ſup̃mo gradu vſq₃ ad deorſu₃ ⁊ infimũ peccati gradũ. Quo facto ip̃m vltimũ ⁊ ſupremũ gradum oñdemus. Reperio aũt ſeptem gradus quib₉ deorſum deſcendit̃/ niſi obſiſtant ſeptẽ dona ſp̃ũſſancti. Neq₃ nimiru₃ eſt/ q̈ per tã paucos gradus deſcẽdit̃/ ⁊ per tam multos aſcendit̃: quia facilius eſt deſtruere/ q̃ȝ cõſtruere. ⁊ facilis eſt deſcenſus auerni. Sed ſurſum aſcẽdere hic labor hoc opus eſt. Et ſaccus magno labore/ ⁊ tpe ſurſum tractus in momẽto/ ⁊ in ictu oculi deſcendit. Sed ais/ ⁊ qui ſunt illi gradus deſcendentiũ: Reſpondeo q̈ ipſi ſunt/ Negligentia/ Curioſitas/ Experientia/ Concupiſcentia/ Conſuetudo/ Contemptus/ Malicia: quibus obſtant ſeptem dona ſpirituſſancti.

¶ Primus eſt negligentia ſui. Hic enim eſt cadendi modus: vt dicit Holkot ſuper librũ ſapientie: lectione .xxxvij. a. ſecũdum. Huic caſui obſtat timor/ nimirum ipſe eſt quo concutit̃/ diſcutit̃ conſcientia/ excutitur ſopor letalis/ incutit̃ ſollicitudo: vnde Eccleſiaſtici .vij. Qui timet deu₃/ negligit nihil. Sed ſicut Job/ Verebar om̃ia opera ſua.

¶ Secundus gradus eſt: Curioſitas: ſequit̃ enim negligentiã ſui/ curioſitas ceterorũ. Accidit ei qui talis eſt/ quod accidere ſolet patrifamilias/ q̈ de domo eij cere ſolet fumus ſtillicidium ⁊ mala vxor. Negligens propria: fumũ non abigit/ vxorẽ non corrigit/ tectum non reficit. Et quomodo? Ecce fumãt peccata ⁊c̃. Vide lacius Bernardũ/ huic caſui in hũc gradũ reſiſtit pietas.

¶ Tertius gradus eſt Experientia mali contra hunc ſcientia.

¶ Quartus gradus eſt Concupiſcẽtia.

¶ Quintus gradus eſt Conſuetudo. Et eſt cum ſine pruritu concupiſcentie/ aut impetu deſiderij/ ſola cõſuetudine homo ad illicita trahitur: vt in Bernardo.

¶ Sextus gradus eſt Contẽptus/ vide vt hoc bene declares.

¶ Septimus gradus eſt Malicia. Hec omnia ex Bernardo latius declara.

¶ Dominica in ſeptuageſima.

Aſtitit Regina a dextris tuis. Pſalmo. xliiij.

Quintus ⁊ vltimus gradus eſt. Spiritũ a fantaſmatib₉ auertere. Sed ais/ ⁊ q̃d eſt fantaſma? quid eſt ſpiritus? et quomõ poſſumus ſpiritũ a fantaſmatibus auertere? Reſpondeo breuiter/ ⁊ dico q̈ in hoĩe tria ſunt: ſc₃ ſenſus/ ratio/ ⁊ intellectus. Primũ eſt ſenſus interior/ de exteriori non oportet loqui. Ille eſt ĩterior a p̲paricio ſilitudo ⁊c̃. Et hoc dicit̃ fantaſma [ſind blind] declara ad placitũ. Scd̃m eſt ratio illa ſuperior fantaſmate. Tertiũ eſt intelligentia. mens ſiue ſpiritus: declara vulgariter ex Gerſone de ſpeculatiua myſtica: conſideratione nona: ⁊ ſequẽtibus. Vel tuis verbis ex Metaphiſica: ⁊ libris de anima. Sic ergo debes intelligentiã ſiue ſpiritũ auertere a fantaſmatib₉. Sed quomõ hoc eſt: ais/ poſſibile. Reſpondeo quod ſeptẽ modis: ſc₃ primo ſicut ouis. ſcd̃o ſicut ſtatuifica. tertio ſicut auis. q̃rto ſicut puer. quinto ſicut egrotus. ſexto ſicut eſuriẽs/ ⁊ ſitiens: ⁊ ſeptimo ſicut vidẽs euchariſtiã. Primo ſicut ouis que hab₃ vim eſtimatiuã ⁊ vltra viſum lupi griſei p̃cipit inimicitiã non viſam. Sic põt ⁊ homo per rõnem ſe auertere a fantaſmatib₉: ⁊ elicere ſpẽs intelligibiles: declara ad placitũ. Scd̃o/ ſicut ſtatuifica facit per ſolã ablationem pulcherrimũ Agalma: id eſt hoĩs imaginem (ſcd̃m Grecos.) Conſidera (inquit) fabricatorem ſtatuarũ/ nonne

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hic format imaginem vel ſtatuam/ nõ addens quicq̃/ ſed reſcindens / ⁊ remouens: ex qua ſubtractione remanet Agalma pulcherrimum / imago pulchra / figurata vel ſculpta. Sic agit ſuo modo meditantis animus: dum ab hoc conceptu vago connotatio: ſcilicet hoc ens ⁊ illud ens: qui cõceptus habetur ex rebus exterioribus ſenſatis intra facit abſtractionem modo predeclarato. Remouẽdo ab hoc conceptu vago quicquid eſt imperfectionis in entibus cognitis per fantaſiam.

¶ Tertio/ ſicut auis pedes ſurſum ſemꝑ tenens: dum in gelu intenſo/ ad cibũ aduolat: timẽs ne laqueo/ aut fiſco capiat̃. Sic tu non ſitas in cognitione potentie/ ſapientie ⁊ bonitatis. ſed affectiõe cordis ore inhiante in ſuam potentiam/ ſapientiam ⁊ bonitatem/ ſaporandam guſtandam tanq̃ in ſui cibum. Et hoc quidem pro doctis/ ſequitur pro omnibus.

¶ Quarto / ſicut puer qui nunqnam vidit nec patrem ſuum / nec matrem. Qui cum dixeris Ecce tu puer patrem habes in regione longinqua potentiſſimum ſapientẽ optimum ⁊ glorioſiſſimum. Ille eſt qui te genuit ⁊ fecit/ ille eſt a quo ⁊ per quem mittuntur tibi omnia que habes bona. He veſtes/ hec cibaria/ hec poma/ he nuces/ ⁊ ſimilia. Nunquid non merito habes talem diligere tali obedire ⁊ facere quicquid ipſe mandauerit hoc audito bonus puer mouet̃ affectu naturali ad auditum patris nomen. vt feratur in dilectionem ipſius. cum tñ apud hmõi puerum non ſit alia patris cognitio. quam ea que per fidem aut narrantis ei ingeritur ſimpliciter auctoritatem. Hic puer non conſiderabit de neceſſitate patrem/ ſub aliquibꝰ conditionibus materialibus: vt ꝙ ſit albus/ niger/ paruus/ magnus ⁊c̃. Vel etiam ſi conſiderauerit ipſe protinus / ſine multo conamine ſe auertere potuit ab huiuſmodi conſideratione / ⁊ in nomine/ ſeu cognitione huius: quod eſt pater totus de facili intẽdere valet tenerrimo cordis amore: prout totus nouit in eius dilectiõem inhiare/ ſuſpirare/ ⁊ totum ſuũ in eum deſiderium conuertere. Quid ni dixerit ſibi ipſi aut alijs de patre ſic. Viuat talis bonus pater. Benedictꝰ in perpetuũ ille dilectus pater. Bene ſit ſemꝑ iſti patri: qui certe mihi ſemꝑ eſt diligẽdus/ honorãdus/ reuerendus: ⁊ pre oculis iugiter hñdus. Deniq̃ ſi quis ab hmõi queſierit: qualis eſt tuus iſte pater. Rñdebit vtiq̃ nil aliđ. Neſcio plus niſi qđ eſt meus chariſſimus pater/ progenitor meus/ nutritor meus/ bñfactor meus protector meus/ ⁊ ſi qua ſunt ſilia. Et hec tamẽ nouit ſolũ fide per auditũ/ ⁊ non intuitiuo/ vel per viſum/ vel per attactũ.

¶ Quinto/ ſicut egrotꝰ: qui deſiderat medicum in cõmuni. Nunquid eñ poteſt hic optare medicũ/ ſeu petere non hunc vel illũ ſingulariter: ſicut ſitiens appetit vinum: et eſuriens cibũ. Quod tamẽ facit ſepe/ non prehabita fantaſiatiõe ad hoc/ vel illud vinum/ aut ad hunc/ vel illũ cibum.

¶ Sexto/ ſicut paruulus ſuper matrem ſuã dum ſugit/ ⁊ amplexat̃ eam: qui plerũq̃ nihil videt/ nihil audit/ aut ſaltẽ non iudicat ſe videre/ vel audire quicquã: totus in lactatione (vnde delectatio dicta eſt) occupatus. Tunc nihil cognoſcit ſub quacunq̃ ratione reflexa etiã: ꝙ lac ſit dulce vel bonũ vel ens/ vel non ens: ſed tantũmodo lactandum ſe vberibꝰ imprimit. Et fit muliebris quedam operatio experimentatiua non reflexa/ nec declaratiua/ nec enunciatiua. felix puer ille. etiam ſi centum ſit annorum ſub ſapientia matre ſua: qualis erit magnificus rex ille Dauid paruulus in oculis ſuis/ ⁊ virilior ceteris ante deum.

¶ Septimo / ſicut videns ſacramẽtum dominici corporis in manibus ſacerdotis: oculis corporeis adorat deuote/ ſicut veruȝ deum/ ⁊ hominem humani generis redemptorem angelorum dominũ/ ⁊ demonũ expugnatorem: propter hoc quod ibi videmus oculis cordis / nec moramur cum cogitatu noſtro diu circa illud: quod exterioribus apparet oculis: vtpote circa albedinem rotunditatẽ/ ⁊ paruitatem ſacre huius hoſtie: ſed cogimus quaſi violenter cogitatum noſtrum: vt ab illis viſibilibus ſpeciebus ſe auertat/ ⁊ conuertat ad inuiſibilia: que oculis mentis per lumẽ ſancte catholice fidei ibi videt/ ⁊ credit veraciſſime/ quaſi

dicerem᷒ cogitatiōibus noſtris id quod
oculi corporis noſtri nobis repreſentant/
non eſt deus noſter. Sed id quod ibi ocu/
lis cordis cernit/eſt dominus deus noſter.
Hoc ergo cogitate/ ꝛ in hoc vos figite.
Notandum/ ꝙ quicunq; in his/ ꝛ per hec
vult amaroſe/ ꝛ effectualiter tendere in dūe
ſecure ꝛ diſcrete cogitare de deo ſine aliqua
re corporali/ſiue abſq; imagine: ita vt non
cogitet rem magnā/aut paruam/ longam/
aut breuem/albam/aut nigrā/ hic aut ibi/
in tali aut alio loco exiſtentē. Sed oībus
talibus/ ꝛ ſimilibus excluſis:eleuet cor ſuū
ad intellectualia pura/ ꝛ incorporea/ cogi/
tando dei omnipotentiā:qua oīa poteſt:
dei ſapientiam:qua omnia preterita ꝛ futu
ra ſcit:vt preſentia. Dei bonitatē qua omi
bus quātum in ſe eſt/bene vult/ ꝛ nulli ma
le. Similiter eius miſericordiam/ dulcedi
nem/ pulchritudinem/ ꝛ ſic de alijs perfe/
ctionibus:deo ſumme cōuenientibus/ ꝛ in
exiſtentibus dicendo corde ꝛ ore. O domi/
ne deus meus/creator/redemptor/ ꝛ ſalua/
tor meus/omnipotens/ſapientiſſime/ per/
optime totus pulcher/ dulcis ꝛ miſericors.
O pater pijſſime/amantiſſime/amabiliſſi
me: qui ſolus vere pater patrum es: plus
me diligis q̄ vnquā carnalis pater ſuum
chariſſimum dilexit filium. Quod bene
oſtendis in tuis beneficijs magnis ꝛ mul/
tis:mihi indigniſſimo datis per te/ ꝛ adhuc
dandis/ex ſola tua maxima hoc faciens
bonitate te adoro/laudo/glorifico/toto cor
de/corpore/ ꝛ ſpiritu tibi gratias ago:pro
omnibus tuis donis: quia quicquid ſum
poſſum/ſcio ꝛ bene ſancteq; cupio/volo/et
deſydero: hoc a te habeo totum/ ꝛ nihil ha
beo ex meipſo/ niſi peccata: que clementer
peto/ignoſce propter gloriam nominis tui
benedicti. Quod me cum omnibus ſan/
ctis tuis benedicere/laudare/ ꝛ predicare ſi
ne fine propitius etiam concedere digne/
ris. Vel alio modo orando: prout Spiri/
tusſanctus inſpirauerit. Talem reſpectum
habendo in orationibus/ ꝛ meditatōibus
ſuis:homo nō facile incurret freneſim:nec
erit fantaſticus/ ꝛ in capite ſeu ſenſibus ſu/
is deſtructus/ quemadmodum aliter faci/
liter poſſet contingere. Cum homo nimis
figit cogitatum ſuum in res corporeas/et
rerum ſenſibilium imagines. Nolumus ta
men per hec reprobare imaginationes de
opere noſtre redemptionis/ de captione al/
ligatione/ colaphis/ ſputis/ flagellatione
crucifixione domini noſtri Jeſu Chriſti:et
ceteris huiuſmodi. Immo hortamur quā/
tum poſſumus: vt de talibus homo ſepe
cogitet:ſed ſub hac conditione/ ꝛ huiuſmo/
di cautela: vt videlicet cum diſcretione. et
non nimis hoc faciat: atq; vt non nimis
diu/ ꝛ immobiliter quaſi ſeu nimis fixe cir
ca corporalia/ ꝛ imagines rerum huiuſmo
di cogitatio immoretur. Sed ſemper cone
tur cogitatum ſuum ab iſtis corporeis ima
ginationibus trahere ſurſum ad earūdem
rerum corporalium ſpiritualitatem: que in
de( ſpiritu ſancto docente )elici poterit co/
pioſe/ ſi homo aſſueſcat/ ꝛ dederit ſe ad ta/
lia facienda. Et ne videatur impoſſibile/to
taliter licet appareat inexpertis difficile ali
qualiter id quod dicimus. Sumamus ex
emplum de puero extra patriā poſito:qui
nunquā vidit patrem ſuū/ ꝛ cui pater mi/
tit victum ꝛ amictum/ ꝛ alia neceſſaria/ſa/
lutatq; dulciter ſepius per medios nunci/
os eundem. Non dubium/ quin puer iſte
licet p̄remium ſuum non videat moueatur
naturaliter quodā amoroſo affectu:ad dili
gendum hunc patrem/ ꝛ ad cogitādum ſe/
pius cordialiter de eo/ ꝛ quod libenter eſſet
apud eundem/ ad videndum ipſum ſicuti
eſt: quia neſcit an ſit longus aut breuis:an
albus aut niger: ꝛ ſic de alijs corporalibus
circumſtantijs. Ergo etiam in cogitando
patrem ſuum: qualeſcunq; huiuſmodi cor
poree imaginationes occurrerint/ non in
eis quieſcit. ſed repellit tanquā deceptorias
ꝛ inutiles. Sed qm̄ alibi de hoc latius tra
ctatū eſt/ ſufficiat hic modice tactū. Itaq;
iuxta p̄miſſa diſcat pſona deuota in ſimili/
bus ſimiliter agere: alioquin in oratōibus
ꝛ meditatiōibus ſuis:non ſolū pertimeſce/
re h; premiſſa pericula. ſed etiā incōmoda
rauia alia. Poterit eñ contingere/ cū ho/
mo nimis cogitat cū imaginibus/ ꝛ rerū
corporaliū circumſtantijs:vt ꝓpter fantaſie
fluxibilitatē/ ꝛ inuiſibili hoſte illudente/et
cooperante deueniat a deuotis/ ꝛ pijs deuo

tionib⁹/ cogitationibuſq̄ ad cogitatus tur
pes ⁊ impios: a puris affectionibus ad im
mundas/ a ſpiritualib⁹ ad carnales: ⁊ non
nunq̄ a ſanctis cogitationib⁹ ad execran-
de blaſphemie cogitationes: prout in non-
nullis deuotis ꝑſonis/ in his incaute com
pertū quādoq̄ eſt. In ipſa etiam venerāda
imagine crucifixi: ex nimis fixa ꝯſideratio
ne circa corporis dn̄ici nuditatē/ eiuſq̄ fe-
moraliū. Qui caſus/ ſicut mulierculis eſt
valde poſſibilis ſic viceuerſa poterit caſus
iſte ⁊ viris eſſe nō impoſſibilis/ ſi nimis fi
gant eoꝝ cogitatus erga ſanctaꝝ virginum
imagines corporeas: prout etiā experientia
nōnullos docuit. Caueamus igit̄/ dum co
gitare volumus nudū crucifixū: ne incau-
te id fiat. Alioquin id contingere poterit
dn̄m noſtrum crucifixū de cruce nobis eua
neſcere/ noſq̄ cum latronibus non tantum
his/ qui cum dn̄o crucifixi ſunt: ſed ⁊ illis
inuiſibilibus illic inſidioſe contra nos la-
titantibus ſolos remanere: qui ⁊ deſpolian
tes nos cogitatiōibus/ ⁊ affectionibus pu
ris ⁊ ſanctis/ ⁊ plagis turpium/ ⁊ execran-
darum impoſitis/ vix ſemiuiuos nos ſub
cruce relinquant. Semiuiuos ⁊ ſemimor-
tuos nanq̄/ nonnunq̄ deuoti ſimplices ſe
putant cum ex huiuſmodi corporaliū ſpe-
cierum incauta/ ⁊ nimia imaginatiōe veni
unt a ſanctis cogitationibus/ meditationi
bus/ ⁊ orationibus ad cogitationes nefari
as/ ſpiritu nequaq̄ ſepius cooperante/ eſti
mantes cū quadam deſperatiōe ſe a deo de
relictos/ ⁊ reprobatos: propter hmōi turpi
tudines cogitatui eorū occurrentes/ ⁊ per
conſequēs ſe in anima a dei gratia mortu-
os fore/ ⁊ vix vita corporis viuere: quod ta
men oīno falſum eſt. Ecce ad quanta perue
nitur pericula/ ex nimis forti imaginū cor-
poralium rerū fantaſia/ ⁊ ex antiqui hoſtis
cooperatione malicioſa. Nemo propter pre
miſſa credat ſanctorū imagines: ſicut qui-
dam heretici ſenſerunt/ eſſe contēnendas:
ſed ſunt potius reuerenter tractande/ ⁊ ea
intentione: qua eccleſia dei eas inſtituit di-
gne honorande. Et ſic diſcamus ab his vi-
ſibilibus mente tranſire ad inuiſibilia/ cor
poralibus ad ſpiritualia: ille naq̄ eſt finis
graduū atq̄ imaginū harum. Rogemus.

Finis ſermonum de Contempla
tionibus.

**Sequuntur ſermones vigintiquattuoꝛ**
fructuoſiſſimi/de Vita Chriſtiana inſcripti:iuxta oꝛdinem ⁊
numerum litterarum Alphabeti:quas litteras in arbo⸗
rem redegit Doctoꝛ/⁊ in ramos mutauit. In qui⸗
bus homo fidelis/vitam ſuam ſecundum ea⸗
rum litterarum doctrinam regens/aſcen⸗
dere poteſt in eternam gloꝛiam.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

239



## Sequuntur ſermones
de vita veri Chriſtiani iuxta ordinem
et numerū literaꝝ Alphabeti.

A

**A**Ttendere
ſcopon ⁊ telos: id
eſt finē/ ⁊ media
[Angedenck ſein
des ends / vnnd
des mitels] Con
ſiderare finem ad
quem creatus es
et media/ per que
hūc finem poſſis
adipiſci / hoc eſt
meo iudicio ſcopon/ ⁊ telos attendere. Hec
litera tibi ſumme neceſſaria eſt. Nam oēs
artes ⁊ diſcipline: ſcopon quedam/ ⁊ telos
propriū habere noſcuntur. Et Ariſtote. ait.
Homo agit propter finē. Sic nos chriſti
ani: imo omnes hoīes habent finē: propter
quē: ⁊ media propter que. Et quis igit̃ eſt
noſter finis? quare hic ſumus? nūquid bea
titudo noſtra eſt. Primo diuitie? nō/ quia
diuitie effundendo magis ꝙ aceruādo ni-
tent. Secundo honores? non/ quia honoꝛ
non eſt in honorato: ſed in honorante: pri-
mo Ethicorum. Tertio gloria? non/ quia
eam cōtingit eſſe falſam. Quarto poteſta-
tem? non/ quia eſt maxime imperfecta: quia
ſolicitudinū aculeos vitare nequit. Quin
to fortitudo corporis? non/ quia triſtes exi
tus habet: ⁊ potius pecudes beate eſſe dice
rentur. Quid multa? vanitas vanitatū: et
oīa hec vanitas: quid enī habet amplius
homo de vniuerſo labore ſuo: quo laborat
ſub ſole? q. d. quilibet poteſt experiri: quod
non aſſequit̃: ex laboribus ſuis: niſi bonū
inſtabile ⁊ amiſſibile: ait Nicola. de Lyra.
Et quid igitur finis noſter? Regnum celo
rum/ viſio dei. Scopos autē preceptorum
dei obſeruatio. Ait enim primo Chriſtus.
Si vis ad vitam ingredi: ſerua mandata.
Ecce telon ⁊ ſcopos. Secundo. Magiſter
in ſententijs: de prima ſecundi ait. Fecit de
us rationalem creaturam: que ſummū bo-
num intelligeret: ⁊ intelligendo amaret/ ⁊
amando poſſideret: ac poſſidendo frueret̃.
Thomas: Hec quatuor ſm ordinem ſe ha
bent. Intellectus ſm apprehenſionem bo-
ni gignit amorem: amor autem vnit amato
⁊ quodamodo illud ſuum eſſe facit poſſi-
dendo/ ⁊ ex hac cōiunctione ſequit̃ delecta
tio/ que ꝑficit rationem fruitionis ⁊ infra
idez mgr̃ ait. Si querit̃ ad qd creata ſit rō
nalis creat̃a. Rn̄det̃. ¶ Primo ad laudan
dum deum. Secundo ad ſeruiendum ei.
Tertio ad fruendum deo: in quibus profi
cit ipſa/ non deus. Deus enim perfectus/
⁊ ſumma bonitate plenus: nec augeri pōt
nec minui. Q. ergo rationalis creatura fa
cta eſt a deo/ referendum eſt ad creatoris bo
nitatē ⁊ crea/ ture vtilitatem. Cū ergo que-
ritur quare vel ad quid facta ſit rationa-
lis creatura: breuiſſime reſponderi poteſt/
ꝓpter dei bonitatem/ ⁊ ſuam vtilitatē. Vi-
de nempe/ ipſi ſeruire deo/ ē frui eo / fact⁹
ergo Angelus ſiue homo / ꝓpter deum eſſe
dicit̃. Non quia creator deus ⁊ ſūme bea-
tus/ alterutrius indiguerit officio/ qui bo-
norum noſtroꝝ non eget: ſed vt ſeruiret ei/
ac frueretur eo cui ſeruire regnare eſt. In
hoc ergo proficit ſeruiens/ non ille cui ſerui
tur. Et ſicut factus eſt homo propter deū
id eſt vt ei ſeruiret: ita mundus factus eſt
ꝓpter hominem / ſcȝ vt ei ſeruiret. Poſitus
eſt ergo homo in medio/ vt ⁊ ei ſeruiretur/
⁊ ipſe ſeruiret vt acciperet vtrunqȝ/ ⁊ refflue
ret totū ad bonū hominis: ⁊ quod accepit
obſequium ⁊ qđ impendit. Ita enī voluit
deus ſibi ab homine ſeruiri/ vt ea ſeruitute
nō deus/ ſed homo ſeruiens iuuaret̃/ ⁊ vo
luit vt mundus ſeruiret homini/ ⁊ exinde
ſimiliter iuuaretur homo. Totum ergo bo
num hominis erat: ⁊ quod factum eſt pro
pter ipſum/ ⁊ ꝓpter quod factus eſt ipſe.
Sapiens poſtꝙ diu per varia diſputans
(vt patet p̱ Lyram Eccle. i.) Inquiſiuit
telon ⁊ ſcopon: hunc quem dixi reperiens
claudens contionem ſuam clamauit. Finē
loquendi pariter omnes audiam⁹. Deum
time ⁊ mandata eius obſerua: hoc eſt om-
nis hō (gloſa) ad hoc eſt omnis homo fa
ctus. Q ꝙ neceſſaria ⁊ ſalubris eſt hu⁹
prime litere notitia/ ⁊ crebra īſpectio. Sci
ens viuaciter hanc literam omnia ſua ſm

Q

hoc moderatur/ ꝙ comedere tantū/bibere/
dormire/ de diuitijs/ ⁊ ceteris omnibus.
Tantū intelliget/quātum conducit ſibi ad
ſeruiendū deo: quod eſt officium ſuū. Si-
cut famulus ſolicitus/ſolum cogitat de offi
cio ſuo. Sic ⁊ Ariſtoteles dicit. finis in a-
gibilibus primū eſt. Simile de meſſore fe-
nario: qui dum eſt in prato requirit̄ ab eo:
ad quod veniſti? Reſpondit ad Feniſeci-
um: non dicit ad comedendū/ad bibendū/
ad ridendum/ ad falcem extenuandam/ vel
ſubigendam: quāuis hec omnia faciat: ſed
ſit ad fenum ſecandum. Itaq̄/ ⁊ ſi priora
faciat: neceſſario requiſita non tamen illis
principaliter intendit: nec plusq̄ ſectioni.
Stultum enī eſſet/ ſi tota die vellet aptare
vel acuere( tenglē.) Sic ⁊ tu applica. prin
cipaliter aduenisti: vt laudes/ ſeruias deo
tuo. Non aūt vt comedas/dormies: q̄uis
hec fieri oporteat: quāuis ſine illis hec fie-
ri non poſſint. Caue autē/ne excedant mo-
dum: quādo enim intēdis eis plusq̄ opor
tet peccatum ꝯmittis. Noſſet inſuper is ſu
am dignitatem/ ⁊ officium/ ad quod depu
tatus eſſet a deo. Vere nobile officium deo
ſupra ſe frui/ ⁊ ſeruire omnibus alijs vti ⁊
imperare. Ve humane cecitati/dignitatem
ſuam ignorās/ſcopon ⁊ telos. Inde proue-
nit/ꝙ in circuitu impij/ambulāt more ebri
orum hinc ⁊ inde in varia/per cogitatiōes
impingentes: quia certū nihil habent/ꝙ ſe
quantur. Inde( das gratlen) in miſerijs il
lis in ſtabulo equorum ⁊c̄. Inde magnifi
catio diuitum/potentum ſeculi aduocato-
rum/iuriſtarum/ ⁊ ſimilium. poſthabitis
pauperibus/ veritatibus theologicis ⁊c̄.
Omniū iſtorum cauſa eſt ignoratio/ ſco-
pon ⁊ telos. Telos eorū temporalia. Ergo
ſecundū hoc diligunt ſcopon ⁊ media/pro
conſecutiōe illius finis expedientia. Ve to

ti ferme mundo ab ignoratiōe illius telos:
neſcientes officium illud principale. Ecce
prima littera huius Alphabeti. In vitas
patrum 178. C. de arſenio dicitur. ꝙ ille
ſermo ſemper in illius ore erat. Arſeni pro-
pter quid exijſti/ complectitur ⁊ telos/ ⁊ ſco
pon exiuit de palatio imperatorum relin-
quens multa ⁊c̄. Dicat hoc verbum ſibi-
ipſi quilibet/ ⁊ crebro omni die: ſaltem ma
ne ⁊ trahat in affectum. Ecce. A. literam.
Sed ais. Medium ſiue ſcopos tuum eſt
valde cōmune ſcꝫ precepta. Et eſt magnū
A. vellem habere vnum paruum ſignum.
Ecce paruū. a. placet do tibi/ipſum eſt pu-
ritas cordis: hoc ſcopos ꝓpinquum/q꞉ bea
ti mundo corde quoniam ipſi deum vide
būt: vere vera beatitudo ad hoc igitur om-
nia ordina ieiunia. ⁊c̄. q꞉ ſolum ſunt inſtru
menta perfectiōis. Vide igit̄ ne inſtar ſtul
te mulieris contentus ſis habere inſtrumē
ta ſcutellas: ⁊ eis nunq̄ vtaris. Gerſon ſu-
per Magnificat dicit/ ꝙ ſignum religioſi
perfecti profecto non eſt quietatio ſenſua-
litatꝭ. ⁊c̄. ſed obſeruatio p̄ceptoꝝ. Vide er-
go ne decipiat te ſcopos Caſſiani de puri-
tate cordis: neglecto ſcopi principali ſcꝫ pre
ceptorum obſeruatio/verbi gratia/diceres
ſi hoc fecero/nō deſeruiret puritati cordis:
vel ſi neglexero deſeruiet ſcꝫ ei q̄ obligaris
facere ex precepto eccleſie vel voto vel ordi-
ne tuo. Non enim tibi credas de his q̄ fa-
cere debeant pro puritate cordis tui/ſed ſe-
nioris ⁊ ſuperioris doctrinis ⁊ inſtitutis/
qui poſuerunt precepta ⁊ ordinationes hoc
tempore. Tempore Caſſiani fortaſſis non
erant tanta: ergo ꝯgrue ſequens litera. B.
de prudenti. Poſſes enim dicere. Scopos
placet. Sed etiam media ſunt ꝑ que deue
nire poſſem ⁊ hec neſcio/diſce ſeq̄ntē lr̄am.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

240



B

**Bonū exper-**
tum ⁊ fidelem eligere
virum [ beichten oder
berichtung nemen vō
einem frumen gelerten
erfarnen ] Cui pure cō-
fitearis/omnia pecca-
ta ⁊ ad cuiꝰ ꝯſilia ſcru-
pulos deponas / ⁊ ex quo viuas ad quem
quoqꝫ in omnibus que tibi acciderint re-
curſum habere poterꝭ ſecure. Tali itaqꝫ vi-
ro ſic electo vtaris ad tria. primo ad confeſ-
ſionem integram faciendam. Ait chriſtia-
nus doctor Joannes de Gerſon in tracta-
tu de paruulis/ad chriſtum trahendis con
ſideratione. iiij. Expedit vt quilibet paruu
lorum īmo neceſſe eſt/ſimul recenſeat cum
prudenti confeſſore totū vite ſue decurſum
non in tranſitu neqꝫ ſtrangulato ore ſed di
utine ⁊ perfecte. Reſultat ex hinc triplex ꝓ-
fectus. In puericia ſiquidem multi ſedu-
cti pluſqꝫ diabolica rabie: multa faciūt vel
patiuntur enormia nefandaqꝫ qualia vel
loqui neſciunt/vel non audent niſi premo-
niti ⁊ interrogati. De quibus tunc edocen
tur/ita tñ ne mala neſcita male doceantur.
Niſi forte cum deteſtatione vehementiſſi-
ma: ſi ita res inciderit ⁊ funditus expurga
tur. Secundo ſciunt pro futuro: que ⁊ qua
liter ꝯfiteri tenentur: inſtruūt quoqꝫ nil in
confeſſione mentiri vel celare deinceps.
Tertio quietantur ſuauius in conſcientia
dum ad ꝑterita delicta poſtmodum in grā
deniori eta te/verecūdia cōfitendi videt ſe
aſtrictos: ⁊ qꝛ de poteſtate ⁊ diſcretione cō-
feſſoris nulla poſtmodum ſcrupuloſitas
exoritur: nec ad ſuperiorem remittunt. Ne
mo paruos hos fructus eſſe iudicabit/qui
cognouerit ꝙ̄ta eſt vis tyrannica pudoris
in quibuſdam ⁊ plus feminis qñ preſertim
horrida ipſoqꝫ ēt cogitatu abhoīabilia facta
miſeram animam ꝯſtuprauerunt vſqꝫ ad
verticem ſimul cum corpore. Quiſquis
hec ſcire potuerit fatebit opinor/fere nō mi
nus eſſe ſi tales aperiant os ad confeſſionē
integram quam ſi naturaliter muto repare
tur vox ad loquendum. hactenus Gerſon.

Qui aliter nititur ſe tradere dei ſeruitio/
non diu pacem habebit: ſentiet enim cum
minus putauerit ſpinas ⁊ ſcrupulos/ideo
clamat Jeremias: Jeremie. iiij. Nouate
vobis nouale ⁊ nolite ſerere ſuper ſpinas.
Anima noſtra/terra illa maledicta q̄ de ſe
producit ſpinas ⁊ tribulos ꝓna ab adole-
ſcentia in malum. Silua eſt in qua ſpon-
te naſcuntur. Primo cedri ſuperbie. Secū
do quercus luxurie de qua porci paſcūtur.
Spine ire ⁊ auaricie. Sup ſpinas has
ſerit qui bona operatur conaturqꝫ tendere
ad perfectionem/non breuia tali confeſſio-
ne de qua loquimur. Sed non ſic oportet
quin potius nouare nouale. Illuceſcat in
corde tuo ſpinoſo ad puriciā ſolis iuſticie
vernalis gratie cognitio peccatorum intue
re ſiluam peccatoꝝ. Corrugetur facies tua
ꝑ diſplicentiam ꝯtritionis ⁊ eradica per ve
ram ⁊ puram confeſſionem ⁊ ſatiſfactionē
hoc eſt nouare nouale [ rutend veh ein nue
gerut ] Oſee. x. Lattius ō hoc ſi placet co
gitet ⁊ applicetur. Scindite corda veſtra
vomere contritionis. O, ſi ſpinas nō era
dicaueris ꝙ̄tumcunqꝫ de terra bonoꝝ ope
rum deſuper congeſſeris nihil tamen profi
cies. Simile de carne putrida in vulnere
qd̄ inficit ſanatū. Stulte quidem aliquid
reſeruant vſqꝫ ad mortis articulum ꝯfiten
cum tamen habeant confeſſoꝝ copiā. Dic
contra ficte confitentes ⁊ periculo talium.

Secundo debes vti tali viro ad quietati
onem ad talis viri conſilium debet ſe quis
quietare ⁊ ſcrupulos deponere ait Gerſon
in tractatu de meditatiōe cordis. De ſcru-
pulis teneatur hec regula/qꝛ aduerſus eos
agendum eſt: ſi ſic prudens aliquis ⁊ exper
tus ꝯſiliator dictauerit aut iuſſerit nec aget
in hoc contra conſcientiam de meritorie dū
illam ad conſilium ſapientiorum ꝑ ratio-
nis libertatē ab animo ſuo mutat ⁊ depo-
nit ꝙ̄uis aſſidue ſenſualitatis remurmura
tio ſentiatur/alias nūqꝫ fit in pace/deo lo-
cus cordis. Idem in tractatu de poll. conſi
deratione. iij. ait. Sunt nonnulli ⁊ plures
fortis fantaſie q̄ ſepe trepidant timore vbi
iudicant non eſſe timendum: tales debent
vti conſilio ſuperiorum ⁊ prudentum ⁊ cō
tra talem eoꝝ vacillationē audacter opari

ſic enim pleruꝫ vincetur abibitꝗ. Qui
vero renuit credere ſuperiorum conſilio / ⁊
perſuaſione prudētum ad tales ſcrupulos
deponendos / ⁊ agendum contra eos / errat
multipliciter. Nam primo per ſuperbiam
⁊ arrogantiam / preponendo iudicium ſuū
ſuperiorum ſuoꝝ / ⁊ aliorum prudentū con
ſilio ⁊ iudicio. Rurſus talis vix aut nunꝗ
deuotionem habebit ſolidam: nec poteſta-
tem conſcientie ſue a talibus liberā / ac de-
inde carebit loc⁹ anime ſue / hoſpite illo de
quo Propheta dicit. In pace factus eſt lo
cus eius. Secundo erat ex diſcipulis bea-
ti Bernhardi quidam tantis inquietatus
ſtimulis ſcrupuloſis vt ad celebrandū nul
lo modo auderet accedere. Cui dixit deuo
tus ⁊ circumſpectus Bernhardus: poſtꝗ
hoc percepit. Vade frater ſic / ⁊ in fide mea
celebres / obediuit diſcipulus ⁊ ſtimulus
ille ſcrupuloſus omnino / ꝑpetuoꝗ diſceſ-
ſit. Laudanda prorſus / ⁊ imitanda patris
iſtius induſtria ⁊ fiducia plus / ꝗ̄ iſti⁹ fra
tris fidelis obedientia. Diceret aliquis ex
ſimplicibus vtinam talis eſſet Abbas no
ſter vel prior / qualis erat Bernhardus: cre
derem faciliter imꝑanti. Nunc vero dum
ſuperioris mei paruam ſapientiam conſpi-
cio / non audeo conſcientiam meam ⁊ ſalu-
tem ſue fidei tali pacto cōmittere. Quiſꝗs
ita dicis ⁊ ſapis erras ⁊ deſipis non enim
cōmiſiſti te ⁊ ſalutem tuam in manus ho-
minis / quia prudens aut plurimū lr̄atus
⁊ deuotus / ſed quia eſt ſcd̄m regularem in-
ſtitutionem / prepoſitus / ⁊ ꝑlatus: quam
obrem obedias ſibi / non vt homini / ſed vt
deo iubenti (ſi tamen quod iubet non eſt
contra deum) Et ſepe tanto erit obedien-
tia deo placentior tibiꝗ fructuoſior quan
to eſt indignior ille / cui propter deū ſubijci
non dedigneris. Caueas ad extremum ne-
dum queris ſecuritatem nec illam adipiſce
ris / in grauem ruas dijudicationis ⁊ pre-
ſumptionis foueam / huc uſꝗ Gerſon. Ter
tio in vitaſpatrum folio. 177. Dicebant
ſenes / quia ſi habet quis in aliquo fidem
⁊ tradiderit ſe ei ad ſubiectionem non debꝫ
intendere in mandata dei / ſed patri ſuo ſpi
rituali: omnem voluntatem ſuam cōmitte
re / quia illi per omnia obediens / nō incur
rit peccatū apud deum. Exemplū de hoc
in libro de origine ordinis Ciſtercien̄. diſt.
iiij. cap. xix.

¶ Tertio vtere tali viro ad viuēdum: ex
eo enim viuere debes / tu qui ad perfectio-
nem conaris. Audi abbatē Moyſen coll.
ij. cap. xi. Etenim cum omnes artes ac di-
ſcipline humano ingenio reperte ⁊ q̄ nihil
amplius ꝗ̄ vite huius temporarie ꝯmodis
proſunt: licet manu palpari queant ⁊ ocu-
lis ꝑuideri / recte tamē a quoꝗ ſine inſtitu
entis doctrina nequeant comprehendi / ꝗ̄
ineptum eſt credere hanc ſolam non egere
doctore / q̄ ⁊ inuiſibilis ⁊ occulta eſt: ⁊ que
non ſolum oculis / ſed ne animo quidem
niſi corde puriſſimo perſpici poterit / cuius
errore non temꝑale damnum nec quod fa-
cile reparetur / ſed anime perditiōem pari
mortemꝗ perpetuam: habet enim aduer-
ſus viſibiles ⁊ inuiſibiles atꝗ īmites ho-
ſtes / diurnum nocturnumꝗ conflictū nec
contra vnum ſeu duos / ſed contra innume
rabiles cateruas ſpirituale certamen cui⁹
caſus tanto pernicioſior cunctis quanto ⁊
infeſtior inimicus ⁊ cōgreſſus occultior.
Et ideo ſemper ſenioris ſumma diligentia
ſunt ſectanda veſtigia atꝗ in eos cuncta / q̄
in noſtris cordibus oriuntur / ſublato ꝯfu-
ſionis velamine deferenda / ex cap. x.
Vera diſcretio: nō niſi vera humilitate ac
quiritur / cuius humilitatis non ficte hec
erit prima probatio ſi vniuerſa non ſolum
que agenda ſunt ſed etiam que cogitamur
ſeniorum reſeruantur examine / vt nihil ꝗs
ſuo iudicio credens illorum ꝑ omnia diffi
nitionibus acquieſcat ⁊ quid bonum vel
malum debeat iudicare eorum traditione
agneſcāt. Que inſtitutio non ſolum ꝑ ve-
ram diſcretionis viam: iuuenem recto tra-
mite docebit incedere verum etiam cunctis
fraudibus ⁊ inſidijs inimici ſeruabit ille-
ſum / nullatenus enim decipi poterit / quiſ-
ꝗ non ſuo iudicio ſed maiorū viuit exem-
plo / nec valebit ignorantiam eius callidus
hoſtis illudere qui vniuerſas cogitatiōes
in corde naſcentes: pernicioſa verecundia
neſcit obtegere / ſed etiam maturo examine
ſeniorum vel reprobat vel admittit. Illi-
co nanꝗ vt patefacta fuerit cogitatio ma-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ligna fuerit marceſcit/ꝛ anteq̃ diſcretionis
iudiciū ꝓferat/ ſerpens deterrimus velut e
tenebroſo/ac ſubterraneo ſpecu/virtute cō
feſſionis protractus ad lucem ꝛ traductus
quodamō /ac dehoneſtatus abſcedit. Tā
diu enim ſuggeſtiones/quibꝫ maxime do
minant̄ in nobis/ q̃. diu celant̄ in corde ex
capitu.xiiij. Deniq̃ intantū placita deo
hec ſua ꝓbatur vt etiam ſcripturis ſan
ctis: hanc eandem inſtitutionē non ocioſe
reperiamꝰ inſertam/ita vt puer ſamuelem
iudicio domini preelectum ſua nollet per ſe
metipſum /diuini colloquij diſciplina do⸗
minus erudire ſed recurrere ſemel ꝛ iterꝫ pa
teretur ad ſenem/cumq̃ quem ad ſuum vo
cabat alloquiū/etiam illius qui offenderat
deum dummodo ſenioris doctrina vellet
inſtitui/ꝛ quem ſua vocatione digniſſimū
iudicaret ſenioris mallet inſtitutione for⸗
mari/vt ſcꝫ ꝛ illius qui ad diuinum mini⸗
ſterium vocabatur/probaretur humilitas
ꝛ iunioribus forma ſubiectionis huius pro
poneretur exemplo ex cap.xv. Paulū q̃q̃
ꝑ ſemetipſum vocans/ ꝛ alloquēs Chriſtꝰ
cum poſſet ei perfectionis viam reſerare cō
feſtim nequaq̃ facit / ſed dirigit illum ad
Ananiam / ab eo iubet viā veritatis agno
ſcere/ dicens ſurge ꝛ ingredere ciuitatem/
ꝛ ibi tibi dicet̄ quid te oporteat facere: mit
tit itaq̃ ꝛ hunc ad ſeniorē cumq̃ illius po
tius doctrina q̃ ſua cenſet inſtitui ne ſcili⸗
cet quod recte geſtum fuiſſet in Paulo/po
ſteris malum preſumtiōis ꝑberet exemplū
dum vnus quiſq̃ ſibimet perſuaderet ſi⸗
mili modo ſe quoq̃ debere dei ſolius ma⸗
giſterio atq̃ doctrina/potius q̃ ſeniorum
inſtitutione formari. Quam preſumptio⸗
nem omnibus modis deteſtandā/etiam ip
ſe Apoſtolus/non ſolum literis ſed etiam
opere atq̃ exemplo docet ob hoc ſolummo
do ſe aſſerens Jeroſolimam conſcendiſſe/
vt Euangelium / quod comitante gratia
ſpiritusſancti cum poteſtate ſignorum ꝛ ꝓ
digiorum gentibus ꝑdicabat cum ſuis co⸗
apoſtolis ꝛ anteceſſoribus/priuata quod⸗
amodo ac domeſtica examinatione confer⸗
ret ꝛ contuli inqiens cum illis euangeliū
quod predico inter gentes ne forte in vacu
uꝫ currerē/aut cucurriſſeꝫ/ Quis ergo taꝫ
preſumptor ꝛ cecus ſit qui ſe audeat ſuo iu
dicio ac diſcretioni committere cū vas ele⸗
ctionis indiguiſſe coapoſtolorum ſuorum
ſe collatione teſtetur. Unde manifeſtiſſime
probatur ne a domino quidem viam perfe
ctionis q̃ piam promereri qui habens vn
de valeat erudiri/ doctrinam ſeniorum vel
inſtituta contempſerit/paruipendens illō
eloquium quod oportet diligentiſſime ex⸗
periri ꝛ cuſtodire. Interroga patrem tuum
ꝛ anunciabit tibi ſeniores tuos ꝛ dicent ti
bi. Vigilanter autem in regula dictum eſt
expertum ꝛ fidelem. Ait Gerſon: Aſſit di⸗
ſcretio moderatrix in omnibus/quam non
ſecurius habere poſt diuinam gratiam po
terimus /q̃ per ſedulum ꝛ ſecurum/alteri⸗
us experti/ noſq̃ diligentis ꝛ agnoſcentis
conſilium/pondera ſingula verba. Idem
in de inſtructione nouellorum. Periculo⸗
ſiſſimū eſt /inquit /cum quis ſe dare vult/
ad deuotiōem ꝛ ſpiritualia exercitia/ ꝛ nō
ſcit ſcripturas/ nec habet bonum directo⸗
rem/conſiliarium fidelem/expertum/deuo
tum/deum timentem/ꝛ diſcretum: de quo
poſſit confidere totaliter ꝛ conſcientie ſue ſe
creta reuelare: alioqui enim continget taleꝫ
perſonam facilius ꝛ periculoſius errare a
vera via ſalutis ꝛ tramite q̃ aliquem qui
cōmuni ſecularium fidelium graditur via.
Exemplum ſuper hoc habemus in vitaſpa
trum. Nam dicebat quidem ſanctus. Si
videris iuuenem per ſe volētem intrare pa
radiſum/id eſt ſine doctore/etiam ſi iā vnū
habuerit pedem in paradiſo/retrahe ipſum
infra per alium pedem/quia ſic nunq̃ in⸗
trare poterit. Idem ibidem ait perſona de⸗
uota. Graues tentatiōes huiuſmodi/ꝛ nō
omnibus/q̃q̃ plurimum literatis notas/
non debet confiteri indifferenter cuicunq̃
ſacerdoti: ne forte occaſionem deſperatiōis
habeat propter multorum inexperientiam/
ſed recurſum habeat ad viros deuotos /re
ligioſos diſcretos. Docuit ſic fieri debe⸗
re apud Caſſianum Moyſes: coll.ij.capi.
xiij. Narrans hiſtoriam de quodam / qui
iuuenem quendam ſpiritu fornicationis
impugnatum / in deſperationem cum ſua
indiſcreta reſponſione induxerat. Legitur
in ſpeculo Exemplorum diſt. ij. exemplo

centeſimo: ⁊ habetur coll. ij. cap. xiij. quod fra-
ter quidam erat/ omnino in conuerſatione
ſolicitus/ ⁊ cum valde a fornicationis de-
mone turbaretur: venit ad quendam ſenem/ ⁊
retulit ei cogitationes ſuas. Ille aūt audi-
ens/ quia inexpertus erat indignatus eſt/
⁊ miſerabilem dicebat eſſe illum fratrē/ ⁊ in
dignū habitu monachali: quippe qui hu-
iuſmodi cogitationes receperit: hec audiēs
frater/ deſperans de ſalute ſua/ deque ſeipſo/
reliquit propriam cellam ⁊ ad ſeculum redi-
bat. Secundū autem diſpoſitionē dei/ oc
currit ei abbas Appollo: ⁊ videns eum tur
batum/ ⁊ nimiū triſtem interrogauit eū di
cens: que eſt cauſa tante triſtitie? Ille autē
ex multa confuſione animi ſui nō reſpon-
dit ei quicquam: poſtea vero cum multū roga-
retur a ſene/ que circa ſe agerentur/ confeſ-
ſus eſt dicens: quia cogitationes fornicati
onis inquietant me ⁊ quod confeſſus ſum hu
ic ſeni/ ⁊ ſecundum verbum eius/ nō eſt mi
hi ſpes ſalutis: deſperās igitur meipſum ad
ſeculum contuli. Hec autē pater Appol
lo audiens/ velut ſapiens medicus multū
rogabat ⁊ monebat eum dicens. Noli mi-
rari fili/ neque deſperes teipſum. Ego enim in
hac etate atque conuerſatione/ valde ab hu-
iuſmodi cogitationibus inquietor. Ne er-
go deficias huiuſmodi occaſione/ que non
tantū humana ſollicitudine quantū dei mi
ſeratione curatur/ tantū hodie dona mihi quod
peto/ ⁊ reuertere ad cellam tuā: fecit autem
ſic. Abbas autem diſcedens ab eo perrexit
ad cellam ſenis illius/ qui fratri deſperati
onē incuſſerat/ ⁊ ſtans foris deprecatus eſt
dominum cum lachrimis dicens. Domi-
ne qui tentationes vtiliter infers/ conuerte
bellum quod patitur frater ille in hunc ſe-
nem/ vt per experimentū in ſenectute ſua di
ſcat: quod tempore longo non didicit/ qua
tinus cōpatiatur his/ qui huiuſmodi tenta
tionibus perturbantur. Qui cum oratio-
nem finiſſet/ vidit Ethiopem ſtātem iuxta
cellam/ ⁊ ſagittam mittentem contra illum
ſenem quibus quaſi perforatus ſtatus qua
ſi ebrius a vino: huc atque illuc ferebatur/ ⁊
cum non poſſet tolerare/ egreſſus eſt de cel-
la eademque via/ qua ⁊ ille iuuenis ad ſecu-
lum redibat. Abbas autem: Appollo/ in

intelligēs quod factū erat/ occurrit ei prius
uſque factus dixit/ vbi vadis? ⁊ que eſt cau-
ſa turbationis que obtinet te? Ille autem
ſentiens/ quia intellexiſſet vir ſanctus/ que
ei euenerant/ pre verecundia nihil dicebat.
Dixit autem Abbas Appollo: Reuertere
ad cellam tuam/ ⁊ de cetero agnoſce infirmi
tatem tuā/ ⁊ habe apud te ipſum quia aut
ignoratus ſis a diabolo/ vſque modo/ aut con
temptus/ propter quod non meruiſti: ſecū
dum virtutum vires/ habere contra diabo
lum luctamenta. Que autem dico luctamē
ta/ qui nec vno die agreſſionem ipſius por
tare potuiſti: hoc autem tibi contigit quia
iuuenem illum a cōmuni aduerſario impu
gnatum ſuſcipiens/ cum debuiſſes eum cō
tra diaboli certamen/ conſolatorijs monere
verbis: etiam in deſperationem induxiſti/
non cogitās illud ſapientiſſimū preceptū/
quo iubemur eripere eos/ qui ducuntur ad
mortem: ſed neque parabolam ſaluatoris no
ſtri dicentis. Harundinem quaſſatā non
debere confringi/ ⁊ lignū fumigans nō ex
tingui. Nemo enim ferre poſſet inſidias ad
uerſarij/ neque bullientis nature ignem ex-
tinguere vel retinere: niſi gratie dei confor-
taret infirmitatē humanam/ que in nobis
ſalutari diſpenſatione humiliatur. Jam cō
muni oratione dominum deprecemur/ vt
aduerſum te emiſſum flagellū auertat/ quo
niam ipſe dolorem facit/ ⁊ iterum ſaluti re-
ſtituit/ percutit ⁊ manus eius ſanat. Hec
dicens/ orationem implet/ ⁊ ſtatim ſenex il
le liberatus eſt. Quem commouit Abbas
Appollo: vt peteret ſibi dari adeo linguaz
eruditam/ vt ſciret tempus/ quo oporteat
loqui ſermonem. Hec aūt regula ⁊ ſi omnibus
neceſſaria maxime tamen religioſis nō niſi vnū cō
feſſorē habentibus: quia vbi circa talē cōfeſſorē
in fictionē ⁊ hypocriſim per aliquorum pecca-
torum occultationē factuz eſt. Caueat ergo
monialis ne circa confeſſorē inordinate af
ficiatur odio vel amore/ ſed liberā ſe teneat er
ga eum/ ⁊ fideliter ſine fictione conſciam ſu
am aperiat: nullā ſpecialem familiaritatem
ſecū contrahat: alias facit ſibi portū ſalutis
mare interitus/ ⁊ ſcopulū mortis. Nimirū
monialis/ nō habet aliud humanū refugi-
um: pro anime ſue ſalute/ quam confeſſorem. ſi ille

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fuerit ſibi factus periculū / vel ꝓpter amorem / vel odiū / in offenſum / ⁊ in ſcandalum quomodo ſalua facta erit. Semꝑ ficta manebit. Q, ſi interdū ei concedit alteri confiteri / per hoc tamē non habebit quietem: quia poſt reiteratiōem eiuſdem peccati: redit prior inquietudo / ⁊ difficilitas. In quibuſdā ordinibus mos eſt: ꝙ nouicius quilibet tenetur facere vnam generalē confeſſionem. Sed ais / ⁊ vbi reperiemus talem virum / bonum ⁊ expertum? Reſpondeo / ⁊ dico primo: ꝙ heu rari ſunt tales. Dico ſecūdo: ꝙ querendus eſt vnus ex mille / ſi pro ſalute corporis non tedet querere. Dico tertio / fac ꝙ in te eſt: ſic deus per ſe / vel alium te illuminabit.

C



**Oncinnare** componere / ſiue ordinare vitam ſuam [ zu ſammen ordnen ſyn lebenn. ] Scilicet ꝙ homo habeat a ſuo ſuperiori ordinem totius ſue vite: in ſurgendo / dormiendo / orando / meditando / ⁊ ſimilibus / quātum poſſibile fuerit. Vtilis ſupra modum hec regula. Sunt quidam bone volūtatis homines: qui ⁊ / a. ⁊ / b. didicerunt: ſed ſine ordine viuunt: quaſi a caſu: vt contingit / et tales non diu perſeuerāt: ſed deficiunt indies inſtar ſtatue: quā vidit Nabuchodonoſor. Danielis ſecundo: de qua legitur: ꝙ Caput erat aureum / Pectus ⁊ brachia argentea / venter ⁊ femora erea. Tibie ferree / pedum quedam pars erat terrea: quedam fictilis. Multi enim ſunt: qui in primo anno / ſue conuerſionis ſunt aurei: id eſt ignei ardentes in ſe ⁊ lucētes proximo: ſicut Joannes. In ſe precioſi: vt aurum / ⁊ quo ad alios fulgidi. In ſecundo argentei efficiuntur: id eſt tepidi ⁊ negligentes. Argentum enim deficit ab auro / ⁊ quantum ad valorem / ⁊ quātum ad fulgorē: quia tales non tantum valet in ſecundo anno: quātum ad meritum: nec tantum fulgent: quantum ad exemplum. In tertio anno efficiūtur enei. id eſt impatientes / ⁊ murmurātes. Es enī ſi tangitur ſtatim reſonat. In quarto anno efficiuntur ferrei: id eſt importabiles / ⁊ verbis ⁊ iniurijs ceteros ferientes. Ferrū enim ponderoſum eſt / ⁊ cetera metalla domat: quia vnus Tyrannus ſepe alium humiliat. In quinto anno efficiuntur terrei: id eſt fragiles / ⁊ omni tentationi cedentes. Et ſicut lapis ſtatuā in pedibus fictilibus percutiens ipſam cōminuit: ſic modica tentatio / vel tribulatio eos frangit. Dicunt tales moniales antique: ſe eſſe columnas conuentus: vere ita. ſed columne putrefacte in baſibus: quia non ſupra petrā habent baſim: ſed ſuper terrā per affectus ſuos: ideo putride: ⁊ iam vncini potius detrahentes q̄ȝ columne religionem ſuſtentantes. Sic enim columne verſus terram putrefacte: trabes quibus ſurſum clauis infixe ſunt / detrahunt / ⁊ edificiū deſtruūt. Contra iſtā igitur defectionem valet hec regula. Pſal. Ordinatione tua perſeuerat dies. ſ. gratie illuminantis / ⁊ inflammantis penitentem. Sed quē ordinē inquis habeo / vnꝰ ordo oībus tradi non pōt. Non enī ex eo ordine viuere pōt / diues ⁊ pauper / dn̄a ⁊ ancilla. Sed tu ipſe / cū conſilio alicuius prudētis qui noſcit conditiones tuas facito ordinē. Vnū tn̄ generalē trado: qui oībus ꝯgruit: quo ſuppoſito ſuꝑ ordina tu reliqua. Caue ne poſtera prius / ⁊ ſpūalia tp̄alibus preponas. Contra epos: qui vicarios hn̄t in ſpiritualibꝰ: in tp̄alibus aūt non. habebunt ⁊ vicarios in celo. Sic plurales in bn̄ficijs:

pſal. Voce mea ad dn̄m Nota mea. O etiā in celo habebimus reſidentiā: qꝛ iuriſte dicunt/ ꝙ ſufficit diſpenſatio. Verū in celo talium iuriſtaꝝ reſidebis perſonaliter. ⁊ vere id eſt ibi/ vbi quotidie legunt/ ⁊ infra/ ⁊ quid ꝑtinet ſub illo/ ⁊ infra fletꝰ/ ⁊ ſtridoꝛ dentiū. Omni die mane offer primitias deo. Primum querite regnū dei: Thomas col. xxi. ca. xxvi. Quid ꝟo de primitijs dicā quas ab oībus: qui Chꝛiſto fideliter famulatur quotidie certū eſt exhiberi. Nam cū experrecti a ſomno/ ⁊ q̄ſi rediuiua poſt ſopoꝛē alacritate ſurgentes/ priuſq̄ꝫ motū ſenſus vllius coꝛde concipiant/ vel memoꝛiam/ aut curam rei familiaris admittant cogitationū ſuarum oꝛtus atq̄ꝫ ꝑncipia diuinis conſecrant holocauſtis: quid niſi primitias vere ſuoꝛum fructuū per ſummū ſacerdotem Jeſum Chꝛiſtū/ pro vſu vite huius/ ⁊ imagine quotidiane reſurrectionis exoluunt. Quiq̄ꝫ etiā a ſomno excitati hoſtiam iubilationis ſue deo ſimiliter offerētes primo/ lingue ſue motu ipſum inuocāt. ipſius nomen laudeſq̄ꝫ concelebrant/ atq̄ꝫ ad canendos ei hymnos. primo labioꝛum clauſtra reſerantes immolant deo/ ſui oꝛis officia. Cui etiam pari deferunt/ modo praua manuū ſuarum greſſuūq̄ꝫ libamina: cum e cubilibus conſurgētes in oꝛatione conſiſtunt ⁊ priuſquā in propꝛijs cauſis membꝛoꝛum ſuoꝛum fungātur officio nihil ſibi de miniſterio eoꝛum ante decerpūt: ſed ad ipſius honoꝛem promouent greſſum/ atq̄ꝫ in eius laudatione defigunt/ ⁊ ita cunctoꝛū motuum ſuoꝛū primitias/ protenſione manuū/ incuruatione genuū/ ⁊ totius coꝛpoꝛis proſtratione perſoluūt. Illud em̄ quod decantatꝛ in pſalmo/ alias implere nō poſſumus. Preueni in maturitate ⁊ clamaui/ ⁊ preuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua. Et mane oꝛatio mea preueniet te. Niſi vt poſt quietē ſomni in hanc lucem: vt ſupꝛa diximus: velut e tenebꝛis ⁊ imaginaria moꝛte reuocati: de vniuerſis officijs mentis ⁊ coꝛpoꝛis/ nihil om̄ino in noſtris neceſſitatibus audeamus. Nullus nanq̄ꝫ eſt alius: quē aut propheta preuenerit matutinus/ aut nos ſimiliter preuenire debeamus/ niſi aut noſmetipſos: id eſt occupatiōes noſtras/ ⁊ affectus/ curaſq̄ꝫ moꝛtales: ſine quibus eſſe non poſſumus/ aut ſuggeſtiones ſubtiliſſimas inimici: quas nobis adhuc quieſcentibus/ ac ſopoꝛe dimerſis per fantaſias inaniū ſomnioꝛuꝫ inferre conatur: quibus nos mox euigilaturos occupet/ ⁊ inuoluat/ vt primitiarū noſtrarum opima defloꝛans: primus ipſe decerpat. Quamobꝛem omniū nobis cautione curandū eſt. (ſi tamen vim predicti verſiculi opere adimplere voluimus:) vt ita primos matutinarū cogitationum oꝛtus/ ſolers/ vigilantia tueatur: ne quia ex eis feſtina ꝑꝛeſumptio/ liuentis attaminet inimici/ noſtraſq̄ꝫ primitias tanq̄ꝫ viles/ iam atq̄ꝫ cōmunes/ a domino faciat repꝛobari. Qui ſi preuentus a nobis/ peruigili mentis circumſpectiōe non fuerit/ anticipationis nequiſſimā conſuetudinem non deponens/ quotidie nos fraudibus ſuis preuenire non deſinet. Et idcirco/ ſi placitas et acceptabiles deo primitias/ ex fructibus noſtre mentis optamus offerre/ non mediocrem ſollicitudinem debemus impendere: vt omnes noſtri coꝛpoꝛis ſenſus/ matutinis ꝑcipue hoꝛis: tanquā ſacroſancta domini holocauſta/ in omnibus illibata/ atq̄ꝫ intacta ſeruemus. Quod deuotionis genus. multi etiam ſeculariū/ ſumma cautione cuſtodiunt: qui ante lucem/ vel diluculo conſurgentes: nequaq̄ꝫ/ vel familiaribus/ ac neceſſarijs mundi huius actibus implicantur: priuſquā cunctoꝛum actuum ſuoꝛum/ operationumq̄ꝫ primitias ad eccleſiam concurrentes/ diuino ſtudeant conſecrare conſpectui. Hucuſq̄ꝫ Theonas. Seruant hunc oꝛdinem etiam auicule: que priuſquā in propꝛijs occupentur negotijs/ cibum querendo/ roſtra in laudem ſui reſoluunt creatoꝛis: quelibet iuxta breuiarium ſibi a deo deputatum: dei decantat magnalia. Coruus tenoꝛem/ Alauda diſcantum/ baſſum/ grues/ pſitacus altum. Ciconia autem[ die heer bucken.] Sed ⁊ poꝛcus in luto: ⁊ auca in fimo: ſuis modis. Ve peccatoꝛibus: qui contra omniū creaturarum moꝛem/ primitias/ nō creatoꝛi ſuo: ſed diabolo offerūt. Ve vobis: qui doꝛmitis in lectis eburneis: ⁊ laſciuitis in lectis veſtris.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Si mus es incipiens/ꝛ ſentis cattū vngu
la te inuadere/deliteſce in foramine tuo:ad
qḋ vocatus es/dic deus in adiutoriū meū
intēde. Si bubo es/aut veſpertilio cecuci
ens/clama. Illumīa oculos meos:ne vnq̄
obdormiā in morte. Si pctōr coruus/dic:
deus ꝓpicius eſto mihi pctōri. Si gallus/
quoties in nocte excitarꝭ concute alas cogi
tationis tue,ꝛ hinc emitte vocē cordis tui/
dic:deus miſereaṫ nr̄i. Si luſcinia ꝯtēpla
tiuus/dic te deū laudam⁹. Primitias aūt
cogitationū ſuaꝝ:veneri aut mā̄mone dedi
cant:ſiliter ꝛ affectus/ſic ꝛ manus ꝯtactus
impudicos. lingue primitias ſilr: quia vel
maledicūt familie/ vel ꝑ ventre replēdo lo/
quunṫ/aut ꝑ pecunijs colligendis/ ꝛ ſilia.
Omni momēto time deū. Btūs qui ſꝑ eſt
pauidus. Inſtar auicule:que ſꝑ: etiā cum
comederit/circūſpicit,ꝛ ad oēm tentationē
inſurgentē/eleua cor/ꝛ dic. Qui hītat in
adiutorio altiſſimi. Cū audiueris horā/tre
me ꝛ cogita:ſi illa hora peccauerꝭ/ꝙ penitē
atq̄ iā paſſum veniſti ad mortē. Beatus
Hierony. dixit. Siue comedā/ſiue bibā:
horribilis illa tuba ſonat. Diſpliceas tibi
ipſi cum Petro negante. dic deus ꝓpicius
eſto mihi. Audi ſi poteris omī die miſſam/
ꝛ reliqua dehinc oīa tua acta proſperabū/
tur tibi. Omni ſeptimana ſanctifica dies
feſtos/ꝛ cōpelle ad idem familiā. Magnū
profecto bonū hoc. aſueſcit eṁ famul⁹ hec
facere/ꝛ in futuro ſimilr̄ alios facere doce/
bit/cū paterfamilias efficiṫ. Aliter ſi fecerꝭ
rn̄debis deo in nouiſſimis de negligentia
tua ꝛ ſua/ꝛ oim poſterioꝝ. Extendaṫ/quā/
tum placuerit/ꝙ nō curēt. ſi tibi adeo lau/
te parati n̄ fuerint/cū familie ad eccl̄am ire
permittiṫ/cum ꝓpter aliā longe minorē cām
ſi incideret/patientiā haberes. Omī mēſe
cōfitere/ꝑſertim in principalioribus feſtiui
tatib⁹/non parū confert ſaluti aīe tue. Nā
ex eo aſueſcis:nec adeo grauaris in conſcia
tua: acquirꝭ etiā dei gratiā. Item oī anno
cōicare ad min⁹ ſemel/ſi pluries eo melius.
Qḋ ſi non poterꝭ vniformē ſemꝑ tenere re
gulā ſine mō viuendi/tunc ſaltē quolibet
die/mane aut veſpere/fac ſpecialem ordinē
iuxta ea/que tibi videris īminere facienda
Utilis admodū hec regula que data eſt a
ſanctis/ꝛ practicata contra ociū ꝛ tedium.
Hieronymus oratiōi lectio/lectioni oratio
ſuccedat. breue videbiṫ tempus/qḋ tantis
operū varietatib⁹ occupaṫ. In ſumma vir/
tutū cap. de oratione. cap. vi. vide ſi placet
Holkot lectiōe. lxij. in vitꝭ fratꝝ ꝑdicatoꝝ
legiṫ. Quidā iuuenis q̄ſiuit a fratre Jor/
dano/hoīe ſctō/ꝛ ſcōus mgr̄ ordinis poſt
ſanctū dn̄icum. qḋ eſſet ſibi vtilius/vel ora
tionib⁹ inſiſtere/vel ſe ſcripturaꝝ ſtudijs oc
cupare. Cui mgr̄ rn̄dit:quid eſt inq̄t meli/
us ſꝑ bibere/vel ſꝑ comedere? Et vtiq̄ ſic
ꝯpetit iſta alternatim fieri/ſic ꝛ illa. Unde
de Paulo ſcribit Haymo:ꝙ vnā partem
diei/ſolebat expēdere orationi/ꝛ aliā in pre
dicatiōe conſumere. tertiā in opere manua
li. Hec ille. Ubi ꝛ plura alia de hoc reperi/
es. Similr̄ lectione. clxx. ait Haymo ſuꝑ
pri. Cor. pri. ſuꝑ illo ꝟbo apl̄i. Gratias ago
deo meo ſꝑ. A pria hora vſq̄ quintā:labo/
ri manuū inſiſtebat:ab hora aūt q̄nta vſq̄
ad decimā predicauit: poſt ꝟo decimā iteꝝ
ꝓcurabat paupeꝝ et peregrinoꝝ hoſpitali/
tatē/ſuiq̄ corporis neceſſitatē:per noctē ve
ro orationi intētiſſime inſudabat. Beatus
Anthonius tētatus a ſpū acedie/ꝛ reſidēs
in heremo dicebat. Dn̄e ſaluari deſydero/
ſed vane cogitatiōes non ꝑmittūt me:quid
faciā in tribulatōe/vel quō debeā ſaluari?
dignāter dn̄e. Et reſpiciens vidit quendā
aſtantē/torquentē funiculum[ flacht baſt/
vnd macht ein wyde ] qui ſibi ſimil̄ erat.
Deinde ex ope ſurgentē ꝛ orantē/ꝛ iterū ſe
dentē/ꝛ plectas facientē de palmis: ꝛ inde
ad orationē rurſus ſurgentē. Erat aūt ille
angelus dn̄i/ꝛ dixit ei/ꝛ tu ita faciens An
thoni ſaluaberis: ex ſuplemē. vitioꝝ de re/
medijs ꝯtra acediā. Et habeṫ in vitas pa.
parte ſecūda. et eſt folio. cxxxvij.
Sic omniū religionū inſtitutores. ſuis fi/
lijs (ait dn̄s Joan. Ger. in tractatu de in/
ſtructiōe nouelloꝝ) deputauerūt certas ho
ras:non ſolū ad cantandū/ꝛ orandū ac me
ditandū: verūetiā ad labores manuū exte/
riores faciendos:prout clare patet in regu/
la ſancti Benedicti/ꝛ aliorum approbato/
rum ordinum inſtitutionibus.
Sed ꝛ fratres Carthuſienſes. qui plus ce/
terꝭ religioſis/quieti contēplatiōis ꝛ ſpiri/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tual bus exercitijs deputari videntur: habent certas horas: quibus corporalib⁹ intendunt, ſecrete ⁊ ſine ſtrepitu in ſuis cellis ſit hoc ſcribendo/libros ligādo/corruptos emendando oculos ſuos colendo/aut cetera huiuſmodi exercitia: pro loco ⁊ tempore cōgruo faciendo. Quippe conſiderātes: ꝙ ſemper ſpiritualibus intēdere non ſunt humana fragilitas: religioſe aliquando exercent corꝑalia: vt vitet̄ periculoſa otioſitas. Diligenter tamē obſeruandū in iſta operū ⁊ exercitioꝝ alternatione: quod id fiat cum mentis quadā dulcedine/⁊ delectatione/et non vſqꝫ ad tedium/ſeu nauſeam in vno exercitio. Alioquin cogitationes propter tedium non intendunt tali exercitio/ſed aliorſum deflecterentur ad turpia. Hec Gerſon vbi ſupra. Facit ad hoc/ quod dicit autor Sūme vitioꝝ in cap. de ocio/circa finem. vbi allegat Hieronymū/⁊ Senecam.

D



Iligēs cordis cuſtodia a priuato amore [ dein hertz flyſſigglich behutē vor ſunderer liebe ] vt ſcilꝫ homo habeat cor liberum a priuato amore/ ⁊ om̄es homines equaliter in deo diligat: niſi inquātum deus: magis in vno relucet/q̄ꝫ in alio.

Et quid eſt amor priuatus: quomodo habet cognoſci? his ſeptem ſignis. Nam

¶ Primū. Locutio vana/nam pauca de ſpūalibus/plurima de inutilib⁹ confabulationib⁹: ⁊ maxīa de mutua dilectiōe inſatiabil'r loquit̄/⁊ ruminat: ſcꝫ quātum ipſe eā: ⁊ illa ipm diligat: ita ꝙ ad hm̄oi colloquia non ſufficiunt hore vel dies: nec aliqͦ tempus. Ita ꝙ ſemꝑ cū poſſunt ꝯuenire copioſam habēt naturā indeficiēter colloquēdi.

¶ Scdm. Inſolentia geſtuū/ ⁊ morum quando ſunt pariter/ſe taliter amantes: reſpiciūt amoroſe mutuo ſe inuicē latus lateri/femur femori comprimunt manus: dein de bracchia: quandoqꝫ amplexus ⁊ oſcula/ cū multis peioribus/⁊ ſimilibus.

¶ Tertiū. Inquietudo/⁊ ſolicitudo cordis: ſcꝫ cum ſunt abſentes: cogitādo deinde vbi iam ſit ille dilectus: quid agat/quādo veniat: quādiu defuerit/ ſi ne de ſe cogitet/ quā longo tp̄e ſibi nil demandauerit: an ne amor tepeſcat in eo/ quomō valeat. Ita ꝙ cor ſic ſuſpendit̄ per hm̄oi: ꝙ nec poſſit orare/nec de deo cogitare/ quiete vakat/nec refrigerat̄: niſi qn̄ audit aliquid de dilecto.

¶ Quartū. Impatiētia vel inuidia con dilecti: ſcꝫ ſi aliqua ſecum diligit: ſeu benignius talē ſalutauerit: ſi aliqua tali beneficia exhibeat: ex quib⁹ amor ſuus deficiat/⁊ alterius ꝓualeat: de hoc dolet ⁊ triſtat̄.

¶ Quintū. Ira ⁊ conturbatio mutua/ quia in vulgo dicit̄ iſti ſe intantū diligūt ꝙ p̄e nimia dilectiōe nō poſſunt ſibi mutuo parcere a moleſtia leſionis. eoꝝ eīm inordinata dilectio: ſic qn̄qꝫ metas excedit/ ꝙ nō ſolū ipſi ſibi inuicē blandiunt̄: ſed etiā moleſtāt/grauiterqꝫ cōturbāt: imo iurgia ⁊ vituperia inſurgūt/⁊ bn̄ficioꝝ receptoꝝ mutua expetitio bn̄ficiorū ⁊ muneꝝ imputatio vel exprobatio: imo qn̄qꝫ clamores ⁊ ſtrepitus/ac ꝓmiſſiōes iuratorie/ꝙ nunqꝫ deinceps velit ſe mutuo diligere, oſtēlas noluīt re

¶ Sextū. Munuſcula/⁊ dul (mittere. ces lr̄e/ꝯuiuiola/⁊ morſella: ab ore alterius rapta/⁊ quecūqꝫ alia: q̄ dilectus tractauit/ vel vſus eſt: q̄ venerat̄ pro reliquijs/ac ſtudioſiſſime/mūdiſſimeqꝫ ꝑ mēoriali ꝯſeruat̄ Non ſic ſpūalis dilectio: Hierony. crebra munuſcula/⁊ faſciolas zonas/⁊ ꝑguſtatos cibos/ dulces/⁊ ſuaues amoꝝ lr̄as/ ſciūs amor nō hec/pure oratōes/⁊ edificatorie inſpū inſtructōes/⁊ pie in necītate ſubuētiones ſunt ſpūalis amoꝝ fulcimēta ⁊ colūne.

¶ Septimū. Inordinatio diſſimulatio vitioꝝ: ita ꝙ in tantū ſe diligunt: ꝙ etiā vitia ſua diligunt/fouent/ ⁊ excuſant: ac contra arguentibus defendant: ſicut fur furem defendit: imo turpia ⁊ mala abinuicē petunt/ ⁊ petita cōmittunt. Verſus ſubiungo.

Eſt vanus ſermo/geſtus/cor abſqꝫ quiete.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Impaciens/ turbans/ poſt munera/ diſſimulāſcꝫ. ¶ Ecce priuati amoris ſigna: Hunc fuge totis niſibus. Et cur fugerem? que damna affert? Damna multa ⁊ magna hunc priuatũ amorem ſequũtur: ⁊ conuerſationem cum feminis.

¶ Primo. Carnalis tentatio: Aug. Sermo breuis ⁊ rigidus cũ mulieribus eſt habendus: nec tñ quia ſanctiores fuerint, ideo minus cauende, quo eñi ſanctiores fuerint: eo magis alliciũt/ ⁊ ſub ꝑtextu blãdi ſermonis immiſcet ſe fiſcus impuriſſime libidinis.

¶ Scđo. Suſpicio/ īfamia/ ⁊ ſcandalũ Bernar. ſup cantica canti. Quotidie ꝯuerſari cũ muliere/ ⁊ continẽs vis putari/ eſto ꝙ ſis: maculã tñ ſuſpitionis portas/ ſcãdalũ mihi es/ tolle miſcđiam/ ⁊ cãm ſcandali. Quia ve hoi illi/ per quẽ ſcandalũ venit.

¶ Tertio. Inquietudo/ in formula honeſte vite/ que aſcribiť Bernardo: tñ ex ſtilo non apparet. Diciť magnã generat inquietudinẽ cordis/ talis priuata affectio: dum ſp cupit illi oñdere dilectionẽ/ quã ad eam hʒ/ et hoc ipm illa deſyderat ſibi fieri cũ ceteris ſtultitijs/ prius in. 3. 4. et. 5. ſignis tactis. De his trib⁹ dãnis dr ibidẽ in formula. Si cõſiliũ non ſpernis ꝯſulo: ꝙ nunꝗ̃ ſingularitatẽ ꝯtrahas cũ aliqua femĩa, etiam ſi religioſa ſit/ ⁊ ſancta: q̃a excepto periculo carnalis tentatiõis: qđ ex hoc incurritur/ dũ non timeť: quod latet ſub ſpecie boni: excepta etiã macula infamie ⁊ ſuſpitionis: quã alij ob hoc ſepe capiunt: magnam generat inquietudinem cordis.

¶ Quarto. Perditio temporis/ hanc perditionẽ multi nõ reputant: ſed aliter Bernardus ait: dicis/ loquamur donec ꝑtereat hora. O ⁊ que hora: ait dñs Bonauẽtura et Auguſtinus (vt refert Gerſon in tractatu de ꝓbatione ſpirituũ: loquens de cõfabulatiõe feminarꝫ cum ꝯfeſſorib⁹.) Vix: inq̃t: eſt altera peſtis vel efficacior ad nocendũ/ vel inſanabilior/ que ſi nihil haberet aliud detrimẽti/ niſi tp̃is precioſi latiſſimã hanc conſumptionẽ/ abunde ſatis diabolo eſſet. Addit Gerſon. Aliud ſcitote/ hʒ inſaciabilem videndi/ loquẽdiq́ʒ (vt interitus de tacitu ſilentiũ ſit) ꝓruriginẽ/ euenitq́ʒ illud de Didone apud Poetã. Herent infixi pectore vultus: Verbaq́ʒ nec blãda dat mẽbris cura quietẽ, cum tñ in pace ſit locus dei.

¶ Quinto. Oratõis infectio: Bonauẽ. hec eſt inquietudo mentis peſtifera: orationem mentis ⁊ oris inficiens/ ⁊ affectus cõtrarios orationi in mente generat/ ⁊ exercet. Nam ſicut oratio pura mentẽ purificat/ ⁊ illumĩat/ letificat/ fortificat/ ⁊ impinguat. ſic carnalis affectio ⁊ ĩmunda/ mentẽ inficit ⁊ obſcurat/ contriſtat/ debilitat/ ⁊ deſiccat: ⁊ corpus eidẽ maledictionib⁹ implicat.

¶ Sexto. Confeſſionis impuritas: Bonauẽtura eſt Matthei de ciaconia tractatus ille. Hec venenoſa affectio/ ſub colore ſpiritus acquiſita/ ſumme puritatẽ confeſſionis/ ⁊ cordis mundiciã. Fugienda igitur hec/ tanꝗ̃ vitioſa rubigo/ que vix põt aboleri de mẽte: ſi alicui fuerit applicata. Precipue/ q̃a tales ꝑſone/ quãdiu ſunt hac ſagitta ꝑcuſſe: q̃ſi nunꝗ̃ pure ⁊ integre confitenť: eo ꝙ ipm morbũ deſpectibilẽ in ꝑſona ſpũali verecũdanť totiens detegere plene/ ⁊ integre cõfeſſori: quia verenť exprimere aliquas circũſtantias/ tali affectiõi annexas quas vel tacent/ vel exprimũt imperfecte vtentes verbis operientib⁹ dictũ morbũ: ſicut occupatio mẽtis ꝯtinua/ circa perſonã dilectã: ⁊ in oratiõe/ ⁊ in cũctis actib⁹ ſuis/ ⁊ imaginatiões turpes de ipſa vana cõplacentia cordis/ ⁊ in mẽoria/ ⁊ aſpectu mẽtali ipſius ⁊ negligẽtia in euitãdo eius p̃ntiã/ ⁊ colloquiũ/ ⁊ alia q̃ ſibij pi expiunť: ꝓpterea ſepe mutãt ꝯfeſſorẽ/ ⁊ vellẽt mutarẽ ſi poſſẽt

¶ Septimo. Triſticia addit Bona. continue/ ſicq́ʒ triſtes ſũt/ ⁊ accidioſi frequẽter. Tam rõne affectionis fluctuantis in mẽte ꝗ̃ rõne ꝯfeſſionis imꝑfecte: de qua ipſimet nõ contẽtanť. Sed qđ peius eſt: cũ ipſi deberent querere medicos ſpũales/ cautos ⁊ peritos/ ac expertos: qui ſcirent illã egritudinẽ: et cauſas eius agnoſcere: ⁊ congruum remediũ adhibere: non ſolũ non faciũt: ſed potius ſi ſemel ad aliquẽ talē peruenerint ipſum extunc fugiũt/ nec reuertunť ad ipm. Querũt ergo confeſſores idiotas/ ⁊ ſimplices: qui nec morbũ intelligunt: nec cauſas eius cognoſcunt: nec ideo ſciunt congruam adhibere medelam. Ecce qualia damna. Ideo ait ſapiens oĩ cuſtodia ſerua cor tuũ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ab ipſo em̄ procedit vita: puerbio. iiij. Ser
ua ab amore p̄uato: q̄a ab amore p̄cedit vi⸗
ta. amor eſt oīm paſſionū radix: que ſi fue⸗
rit ſancta ⁊ munda: ⁊ reliquie erunt ſancte: ſi
impura / ⁊ reliquie. Gerſon de practica theo
logie myſtice / induſtria. 8. Et quid agam
ne cor maculetꝛ hoc amore / aut maculatum
purgetur? Hec obſerua.

¶ Primo fuga bona periculoſa peſtis fa
miliaritas mulieris ſpiritualis: non meli⸗
us q̄ fugiendo vitatur. Satis em̄ poſſet
quis hac ſagitta percuſſus: ſe ieiunijs / vi⸗
gilijs / ⁊ diſciplinis affligere ⁊ orare: quia ſi
perſonā non fugiat: ⁊ omnē occaſionem de
ſpiciat: nunquā curabitꝛ illo morbo: ſed ma
gis augmentatꝛ id vulnus: propter quod ſe
quitur auxiliū / ſiue conſiliū beati Hiero⸗
nymi dicentis. Feminā quam vidis bene
conuerſantē mente dilige. non corporali fre
quentia: quia initiū libidinis: in viſitatio⸗
ne mulierū eſt: ⁊ mundus cum mulieribus
non vincitꝛ melius: q̄ fugiendo: quia cum
vitijs ceteris ⁊ moribus: quis poſſet reſiſte
re. Hinc tamē non poteſt niſi per fugam.
Et alibi. Si mulier potuit vincere eū: qui
iam in paradiſo erat: non mirum eſt / ſi eos
impediat: qui nondū ad paradiſum perue
nerint. Idem: Ne ſub eodē tecto: ſolus cū
muliere manſeris: nec in propria caſtitate
confidas: quia nec tu Samſone fortior /
nec Salomone ſapientior. Dicit Holkot
Deus impleuit carnem pro coſta in ſignū:
q̄ quantūcunq̄ fuerit homo mulieri fami
liaris: quantūcunq̄ eam ad bonos mores
promoueat: ⁊ ad vite rectitudinem inſtiga
uerit: quod eſt quaſi ſolidum os preſtare /
nihil ab ea viceuerſa recipiet niſi carnē: id
eſt carnales affectiones. Si forte dicas.
Iam corpus emortuū eſt. Dico tibi quo⸗
niā diabolus viuit: cuius flatus prunas
extinctas ardere facit Paulus. fugite forni
catiōem ⁊c̄. Sed vidi / ⁊ audiui plures fa⸗
matos de ſanctitate: plurimā habuiſſe cū
feminis familiaritatē non habeo: q̄ modo
reſpondeam: niſi q̄ ſanctiores illis: hoc vi⸗
taſſe / ⁊ vitare iuſſiſſe audiui / ⁊ legi. Q, ſi
viſitare eas neceſſario habueris: hec que ſe
quuntur / obſerua.

¶ Secūdo. Chriſtianus intuitus: autor
ſtimuli amoris: lib. pri. capit. viij. Simus
omnes vnū in domino noſtro crucifixo. et
nihil niſi Jeſum Chriſtum in proximo re⸗
quiramus: ſic in proximum tendamus: vt
ſemper in Chriſti vulnera recurramus cum
ipſo. Non proximū aſpiciamꝰ: vt pulchrū
aut huiuſmodi: que animum detrahere: vel
retrahere ab eius amore poſſunt: ſ; vt Chri
ſti morte redemptū: vt ſanguine chriſti per
fuſum: anima p̄ximi cum ſanguine chri⸗
ſti intret cor noſtrum ⁊c̄. hec ille: Non per⸗
mittas eum intrare ante conſpectū mentis
tue / niſi hac tunica veſtitus. Idem lib. ij.
capi. xi. Cum vis orare pro proximo: vel ei
predicare / aut lectionē canere / vel eius con
feſſionē audire. p̄rio faciem mētis ad eternū
lumen cōuerte / ⁊ eius ſplendorem: confor⸗
tare ſpiritū: vt non preualeat caro: abſtine
ab exteriori homine quātum potes: vt ſolū
ſis ad interiora cōuerſus. Tunc eundē in⸗
teriorem homiem in proximo conſidera de
eius exteriori / niſi inquātum ad intentionē
ordinatꝛ / non curans. Tunc interior tuus
homo ad interiorē proximi cōuertatꝛ: ⁊ vtri
uſq̄ exterior in ſupradictis actibus: tanq̄
vanitas negligatur: ne per exteriorē interi⸗
or ad vana trahatꝛ: ipſum autē exteriorem
proximū hominem: tanquā ſacculum ſter⸗
coris relinquēs. conſidera interiorē ad ima
ginē dei factū: ſanguine chriſti redemptū et
lotū: ſpiritusſancti habitaculū: chriſti dei
virtutis ⁊ ſapientie ſedem: ⁊ ad eternā bea
titudinē poſſibilem. Tunc honoris domi⸗
ni tui ſitibundus ingemiſce ⁊ plora: quia
eius imaginem vides denigrari: precioſiſſi
mū ſanguinē conculcari: ſpiritusſancti ha
bitaculū polliui: ſponſam Chriſti proſtitui
eius ſedem deijci / ⁊ totā ſuam beatitudinē
pro viliſſimis ſtercoribus contēni.

Item dn̄s Joannes Gerſon / in de diſtin⸗
ctione verarū viſionum / ⁊ falſaꝝ ait: fraus
apud illos frequens: qui in cultu aut dile⸗
ctione proximoꝝ decorem corpoꝝ / aut flo⸗
rem etatis / aut diuitias / aut alias fortune
dotes attendunt / ac inde vehementius: ad
eorum dilectionē accendunt: qui profecto
cauere habent: ne ſordide ⁊ carnaliter exu⸗
rantur. Alioquin ſi tantūmodo virtutē di
ligunt: ſedem eius vnicā ſpiritum ſc; quale

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cunꝗ corpuſculū inhabiteret: eque amēt/ colant/ ⁊ frequētent. Non aduerſor tamē vſꝗ quaꝗ poete dicenti. Gratior eſt pulchro/ veniēs e corpore virtus/ adiuuat. Sed affirmo ꝙ ſi gratior nō ob hoc tutior/ aut ſecurior inuenit̄. ⁊c. Si placet extendat̄/ etiam ad fratres primos vt eos intueris/ dūtaxat ſub ea ratione/ qua redempti. Hieronimus omnes virgines chriſti/ ⁊ puellas/ aut equaliter.

¶ Tertia diſciplina morum in libello de formula vite honeſte dilige aut equaliter ignora. Cauendū ne cum feminis loquētes earꝝ vultus ſtudioſe reſpicias/ vel manus contrectes/ vel nimis ꝓpe ſedeas/ nec diligenter cū eis ſuſurres/ ne angulos ad colloquia eorꝝ requiras. Sic habe te cū omī femina ac ſi maritus eius vel tuus ꝓlatus contra te ſedeat/ conſiderans ⁊ audiens oīa q̄ facis vt quicunꝗ frater veniat ⁊ videat te cum illa loquentē in nulla necēitate ſit erubeſcere/ nec aliqs poſſet tibi notā poſtea ſuſpitiōis impingere. Ait alius q̄dam. Spūalis amor/ tantā diſciplinā ſuat in occulto ſicē in publico/ nec angulos q̄rit ſed fugit/ niſi qñ ſoli deo vacare ⁊ ſeruire deſiderat orādo/ meditando. Cum homie aūt colloquens maxime ſi vir cū femina loquit̄/ continet oculos ⁊ man⁹: ac oīa membra ſub cuſtodia habet/ vt etiā aſtutus obſeruator nō inueniat/ in q̄ eos reꝓhendat. Auguſt. Sermo breuis ⁊ rigidus cū mulierib⁹ eſt hn̄dus. Item in formula vbi ſupra. Dilige cōmuniter oēs bonas ⁊ deuotas/ ⁊ in nullo exaſperes aliquā earꝝ ⁊ meliores in corde tuo/ ampli⁹ reuereri/ ꝓpter abundantiorē gratiā ſancti ſpiritus in eis. Sed tm̄ noli te occupare cū ipſis niſi breuiter ⁊ benigne ſaluta eas/ qñ ita occurrit/ quādo nō bono mō poteris declinare cū maturitate/ oratōibus ipſarꝝ te recōmendes. Si em̄ diſcrete ſunt ex hoc eis placebis: ſi importune/ tūc melius eſt tibi non occupare cū eis/ cū em̄ ad confabulationem ꝑuenit̄. Incipiūt ſpū/ ⁊ conſumant̄ carne vt ait Aplus: diſputāt ab inicio de articulis fidei de trinitate/ de creatōe/ de chriſti incarnatione/ ⁊ ceteris: quouſꝗ tandē perueniūt ad carnis reſurrectionē/ ait bea. Vincenti. in ſermone quodam. Item incipiūt a gloria patri/ ⁊ finiunt cum Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemper ⁊ in ſecula ſeculorum.

In vitaſpatrum. Beatus Antho. aſſerebat/ ſenſum animi ſic poſſe reuiuiſcere/ ſi corpis fuiſſent impetus defatigati: vnde nec tempoꝝ longitudine/ laboꝝ merita penſabat: ſed amore ⁊ famulatu ſpontaneo ſemper tanꝗ in principijs conſtitutus ad profectū diuini metus deſideriū concitabat nouiſꝗ cupiēs augere preterita/ ſupra mēorati doctoris ſermonū recordabat̄/ q̄ ait preterita obliuiſcens/ ⁊ in futurꝝ conualeſcens: meminerat q̄ꝗ Helie ꝓphete dicentis. Viuit dn̄s/ cui aſto hodie ante ipſum. Et diſſerebat cur hodie eſſet appoſitū: q2 nō computabat Helias p̄teritū tempus/ ſ3 tanꝗ q̄tidie in certamine conſtitutus/ talē ſe p̄bere cupiebat: qualem ſciebat dignū dei eſſe conſpectibus/ purū corde ⁊ paratum obedire voluntati eius.

RAceniare ſiue innouare primā gratiā [ ernuern vnd friſchmachē ] Habeat homo adeo preſentem ⁊ recentē/ cū tali deſiderio ⁊ delectatione/ gratiam illam/ ꝑ quā moderauit vitā ſuā: ſicut cū primo recepiſſet gratias illas ⁊ caueat a tedio ⁊ gratiarum talium inueteratione dicit ſcriptura: Apoc. ij. Memor eſto vn̄ excideris/ ⁊ age penitentiā ⁊ prima opa fac ⁊ cogita vnde excideris: ⁊ quis ſiue qualis aliquando fueris cū recentior eſſes in gratijs ⁊ vita reſpectu dei. Inſenſibiliter quidam deficiunt/ ⁊ eo deueniunt tandem/ vt ſeipſos in tali ſtatu admirent̄ q̄modo ſunt dicentes: illud vulgare prouerbiū [ wer ich do ich was ich wolt nit me dobin do ich ietz bin ] Renouet itaꝗ ho-

mo ſibi primas gratias. Sacerdos cogitet/ ꝙ deuotus fuerit/ cum primã miſſam celebraret religioſus cum ſe religioni mancipare ſtatuiſſet. Secularis cum deo ſeruire decreuiſſet/ q̄li cuſtodia/ ꝙ deuote. Eccleſi. xi. In die maloꝝ id eſt in ſtatu peccati ne immemor ſis bonoꝝ id eſt gratie ⁊ miſericordie dei: Anthonius (vt ait Maffeus vegius) ille magnus egiptius/ dum cõgregatis quadam die fratribus/ rogaretᷣ/ vt p̄cepta aliqua inſtitutoria traderet: hoc inq̄t ſit cunctis in cõi mandatũ/ nullum in arrepti ꝓpoſitum vigore laceſſere: ſed quaſi incipientẽ ſemper agere debere qđ ceperit: preſertim cũ humane vite ſpaciũ eternitati cõparata/ breuiſſima ſit. in vitaſpatrũ fol. 25. Niſi quis hoc modo ꝓfecerit cõtinuo deficiet. Caſſianus/ neceſſe eſt vt ſm Apoſtol. aut renouatus q̄s ſpũ mentis ſue per ſingulos dies proficiat/ ad ea q̄ ante ſunt ſemper extendens: aut ſi neglexerit/ conſequens eſt vt retro redeat: aut in deterius labamur quemadmodũ in aquis fluminũ videmꝰ/ que continuo curſu fluentes/ ſi obiectã ſibi molẽ aliquã forte offenderint/ qua ꝓfluxꝰ earũ impediatᷣ: retro labi retroqꜫ cadentes vertices mutare coguntᷣ. Gregor. libro moraliũ. xxii. §. x. Mens dum igne amoris excoq̄tur/ ſemper in ſe ſeruat claritatem pulchritudinis quottidiana inuocatione feruoris. Neſcit eñ mens p torporẽ veteraſcere que ſtudet p deſideriũ ſemper inchoare: hinc nanqꜫ per Paulũ dicitᷣ Renouamini ſpiritu mentis vr̄e. Hinc Pſalmiſta: q̄ ad pfectiõis iam culmẽ puenerat q̄ſi inchoãs dicebat/ dixi nunc cepi/ qꝛ videlicet ſi laceſſere ab inchoatis bonis nouimus: valde neceſſe eſt vt inchoare nos quottidie credamus. Idem. xxv. li. §. xxii. Electoꝝ eſt actꝰ ſuos quottidie ab ipſo cogitatiõis fõte diſcutere/ ⁊ omne qđ turbidum ꝓfluit ab intimis exiccas. Sicut eñ nõ ſentimus quomodo creſcunt membra/ ꝓficit corpus/ mutatᷣ ſpẽs/ nigredo capilloꝝ albeſcit in canis (Hec itaqꜫ oĩa nobis neſcientibꝫ aguntᷣ in nobis) ita mens nr̄a/ per momenta viuendi/ ipſo curaꝝ vſu/ a ſemetip̄a permutatur ⁊ non agnoſcimus: niſi vigilanti cuſtodia ad interiora noſtra reſidentes. Profectus noſtros defectuſqꜫ quottidie penſemus/ hoc ipſum eñ in hac mortali vita ꝯſiſtere/ quaſi ad vetuſtatem ire eſt: ⁊ cum inaſſueſa mens fuerit relicta/ in quodam ſenio torporis ſopitᷣ/ qꝛ ſui negligens: ⁊ ꝓpoſitum robur inſenſibiliter perdens a forma prioris fortitudinis dum neſcit ſeneſcit. Unde ꝑ ꝓphetam ſub effriam ſpecialiter dicitur. Comederũt alieni robur eius/ ⁊ neſciuit/ ſed ⁊ cani effuſi ſunt in eo ⁊ ipſe ignorauit. Oſe vii. Bernhardus item ſimile ponit in ſermone. ii. de quadrageſima ⁊ ſermone. ii. de aſſumptione/ ⁊ Salomõ iuſtoꝝ ſemita q̄ſi lux ſplendẽs: pcedit ⁊ creſcit vſqꜫ ad perfectũ diẽ. Si ꝓpoſito tuo ꝯriantᷣ: q̄ nõ poſſis opinione tua geſtire/ ꝓpter infirmitatẽ animi tui/ foues ſimpliciter abſtinẽtiã aut ꝯtinentiã: voueto eam ſolam per diem vel hebdomadam menſem aut annũ/ verbi gratia. Crapulam vincere nequis/ incontinẽs es/ dum eñ mane propoſueris te veſpere velle abſtinere a cena ſimpliciter/ a ſaltem aliq̄ cibo/ ꝓpoſitũ nõ exeq̄ris/ eo ꝙ ad hoc te obligatũ eſſe nõ credis. Voue ergo deo ꝙ hoc die non cenabis/ ſicqꜫ votũ frangere timebis: ⁊ tandem aſueſces imo dum in mẽſa fueris/ ⁊ luctaris cõtra appetitũ aliquẽ alicuius cibi/ ſed nõ vehementer. Sic de caſtitate/ ⁊ non nubendo maritum. Puella es aut vidua ⁊ non vis ſimpliciter viuere/ voueto per annũ. Cum vero ſemetipſam q̄rit ⁊ ſubtiliter penitendo: ſe diſcutit ab ipſa hac vetuſtate ſua/ lota lachrimis/ ⁊ merore incenſa renouatᷣ: ⁊ q̄ iam pene inueterata frixerat/ p ſubminiſtrata meriti/ amoris ſtudia nouũ calet. Unde Paul. Apoſtolus: vſu mortalis vite/ veteraſcentes diſcipulos admonet dicẽs. Renouamini ſpiritu mentis veſtre. Sed quomõ potero renouare inquis: Ad hec agenda valde exẽpla patrũ/ ⁊ ſacri eloquii p̄cepta/ nos adiuuant: ſi enim ſanctoꝝ opera conſpicimus/ ⁊ diuinis iuſſionibus aurem p̄bemus/ alia nos ꝯtemplata alia audita ſuccedant/ ⁊ cor noſtrũ torpore non ꝯſtringitur/ dum imitatione ꝓuocatur. Unde bene p Moyſen dicitur/ Leuitici. vi. Ignis in altari ſemper ardebit/ quem nutriet ſacerdos/ ſubiiciens mane ligna per ſingulos dies. Altare quip

pe dei eſt cor noſtrum in quo iubet ignis
ſemper ardere quia neceſſe eſt/ex illo ad do
minū charitatis flammā indeſinenter aſcē
dere. Cui per ſingulos dies/ſacerdos ligna
ſubijciat/ne extinguat. Omnis eñ chriſti
fide preditus/membrū vti ꝗ ſummi ſacer-
dotis effectus eſt: ſicut cunctꝭ fidelib Pe-
trus Aplus dicit. Vos aūt genus electum
regale ſacerdotium. Sacerdos ergo in al-
tare ignem nutriens/ꝗtidie ligna ſubijci-
at: id eſt fidelis quiſ ꝗ ne in eo charitatis
flamma deficiat in corde ſuo tam exempla
prudentiū/quā ſacre ſcripture modeſtia/vl
teſtimonia ꝯgerere non deſiſtat. Nā quaſi
ꝗdā fomēta igni dare eſt in excitatiōe cha
ritatis/vel exempla patrū vel precepta dñi
ca miniſtrare/ꝗ enim interna nouitas no
ſtra: ipſa quottidie huius vite ꝯuerſatione
veteraſcit. Ignis iſte/adhibitis lignis nutri
endus eſt/vt dum per vſum ſe noſtre vetu
ſtatis extenuat/per patrū teſtimonia/⁊ ex
empla reuiuiſcat. Caue aūt ne dans fomē
ta accidat tibi qḋ ⁊ Paulo: Vipera inanꝭ
glorie in manu opationis bone. ⁊c̄. Et be-
ne illic ꝑcipitur vt mane ligna per dies ſin
gulos ꝯgregent. Hec quippe non fiunt/ni
ſi cū nox cecitatis extinguit vel certe quia
mane prima pars diei eſt: poſtpoſitis cogi
tationibus vite ꝓſentꝭ/hoc priori loco fide
lium quiſ ꝗ cogitat/vt qḋ in ſe iā iam ꝗ de
ficit niſib quibus valet ſtudiū charitatis
inflammet. Ignis eñ iſte in altare dñi id
eſt in corde noſtro citius extingtr/niſi ſo
lerter adhibitis exemplis patrū/⁊ domini
cis teſtimonijs impare. O autem diui-
nis admonitionib/⁊ p̄cedentiū exemplis
adiuti: de huius vite ꝓfundo liberamus.
Bene etiam per prophetā Iheremiā Iere.
xxxviij. In puteū miſſum ſignatum eſt: ꝗ
vt leuet ex puteo/funes ad eum ⁊ panni ve
teres deponunt. Quid enim funib/niſi
precepta dominica figurant/que/ꝗ nos
in mala opatione poſitos/⁊ ꝯuincūt ⁊ eri-
piunt/quaſi ligant/⁊ trahunt/coartant/⁊
leuant. Sed ne ligatus his funib/duꝫ tra
hitur incidatur ſimul etiā panni veteres ꝯ
ponunt: quia ne diuina precepta nos terre
ant antiquorum patrum nos exempla ꝯfor
tant: ⁊ ex eorum cōparatione facere nos poſ
ſe preſumimus/quod ex noſtra imbecillita
te formidamus. Precepta ſunt funes qui-
bus trahimur in celum/que nobis de ſur-
ſum miſſa ſunt. Si vis ingredi vitam/ſer
ua mandata. Sed ais/aſperi ſunt funes.
Ecce panni veteres tibi relicti ſunt ſancti
in melotis ꝯtemptibilibus. Ecce diligite
inimicos/vnus funiculus. O nō poſſum
ꝑ hunc aſcendere nimis durus eſt. Arripe
pannū veterem Chriſtū ieſum in cruce. Ad
de Stephanū/qui orauit ꝓ perſecutorib.
Adde eū ꝗ remiſit ei/qui patrē ſibi inter-
fecit (vt habet in diſcipulo) ſic induc de
alijs p̄ceptis ⁊ exempla applica/⁊ erit vti
le. Item rex ſum/Miles ſum/nō arripiam
funes/appone pannos. Martinus miles
⁊ Dauid rex. Scd̄o iuuencula ſum/puel
la fuit ſilr ⁊ Agnes/Katherina/Agatha.
Tertio delicata ſum/⁊ Elizabet fuit. Si ḡ
leuari de hoc ꝓfundo feſtinamus/ligemur
funib id eſt p̄ceptis dñicis aſtringamur
Interſint etiam panni veteres cum quib
melius teneant funes id eſt/precedentium
cōfortemur exemplis/ne infirmos nos ac
timidos/prec pta ſubtilia vulnerent dum
leuant. Quaſi quoſdam pannos veteres
Apoſtolus Paulus ſubigebat cum leuan-
dis diſciplinis preceptis ſuis ſpritalitatis
exempla veterum ꝯmodaret dicens. Iuſti
ludibria ⁊ verbera experti/inſuper ⁊ vincu
¶ Primo: Ex parte confeſſionis in ſe. Nam ponamus duos homines equaliter eſſe diſpoſitos ad ſuſceptionem gratie / ſic ꝙ vnus non magis q̄ alter / nō tamen ſufficienter / ⁊ vnus eoꝝ confiteat̃ / alter aūt non cōfiteat̃. Stat ꝙ ſi ambo moriant̃ / confeſſus ſaluetur. Non confeſſus autē damnet̃ ſolum ratione confeſſionis: q̄ quantū eſt ex parte ſui / tunc eſſet eiuſdem meriti cum alio non confeſſo / ſed q̄ ſacramenta ratiōe operis operati ꝯferunt gratiam: ideo huic confertur ſufficiens gratia / ad conſequendum vitam eternam q̄ ratione operis operantis: non ſic eſſet / quia vterq₃ ſupponitur equaliter fuiſſe diſpoſitus. Dat Bonauentura exemplum de candelis. Si ſint tres candele accenſe / ⁊ duo extinguant̃: ille due eque apte ſunt ⁊ diſpoſite ad accenſionem ⁊ tamen ſi vna applicatur candele accenſe accendit̃ altera autem non accendit̃. Solū quia non applicat̃ / cū tamen eque ſit diſpoſita / quantū in ſe eſt / ad accenſionem. Sic in ꝓpoſito / applica. Due extincte candele / duo peccatores / q̄ lumine gratie priuati / confeſſor tertia candela lucens ⁊ ardens. ⁊c̄ Fundamentū huius eſt / ꝙ fit de attrito cōtritus / virtute ſacramēti ſuſcepti. Neq₃ debet peccator timere recipere hoc ſacramentum. Non enim requirit̃ ꝙ ſit prius contritus / ſed ſufficit ꝙ ſit attritus: ⁊ ꝓpoſitū non peccādi habeat / ait Gerſon: Multis eſt opinio ꝓ peccatoribus dicens / ſufficit ad abſolutionis ſacramentalis fructuoſam ſuſceptionē / ꝙ confeſſus non habeat actuale peccandi ꝓpoſitum. Hoc eñ dicūt eſſe nō ponere obicem: ſed alia ſententia / ꝙ requirit̃ actuale ꝓpoſitum / poſitiuum nō peccandi in futurū: ꝓbabilior eſt atq₃ ſecurior. Hec ille. Q, ſi quis habuerit propoſitum peccandi in futuꝝ / nihilominus vtile eſt ei cōfiteri in futurum / ⁊ abſtinentias certas recipere / q̄uis abſolui non poſſit / neq₃ ab iterata confeſſione liberet̃.

¶ Scđo: Ex parte confeſſoris qui tenet locū dei. Primo ratione cōfeſſoris. Nam q̄uis extra confeſſionem poſſint dari conſilia / in ꝯfeſſione tñ data meliora / virtuoſiora / ⁊ efficaciora ſunt [ krefftiger nochtrükiger ] Et hoc Primo ideo / q̄ deus plus donat homini confitenti q̄ extra confeſſionem / ratione humilitatis. Scđo quia preſbyter ideo ibi ſedet / vt capiat aīas ⁊ deo tradat ideo ꝯfidendum de ſpeciali auxilio. Scđo: Rōne illuminationis diuine. Tertio: Ratione interrogationis / q̄ preſbyter ibi poteſt interrogare ea q̄ alias nunq̄ cogitaſſes / ad confitendum ⁊ ꝑenitendum. Quarto: Ratione orationis ꝯfeſſoris / q̄ ſacerdos priuſq̄ abſoluat̃ / ꝓmittere debet orationē. Miſereat̃ ⁊c̄. niſi impediat̃ neceſſitate: ⁊ oratio illa efficax eſt rōne ſacramēti oīa enim hic dicta ⁊ facta ſanguine chriſti ꝑfudūt̃ ⁊ rigant̃. Quinto: Rōne ꝯpaſſionis / q̄ ꝯfeſſor exiſtens in caritate ſicut debet / cum audit facinora: habet maximam diſplicentiam in eis / ⁊ tibi compatitur / ratione cuius tibi peccata remittuntur. Sic beatus Ambroſius quando audiebat ꝯfeſſiones aliquoꝝ impudice / ⁊ ſine fuſione lachrimarū confitentium / amariſſime fleuit ꝙ ⁊ ipſum ꝯfitentem ad fletum inducebat. Item contingit aliquando ꝙ q̄s nō eſt ſatis diſpoſitus ꝓ grā / ⁊ ſi ꝯfitet̃ grām recipit. Itē expedit ait Ger. nōnſiq̄ circūſtantias

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

articulatius inq̄rere ad verecundam humiliationem cõfitentis. Ita ſcʒ / ꝙ artetur confitens ad reiterandũ: vt ſic magis verecundetur. Inde ei aliquid pene remittitur. Sed hoc eſt verum: ſi habet talẽ confitentem/cui hec competunt ꝛc̃. O, tam difficulter confitemur cauſa eſt ꝛ obſtaculũ diabolus: cui per penitentiam ꝛ confeſſionem maxime obuiam⁹. Similiter natura. Naturale ſiquidem eſt omnibus: vt ſua facta laudent/ꝛ non deteſtentur: cuius contrarium fit in confeſſione.

¶ Tertio. Utilis eſt confeſſio ratiõe confitentis: ꝛ ideo libenter debemus confiteri. Nam ibi multa bona/ꝛ meritoria oſtendũtur in cõfitente. Primo fides/ Nam ꝑ hoc fidem Chriſti profitet̃: quia remiſſionẽ peccatorũ: ꝛ ex illo habet meritũ: niſi quis crederet ſibi remittẽda peccata: nõ confiteret̃. Scdo ſpes/niſi em̃ haberet ſpem de remiſſione nõ confiteretur ꝛc̃. Itaq₃ in torculari hoc/vbi peccata exprimunt̃. fides tenet lumen/ꝛ ſpes fortificat. Sicq₃ ille due virtutes extorquẽt [trottend] confeſſionẽ. Tertio Charitas/quia ſe optat eſſe probum/ ꝛ dei eſſe amicũ. Oſtenditur hec charitas ad deum ratione iſtius: quia qui diligit alterum conquerit̃ ea/ ꝛ indulgentiã ſuper eis querit: que diſplicent ei quẽ amat: ꝛ pro poſſe de medio tollit: debet conteri: quia offenſiuum dei. Quarto. Juſtitia: iuſtitia dat omnibus quod ſuũ eſt ſuperiori/inferiori/ ꝛ equali. Sic ꝛ ille qui confitet̃: qui deteſtatur deteſtanda vituperat: que ſunt vituperanda. Quinto fortitudine. O ꝙ̃ fortis res eſt confeſſio. Nam fortiſſimus eſt: qui ſe vincit. Plures ſunt: qui ciuitates/ ꝛ populos vincunt: non autẽ ſeipſos. Item ſicut peccatũ fit voluntarie: ita ꝛ per ſpontaneam confeſſionẽ/ ꝛ non coactam debet deleri. Neceſſaria fortitudo/ quia difficulter confitemur. Sexto prudentia: quia preuenit iudicium extremũ: qui ſe hic iudicat alibi non iudicabitur. Si noſmetipſos diiudicaremus/ a domino non iudicaremur. Item prudentia: quia vendit peſſima: ſcilicet peccata/ ꝛ acquirit optima. ſcilicet gratiam ꝛ virtutes. Item prudentia: quia oſtendit hec turpia coram vno: vt alibi occultentur coram toto mundo: quãuis enim alibi aperta erunt omnia peccata/tam confeſſa/ quam non ꝯfeſſa/ tamen valde differenter. Confeſſa in oſtenſionem magne miſericordie dei qui remiſit ei tanta peccata. ꝛc̃. Illa oſtẽſio erit glorioſa deo/ imo etiam ipſi cõfitenti erit iucundum / de hoc cogitare: ſcʒ quia euaſit tanta peccata. Non confeſſa autem oſtendent̃ i ignominiã ꝛ penã eorũ qui non fuerunt confeſſi. Septimo: Temperãtia quia in confeſſione eſt recta menſura.

Nam ibi non ſumitur ſeuera iuſticia/ vt deſperare poſſes. Nec excedens benignitas/ne ꝓſumas/ſed temperanter compromittunt. Itaq₃ deus ꝛ peccator in confeſſorem ſicut in arbitrũ conſentiunt. Ecce ꝙ̃ magnum eſt confeſſio. Si deus in vna virtute habet complacentiam magnã/ꝙ̃tã habebit in confeſſiõe/ vbi omnes virtutes theologice ꝛ cardinales oſtendunt̃. Item ibi magna humilitas exercetur cũ obedientia dei/eccleſie/ſacerdotis. Confeſſio eſt lauatoriũ [die weſch oder buch] vbi colliguntur panni fedi peccatoꝝ/ꝛ ꝑfundunt̃ lachrimis calidis in igne diuini amoris/ꝛ per cinerem cogitationis mortis/ ꝛ ꝙ cinis es. ꝛc̃. Penitẽtia lotrix eſt. ꝛc̃. Pſal. Confeſſionem ꝛ decorem induiſti. Bernhardus Poſt ꝯfeſſionem decor. Sicut Pſal. lotionem pannoꝝ candor. Sed caue a fictione ne ficte confitearis/maxima em̃ inde ſequunt̃ mala in monaſterijs quia difficillime conuertunt̃/ verecũdantes talem confiteri fictionem. Item ſemper peccant mortaliter de nouo recipientes abſolutionẽ. Item indurantur in peccatis. Item nunq₃ quieti/ ſemꝑ roſionem/ſemper morſum conſcientie pacientes. ꝛc̃. Uide Gerſonẽ de paruulis ad chriſtum trahendis.

T



Tene quelibet diem quaſi ſit tota vita tua [ tun als ob ieglicher tag din gantz leben were ] Sic ꝙ ſurgens mane reputes te in corde tuo quaſi primo natus ſis in mundum ⁊ antea nunq̃ʒ vixeris ⁊ nihil boni feceris. Reputes deinde te in corde tuo quaſi dies illa ſit totum tempus vite tue ⁊ ꝙ certus ſis/ ꝙ veſpere illiꝰ diei moriaris ⁊ in cõſpectum dei ⁊ iudicis tui ſis aduocatus. Et quicquid voluiſſes te tunc vitaſſe/ hoc nunc vita toto ſtudio ⁊ certamine. Et quicquid facere voluiſſes in tp̄e egreſſionis tue ab hoc ſeculo hoc ſtatim ⁊ modo fac; hoc facto / homo habebit bonã ⁊ chriſtianã vitã ⁊ tute ſecureq̃ʒ mori poterit. Sed ais / ⁊ que vtilitas mihi ex hac regula obſeruata ꝓuenit. Rñdeo ⁊ dico.

¶ Primo: ꝙ regula valet ꝯtra tedium bona operandi. Tedium operandi ꝓuenire poteſt ex duobus. Primo ex conſideratione precedentium operum que fecit/ cogitat enim ecce tu tanto tp̄e ſeruiuiſti portando pondus diei ⁊ eſtus: multa bona opera feciſti/ ſatis eſt. ⁊c̃. Sicq̃ʒ torpet ab virtutũ exercitio. Tu vtere hac regula/ cogita quaſi antea nõ vixeris ⁊ primũ hodie mane natus ſis/ neq̃ʒ aliq̄d boni feceris: ⁊ ergo tibi inſtanter operandum/ obliuiſcaris omniũ p̄teritorum bonorum a te factoꝝ ⁊ quaſi nihil boni vnquam feceris feruenter coneris bene operari. Cogita ꝙ tibi nihil ꝓpter illã tuam obliuionem peribit de meritis. Chriſtus enim dominus omnia illa ſeruabit in ſcrinio ſuo ⁊ in fine ſeculi in iudicio nouiſſimo/ illud proferet/ aperietq̃ʒ ſcriniuʒ magnificabitq̃ʒ ⁊ augebit illa ita vt mireris [ er wurt es alſo ſchutzig machen ] O quantũ gaudiũ tibi tũc erit cũ te neſciẽte ⁊ obliuioni traditum theſaurum tuum videbis. Multũ gaudemus. Si in aliquo loco pecuniam nobis attinentem quam obliuioni tradidimus reperire nos cõtingat. Sic ibi erit. Secundo: Tedium bene operãdi prouenire poteſt ex conſideratiõe future. Sunt enĩ q̄ ex diuturnitatis timore laſſant in opere diuino ⁊ virtutum exercitio: decipit enim eos diabolus/ ea q̄ diuiſim ⁊ ſingulis diebus portanda ſunt/ ſimul oſtendẽdo/ dicẽs quomodo poſſes hoc portare tot annis? Tu autem reſpondebis facile dicẽs ſolum hodie portandum erit: hunc enim diem ſtatui mihi totam fore vitam. Quod ſi craſtina vixero iterum partem laborum portabo/ nõ integrum hodie: ſed ⁊ propter ꝯſuetudinem cum dei adiutorio leuius portabo. Sic vbi fallit compoſitio ſoluit diuiſio Methaphyſice ſexto: ſufficit diei malicia ſua.

¶ Dico Secundo: ꝙ ſancti patres hanc vtilitatem huius regule intellexerunt ⁊ aptiſſimum exemplum adduxerunt: legitur in Vitaſpatrũ / ꝙ cum quidam ſeruus dei a magno profectu virtutum lapſus eſſet in vicia carnis/ inq̃ʒ reſurgens vix cum multa difficultate ſe ad bona opera valebat applicare ex puſillanimitate ⁊ accidia eſtimãs ad priſtinum ſtatum virtutũ non poſſe redire: propter qđ accedens ad ſenem pro cõſilio / ille confortauit eum / ⁊ animauit ad bonũ. Inducens exemplũ cuiuſdã patris q̄ filio ſuo mãdauit vt ad agrũ ſuũ rediret ad excolẽdũ qđ cũ feciſſet ꝑpẽdẽs filiꝰ agrũ illũ longum ⁊ latum ⁊ ſpinis plenum multi eſſe laboris / ⁊ non in breui excolendum victus ex puſillanimitate ⁊ tedio poſuit ſe ad dormiendum/ ⁊ poſt dormitionem ſurgens ſeipſum mente excitabat ad incipiendum agrum excolere. Sed puſillanimitas dicebat: quãdo tu opus tam magnum complebis? melius eſt / vt non incipias. Sicq̃ʒ tedio victus iterum obdormiuit. Euigilans autem ſe confortabat ad inchoationem culture. Sed iterum puſillani-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

mitate victus deſiſtebat/dormitās. Inter-
ea ſuperuenit pater/ ⁊ inueniens dormien-
tem increpauit dicens. Quomodo non in-
cepiſti adhuc terram fodere? Cui ille/ con
ſiderabam/inquit non hoc fieri poſſe/ niſi
longo tempore/ et mihi videbatur nunquā
venire ad finem. Sed admonuit pater di-
cens. Non ſic agendum fili mi non ſic/ ſed
paulatim opus exercendum. Si illo tem-
pore/ quo dormiuiſti / tantum laboraſſes
terre: quantum occupauit corpus tuum ia
cens/iam feciſſes partem/ ⁊ inde de die in
diem proſequēs compleuiſſes/ ad tempus
preſens. Aſpiciendo/ non ad futurum. Et
ſic paulatim omne opus magnum comple
tur. Ita ⁊ tu quāuis longe ſis factus a sta-
tu priſtino virtutis/ tamē paulatim de bo
no in melius proficiſcendo non ſolum ad
profectū illum/ſed etiam ad maiorem con-
ſcendes/dummodo continues. Sicqꝫ con
fortatus ſe bene habuit in poſterum. Hec
ex Anthonio parte ſecunda/titulo nono.
capitulo.xvi.§. primo in fine.

¶ Dico tertio/ꝙ hec regula valet contra
inpatientiam mala tolerandi premunt te.
Primo mala corporis proprij infirmitas/
morbus quem diu tolleraſti moleſtat te. Co
gita / quia hoc ſolo die victurus ⁊ tolera-
bis. Sic de alio infirmo ſit vxor in coniu-
gio/pater vel mater ſenes/vel ſocius in col
legio fratrum. Cogita/quia non diu ſuſti-
nendum. Sed tota vita tua ſolum/que eſt
vnius diei.
Premunt te ſecundo mala diuitiarum /
paupertas in victu ⁊ veſtitu pro te ⁊ fami-
lia in domo/⁊ cete. Cogita/ quia dies non
eſt tota vita tua/ neqꝫ amplius tolerare co-
geris intra regulam.
Premūt te tertio mala fame. habitas cum
contumelioſo/detractore/ deriſore/⁊c̄.
Premeris. Cogita / quia niſi die vno ſolo
oportet te pati ⁊c̄. Itaqꝫ non cogita de fu-
turis malis/neqꝫ de preteritis/ ſufficiant ti
bi preſentia mala. Audi Senecam epiſto-
la quinta. Non ad preſentia inquit / apta

mur/ſed cogitationes in longinqua premi-
timus. Itaqꝫ prouidentia maximū bonū
conditionis humane/in malum verſa eſt fe
re pericula/que vident/ fugiunt: cum effu-
gere ſecure ſunt. Nos ⁊ venturo torquemur
⁊ preterito. Multa bona noſtra nobis no-
cent: timoris enim tormentum memoria re
ducit/prouidentia anticipat: timeo preſen-
tibus tantū miſer eſt. Hec ille. Ecce ꝙ con
formiter bona ad verba Chriſti dicentis
ſufficit diei malicia ſua.

¶ Dico quarto/ ꝙ hec regula etiam vti-
lis eſt contra omnia vitia. Teſtis eſt nobis
Anthonius/Baſilius/⁊ Caſſianus.

Primo Caſſianus ait/ ⁊ habetur coll.xvi.
capitulo ſexto. Generale vitiorum perem-
ptorium eſt/ꝙ homo ſe de hoc mūdo quo-
tidie credat migraturum.

Secūdo Baſilius ait/ Semper ante ocu
los tuos verſetur vltimus dies. Cum dilu
culo ſurrexeris/ ne ad veſperam confidas
peruenire/⁊ cum quieſcens in lectulo mem
bra poſueris/ de lucis ne confidas aduen-
tu/⁊ facilime poteris refrenare ab om̄ibus
vitijs.

Tertio ſanctus Anthonius in vitas pat.
folio.xxv.K. Ad inertiā autem inquit cal-
candā/Apoſtoli precepta replicemus: qui-
bus ſe mori quotidie teſtabat. Similiter ⁊
nos humane cōditionis vitā ancipitem re
tractātes/non peccabimus. Cum em̄ ⁊ exci
tati mane a ſomno/ad veſperā nos perue-
nire dubitemus/ ⁊ quieti corpora conceden
tes / de lucis non confidamus aduentu/
et vbique nature / ac vite incerte memo-
res dei nos intelligamus prouidentia gu-
bernari/ hoc modo non delinquemus/aut
aliqua fragili cupiditate raptabimur. Sz
vt iraſcemur quidē aduerſus aliquē. Nec
terrenos congregare theſauros ambiemus
quin potius metu quotidiani receſſus/⁊ ſe
iungendi corporis iugi expectatiōe/omnia
caduca calcabimus. Ceſſabit mulierum a-
mor/libidinis extinguetur incēdium: inui-

cem nobis debita noſtra donabimus/ante
oculos ſemper habētes vltime retributōis
aduentū: quia maior formido iudicij/⁊ pe-
narum timor horridus/ ſimul ⁊ lubrice car
nis incentiua diſſoluit/⁊ ruentem animā/
quaſi ex aliqua rupe ſuſtentat. Adſtipula-
tur ſanctus Hieronymus in epl'a ad Pau
linum in fine/facile cōtemnit omnia/qui ſe
ſemper cogitat eſſe moriturū. Item Eccle-
ſiaſtici ſeptimo. Memorare nouiſſima tua
⁊ in eternum non peccabis. Si placuerit
diffuſius loqui ad plebem. Vide Vincen
tium ferrariū/feria ſecunda poſt iudica/et
expone. Sed ais/⁊ quomō id putare poſ-
ſem/⁊ in affectum trahere/ ꝙ quelibet dies
a me tanquā ſit tota mea vita/reputetur:
⁊ ꝙ veſpere ſim moriturus: Reſpondeo ⁊

¶ Dico quinto/ ꝙ hoc admodum facile
eſt, etiam ſi nō ita eueniat: multa enim non
entia actu: imo nunquā futura/nobis pre-
ſentia facere poſſumus. patet clare/ de his
qui patiuntur morbum/qui appellat̄ amor
hereos. Imaginant̄ enim tales/⁊ etiam ita
afficiuntur/quaſi preſentes haberent eas/
quas ita feruenter amant feminas/ quem-
admodum ⁊ Gerſon in tractatu de paſſio-
nibus/poſt medicos tractat. Porro cogi-
tet homo id quod dixit Ezechias rex: preci
ſa eſt/velut a texente vita mea/ dum adhuc
ordirer/ſuccidit me/de mane vſqꝫ ad veſpe
ram finies me, ecce in propria forma litte-
ram noſtram de mane vſqꝫ ad veſperam fi-
nies me. Similis eſt vita noſtra texture/
⁊ tele. Primo textura ſiue tela/que facta eſt
non videtur quia circumuoluta colūnelle:
⁊ nihil de ea apparet/ niſi quod in ſuperfi-
cie patet parue quātitatis. Sed neqꝫ quod
texendum eſt: videtur nondū enim eſt in re
rum natura. Sic ⁊ vita quā viximus non
apparet/quia tranſijt/⁊ quaſi inuoluti oc-
cultantur anni preteriti vite noſtre. deinde
vita noſtra futura/ ſimiliter nondum eſt.
Itaqꝫ nihil de vita noſtra/ſitne tēpore ha-
bemus/ niſi preſens nunc quod ⁊ ipſum
mox ⁊ prius q̄ꝫ diximus/euanuit. Secun
do in poteſtate textoris eſt: vt etiam filum
precidat/⁊ texere ceſſet non ſecundū volun-
tatem texture ſiue tele/ſed ſuam. Et in pote
ſtate dei textoris eſt: vt rumpat filum textu
re vite noſtre: quando ſibi placuerit/⁊ non
in noſtra poteſtate. Tertio textor etiam ali
quando precidit filum/ dum ad hoc ordi-
tur. Et deus vitam infantium puerorum/
⁊ adoleſcentiū tollit/dum adhuc creſcunt/
⁊ quaſi ordiunt̄ nondum perfecte etatis ex
ſtentes. Reuera ſic eſt: vt dum putamus
nos diu duraturos/ priuſqꝫ ad maturam
peruenerimus etatem tollit de medio. Fru-
ſtra etiam ſibi aliquando blandiunt̄ iuue-
nes ⁊ ſenes de bona valitudine/viuacitate
ſenſuum ⁊ aliarum anime potentiarū/qua
ſi ob hoc ſecuri ⁊ tuti ſint a morte. Fallun-
tur plane exemplū ad hoc eſt in promptu.
Ecce candela cerea equaliter lucet in prin-
cipio ſue accenſionis in medio ⁊ fine: immo
regularis clarius lucet/dum ſue conſum-
ptioni propinquior eſt. Applica. Candela
homo. lux in candela vita in homine: qui
aliquādo dum viuaciſſimus videtur/mox
extinguitur. Sicqꝫ inſtar tele a texente ſuc
ciditur. Omne igitur inſtans ⁊ non ſolum
totus dies tibi reputandū eſt tempus vite
tue. Sed ais/⁊ quid igitur faciendum no
bis ex quo tam breue eſt terminus vite no
ſtre: Reſpondeo ⁊

¶ Dico ſexto/ ꝙ hoc debes facere ad qđ
te hortatur ſapiēs Eccleſiaſticus. ix. quod-
cunqꝫ facere poteſt manus tua inſtanter o-
perare: quia nec opus/nec ratio/ nec ſcien-
tia/ nec ſapientia erunt apud inferos/ quo
tu properas, ex quo neſcis diem neqꝫ horā:
ideo quodcunqꝫ ⁊c. Quia apud inferos
nullam gratiam reperies: quandoqꝫ homo
inuenit gratiam propter bonitatem opera-
tionis: aliquando propter ſubtilitatem al-
legationis: aliquando propter vtilitatem
officij: aliquādo propter ſublimitatem ſtu-
dij. Iſta autē non habent locum apud in-
feros/quia ibi nec opus/ nec ratio/ nec ſci-
entia/ nec ſapientia. Ergo nec mechanica/
nec logica/nec phiſica/nec metaphiſica pro
derunt apud inferos: id eſt mortem quo tu
properas. ve nobis/qui nō paſſim ad mor-
tem imus/ ſed properamus/ inſtar nuncij
equitantis Romam pro prebenda vel por-
tantis bonos rumores/ talis vadit cum per
mutatione equorū: ita ꝙ quando vnus eſt
feſſus/ipſe accipit alium. Sic vnus vadit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

261

ad infernū per luxuriam/ ſed quando fatigatur in vno actu accipit alium equū: ſcilicet ludum auariciã. Et quia nõ poteſt ſemper intẽdere accipit gulam: ⁊ ſic de alijs vicijs: quibus viciſſim occupatur ⁊c̄. Continue properat ad infernū. Item Caballarij Romam feſtinantes habent cornua: quibus adhuc longe ab hoſpitio diſtantibus ſignificant eis parari debere alium equum cui inſideant. Sic tales cum equitant in equo gule/ inter epulandū ſonãt clamore ad famulam/ ⁊ cocum mandantes: vt alius equus paretur/ in quo equitent/ ſcilicet balneum/ meretrix/ ludus/ vel alia cena ⁊ crapula. Sicq; vadunt de vicio in vicium ad infernum properantes. Sicut boni de virtute in virtutem. Item ſecundū quamlibet etatem aptantur proprij equi: quibus properatur/ dum iuuenis quis eſt equitat in equo luxurie leuitatum ⁊ vanitatum corearum ⁊c̄. In virili in equo auaricie ⁊ ſuperbie. In ſenili in auaricie/ gule/ acedie. Sic ꝙ non quieſcit in properando ad infernū. Sic in monaſterijs in equo odij inuidie detractionis/ iudicij temerarij/ inobedientie/ gule ⁊c̄. Itaq; nõ iam [ rutſch/ ſed renn in die hell ] dici poteſt/ nedum de ſacerdotibus [ pfaff rutſch in die hell ] ſed etiam de laicis [ aff renn in die hell. ]

¶ Dico ſeptimo/ ꝙ hec regula ⁊ aurea doctrina congrue ponit̃ ſub litera T. que habet formam tau/ crucis/ ſcilicet in Exodo legitur/ ꝙ domus in cuius ſuperliminari erat ſanguis per quem ſignificatur fides crucis Chriſti/ cuius figuram habet ſignū T. Angelus exterminator non ingrediebatur: vt occideret primogenita/ ⁊ vbi hec doctrina ſeruat̃ diabolus nocere non poteſt. Signati thau in frõtibus numerati ſunt. duodecim milia/ in Apocalipſi capitulo ſeptimo ⁊ eis non nocitum eſt. Et qui hac litera ⁊c̄. In Ezechiele capitulo. ix. Om̄em ſuper quem videritis thau/ ne occidatis. Et qui hanc noſtram litteram didicerint non occidet̃ in anima. Qui regulam hanc ſeruauerit/ ⁊ literam didicerit facile omẽs huius alphabeti literas diſcet.

Quãdo tu te ſignaueris ſigno crucis quod ſimile eſt noſtre litere veniat tibi in mentem regula hec: vt ſcias hunc diem eſſe totum tempus huius vite.

Tunc ſcies quoq; ⁊ cogitabis: quia tota vita tua debet eſſe martyrium/ ⁊ crux quedam/ ſicut dixit quidam ſanctorū. Quem tamen ſcias non diu te oportere ferre: quia hec dies tota vita tua eſt.

Regulam ergo hanc vobis cõmendo/ tanquã vnam ex principalioribus: quãuis enim omnes auree ⁊ vtiles ſint/ tamen inter ceteras magnifico. S. A. ⁊. T.



Visitare crebro ꝯſcientiã ⁊ eã examinare ⁊ purgar̃. Sed ais/ ⁊ quemadmodū viſitabo eã: Reſpõdeo ⁊

¶ Dico pͥmo ꝙ eã viſitare debes: ſicut bonꝰ paterfamilias ſero ponit rationẽ cum ſua familia/ de per eam tota die peractis/ ⁊ eos ſi peruerſe imprudenter aut infideliter egerint/ punit. Sic ⁊ tu fac. Sed ais familiam non habeo: Reſpondeo/ ꝙ tibi familia eſt mlt̃a nimis. Familia tua ſunt quinq; ſenſus exteriores/ ⁊ quinq; interiores: familia tua ſunt oĩa membra tua/ familia tua ſunt omnes cogitationes tue. Familia tua ſunt omnes affectiones tue/ ſex in concupiſcibili/ quinq; in iraſcibili. De familia cogitationū. Audi beatum Gregorium.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Ne putes me hec temere finxiſſe. Bene in-
quit cogitationū turba multe familie appel
latione ſignatur. Nam ſcimus / ꝙ abſente
domina ancillarū lingue perſtrepunt ſilen
tium deſerunt / deputati operis officia ne-
gligunt / totumqꝫ ordinem ſibimet viuendi
confundunt. At ſi repente domina veniet /
mox perſtrepentes lingue reticent / officia
vniuſcuiuſqꝫ operis repetunt. Sicqꝫ ad o-
pus proprium: ac ſi non receſſerint / reuertūtur.
Si igitur a domo mentis ad momentum
ratio recedat / quaſi abſente domina cogita
tionū ſe clamor / velut garrula ancillarꝫ tur
ba multiplicat: vt autem ratio ad mentem
redierit: mox ſe confuſio tumultuoſa cōpe-
ſcit / ⁊ quaſi ancille ſe ad iniunctū opus ta-
cite reprimūt / dum cogitationes protinus
cauſis ſe proprijs ad vanitatem ſubdunt.
Hanc cogitationū familiā: ſimiliter ⁊ alio
rum predictorū viſita ⁊ examina. Argue et
corripe ſuperferre facris / ⁊ emendare ſtude /
ſicut iam dicetur.

¶ Dico ſecundo / ꝙ conſcientiā etiam vi
ſitare debes per modū iudicij quē docet be
atus Joannes Criſoſtomus. ⁊ alij multi
ſanctorum: imo etiam gentiliū ⁊ coincidit
in priorem ſententiā. Fac tibi iudicium / ſit
mens tribunal. Cogitatio accuſator / con-
ſcientia teſtis / tu iudex per rationem / timor
carnifex [ hencker ] lachryme ſanguis. Vi-
de gloſſam. pri. Corin. xi. ſuper illud / ꝙ ſi
noſmetipſos ⁊c. Et Gorram / ⁊ beatū Tho
mam ibidē. Deinde ſtatue te ante teipſum
quaſi alium / ⁊ obijce tibi ſingula peccata:
que per totū diem perpetraſti / procedendo
per ſeptē peccata capitalia / ⁊ eorum filias /
qualiter ea perpetraſti cogitatione / locutio
ne / opere / ⁊ omiſſione: per ſingulos ſenſus
⁊ mēbra. Dic tecū aſſidue: quare hoc atqꝫ
hoc auſus es? quare illud ⁊ illud perpetra-
ſti? ⁊ pone dignas ſingulorum penas. Q,
ſi refugit ab his cōſcientia tua aliena vero
crimina ſe rimat. Dic ei nō ego iudex in ali
os / nec tu alios defenſura in iudiciū ſubi-
ſti: Quid ad te ſi hic vel ille male viuat:
tu dic quare hoc feciſti. Q, ſi cauſam dice
re non poſſit / ſed balbutiat atqꝫ ſtupeſcat:
quaſi ſuperbā ancillam / ac fornicatione cor
ruptam cede verberibus / ac flagellis dila-
nia / tormenta inferni ei oſtende. Q, ſi dia
bolū in cauſam trahere nitatur / ⁊ per eum
ſe excuſare dicendo / ſibi per eundē inſidias
intrui. Dic / hec omīa ſuperflua ſunt / neqꝫ
in te aliquid poteris / niſi tu volueris. Q,
ſi rurſus dicit / corpori alligata ſum / cū ho-
minibꝫ habito carne induta ſum. Dic / cau
ſe inanes he ſunt. Sunt enī ⁊ alij in terris
⁊ carne qui tamē continent / ⁊ bene viuunt.
Q, ſi rurſus dīt / ille me irritauit: Reſpon
de: qa in poteſtate tua eſt non irritari. non-
nunquā enim ⁊ tu iram ſuperaſti ad illius
certiſſimū argumentū eſt: ꝙ vincere potes.
Q, ſi dixerit formoſitate incenſum ſe atqꝫ
inflāmatum fuiſſe: Reſponde ad eam pote
ras profecto teipſum continere afferas ex-
empla multorū / memento mulieris prime:
que dixit ſerpens decepit me / ⁊ non effugit
Hec ex Criſoſtomo ſuper Mattheū ēor.
xlij. Sed ais / ⁊ que mihi vtilitas ex hac
iudiciali viſitatiōe proueniet: ſi eam ita vt
dicis perfecero: Reſpondeo ⁊

¶ Dico tertio / ꝙ vtilis eſt hec regula con
tra elationem: qui enī tam clare ſibi per ſin
gulos dies ſuos defectus ⁊ peccata propo-
nit: quomodo in elationē prorumpere poſ-
ſet: ⁊ non inde humiliari? hoc clarius luce
eſt. Sed producamus ad hoc teſtimonia
ſanctorū. Beatus Joannes Criſoſtomus.
Recordande ſunt ait multitudines pecca-
torum. Recordanda conſcientia maculata:
que vtiqꝫ cum ſtimulare nos cepit: nequa-
quā elatione / aut arrogantie locum relin-
quet. Audi ⁊ beatū Gregorium. Cum bo-
na inquit fratres agitis ſemper ad memori
am male acta reuocate: vt dum caute culpa
reſpicitur / nunquā de bono opere / incaute.
Animus letetur. Senſit hoc bea. Bernar
dus cū diceret. Si me nō inſpicio neſcio me
ipm. Si aūt me inſpicio / meipſum tolerare
nō poſſum: tanta enī inuenio in me que di
gna ſunt reprehēſione ⁊ cōfuſione / ⁊ quāto
ſepius ⁊ ſubtilius me diſcutio / tāto plures
abominatiōes in angulis cordis mei inue
nio. Ex quo nanqꝫ peccare cepi / nunquam
vno die ſine peccato tranſire potui: nec ad-
huc peccare ceſſo / ſed de die in diem pecca-
ta peccatis addo / ⁊ ea pre oculis habeo nec
gemo / erubeſcenda video nec erubeſco / do-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lenda intueor nec doleo/ quod eſt mortis ſi
gnū ⁊ damnatiōis indiciū. Hec ex Maf⸗
ſeo Vegio de perſeuerācia lib. vi. cap. iiij.

¶ Dico quarto/ ꝙ hec regula etiā vtilis
eſt contra caſum a bonis. Sic aſſerit ſan⸗
ctus Baſilius. Qui inquit oblitus fuerit
delicta ſua ad memoriā renouare/ non ſe in
ſtigat ad penitentiam/ paulatimqꝫ a bonis
cadit: Seneca in tertio lib. de ira ait/ deſi⸗
net ira/ ⁊ erit moderatior/ qui quotidie ad
rationē reddendam vocandus eſt/ vere ita
eſt quod et experimento diſcimus procura
tor Iconomus ſciens ſe domino ſuo omni
die ad veſperā rationem redditū ire multo
cautior eſt/ ꝗ ſi ſciret ſe nunquā ad hoc cō⸗
pulſum iri. Sed ⁊ quidā ſanctorum patrū
dixit: qui ſemper ſe arguit/ poteſt in omni
loco conſiſtere. Seruemus igit̄ illud quod
ad propoſitum ſuadet beatus Bernardus
ſicut allegat Maffeus Vegius lib. iij. capi
tulo. iiij. Integritatis inquit tue curioſus
explorator/ vitam tuā quotidiana diſcuſſio
ne examina. Atten de diligenter ꝗtū profi⸗
cis/ vl' ꝗtū deficis/ qualis ſis moribus/ et
qualis in affectibus/ ꝗ ſimilis ſis deo/ vel
quā diſſimilis/ ꝗ prope/ vel ꝗ longe non
locorum interuallis/ ſed morū affectibus.
Stude tu cognoſcere te: quia multo meli⸗
or ⁊ laudabilior es/ ſi te cognoſcis/ ꝗ ſi te
neglecto/ cognoſceres curſus ſyderū/ vires
herbarum/ complexiones hominū. Redde
ergo o homo/ te tibi ⁊ ſi non ſemper/ vel ſe⸗
pe/ vel ſaltem interdū/ Rege tuos affectus
dirige actus/ corrige exceſſus/ in te nihil
maneat indiſciplinatū. pone omnes tranſ⸗
greſſiones ante oculos tuos/ ſtatue te ante
te/ tanquā alium/ ⁊ ſic temetipſum plange/
plora iniquitates/ ⁊ peccata quibus deum
offendiſti: indica ei miſerias tuas/ oſtende
maliciam aduerſariorum tuorum.

¶ Dico quinto/ ꝙ vtilis eſt hec regula/
quia facit effugere diuinū iudicium. teſtis
eſt Paulus primo Corin. xi. Si noſmet⸗
ipſos diiudicaremus/ non diiudicaremur.
Gloſa: id eſt puniremur a deo. Nam quicū
qꝫ ſe iudicauerit/ non damnabitur (ſi hanc
Apoſtoli autoritatē latius tractare volue⸗
ris. Vide gloſſam. Horam/ ⁊ Thomam
ſuper eandem/ quia eam late exponunt. pri
mo Corin. xi.) Itaqꝫ hoc iudicium ſupra
modum diligit in nobis deus. Poterit er⸗
go dicere in nouiſſimis/ qui talem iudiciū
in hoc ſeculo frequenter exercuit illud pſal⸗
mi. Feci iudicium ⁊ iuſtitiam non tradas
me calūniantibus me. Id igitur iudicium
ſi quotidie diligenter facies terribili futu⸗
ri iudicis tribunali aſſiſtes: vt dicit Criſo⸗
ſtomus vbi ſupra. Audiant hoc ambitioſi
quiqꝫ: qui deſyderant eſſe in poteſtate/ ⁊ ali
orum rectores. In monaſteriis Abbates/
Priores/ et Prioriſſe. In eccleſiis Epiſco⸗
pi/ Prepoſiti/ ⁊ Paſtores. In ciuitatibus
Rectores/ et Iudices. Eſto o frater Iudex
ſuper his que in te ſunt. Iudica ⁊ caſtiga/
familiā illam/ que in te eſt/ ⁊ certe magnam
rem feciſti. Maiores plane ꝗ ſi te neglecto
aliorum iudicium exerceres ⁊c̄.

¶ Dico ſexto/ ꝙ hanc regulam nedū ſan
cti patres tradiderunt/ ⁊ exercuerunt: imo
etiā multi gentiliū de chriſtianis patuit ex
dictis Criſoſtomi/ ⁊ Auguſtini/ ⁊. b. Bern
hardi/ ⁊ aliorum ſanctoꝝ allegatorum: qui
procul dubio id quod docuerunt/ etiam fe
cerunt. Legimus deniqꝫ de beato Iob in
veteri teſtamēto: vt dicit beatus Ioannes
Criſoſtomus/ vbi ſupra. Q. liberos ſuos
mundauit: nā qui pro incertis hoſtias aſ⸗
ſidue offerebat/ multo magis certorum il⸗
lum/ atqꝫ manifeſtorū rationes petiiſſe cre
dēdum eſt. Sed ad gentiles venio/ de qui
bus magis mirandū/ ꝙ ⁊ ipſi noſtre regu
le aſtipulantur: dum eam docent/ ⁊ ſeruaue
rint. Pitagoras admonere ſolebat diſcipu⸗
los ſuos: vt quotidie iſta cum domū ingre
derentur/ dicerent/ vbi nam exiui? quid fe⸗
ci? quid ex eis que facere debui/ obmiſi.
Cleoboli quoqꝫ ſapientis preceptū fuiſſe le
gimus: vt antequam domo exeamus: quid
acturi ſimus apud nos ptractemus. Rur⸗
ſum quoqꝫ cum redierimus: quid a nobis
actum fuerit/ recogitemus: quod vtile fu⸗
iſſe ſibi aſſerit Franciſcus Petrarcha/ dum
in vigilia beati Ioannis Colonie vidiſſet
feminas brachia denudantes/ ⁊ ſe de aqua
Rheni lauantes: ait niſi paratus veniſſem
moueri potuiſſem. Habes ecce exempla di⸗
cti gentilium. Accipe exempla facti. Catho
bocita obſeruabat: vt quod cunqꝫ per diez

egiſſet/ vidiſſet/ legiſſetꝫ ſub nocte/ etiam
animo repeteret/ſcrutans omnia ſiue acta/
ſiue cogitata/ exigenſqꝫ diligentiſſimā eo⸗
rum a ſeipſo recordationem. Meditatio le⸗
ctorum ⁊ auditoꝝ facit hominē profunde/
⁊ non ſuperficialr̄ ſcientē: quia ſedet in me⸗
moriam/ ⁊ afficit cum hoc. Inde ſuperfici⸗
ales manemus: qui multa legimus die ⁊
nocte: ſed in meditatiōem ⁊ affectum non
trahimus. Ideo mox euaneſcunt lecta ⁊c̄.
Seneca diligentiſſime regulā noſtram ſer⸗
uauit. de ſeipſo enim dicit tertio lib. de ira
Utor inquit hac poteſtate: vt quotidie a⸗
pud me cauſam dicam/ cum ſublatū e con⸗
ſpectu lumen eſt/ ⁊ conticuit vxor/ moris
iam mei conſcia/ totū diem meū ſcrutor/ fa⸗
cta dictaqꝫ mea remetior/ nihil mihi ipſe ab
ſcondo/ nihil tranſeo: quare enim quicquid
ex erroribus meis timeam/ cum poſſim di⸗
cere: vide ne iſtud amplius facias/ ne tibi
ignoſco. In illa diſputatione pugnatius
locutus es: noli poſtea congredi cū imperi
tis nolunt diſcere: qui nunquā didicerunt.
Illum liberius admonuiſti/ qꝫ debebas.
Itaqꝫ non emendaſti/ ſed offendiſti: de ce⸗
tero vide/ ne non tantū an verum ſit quod
dicis/ ſed an ille cui dicitur/ veri patiens ſit
admoneri beatus gaudet/ peſſimus quiſqꝫ
correptorem aſperrime patitur/ in ↄuiuio
quorundam te ſales ⁊ in dolorem tuū iacta
verba tetigerūt. Uitare vulgares cōuictus
memēto. Solutior eſt poſt vinū licentia/
quia ne ſobrijs quidem pudor eſt. Hec et
multa alia ſibi proponit gentilis ille Se⸗
neca ⁊ ſeipm̄ coarguit. Sed quid nos agi
mus? Reſpondeo ⁊

¶ Dico ſeptimo ⁊ vltimo/ ſicut Ioānes
Criſoſtomus/ ꝙ nos non ita facimus/ ſed
contra/ dum primū recumbimus ſecularia
nobiſcū negotia vertimus/ ac alijs ſpurciſ⸗
ſimis cogitatiōibꝰ inquinamur. Alij quid
mutuo dedimus/ aut accepimus/ ceteraqꝫ
huiuſmodi caduca ⁊ inſtabilia cogitamus
Et filias quidē virgines diligenter obſer⸗
uamus. Animā vero que omī hac vita pre
ſtantior eſt/ fornicari atqꝫ deturpari mille
ſpurciſſimis cogitationibꝰ ſinimus. Nam
ſiue delitiarum/ ſiue formoſi corporis/ ſiue
odij/ ſiue alia quecunqꝫ cogitatio nobis in
ciderit/ ianuis cōtinuo apertis inuitamus
⁊ trahimus/ ⁊ cum omī ſecuritate fornicari
cum aīa noſtra permittimus. Qua re qd̄
ineptius aut ſtultius fieri poteſt? Animā
noſtram qua nihil habemus precioſius tot
tantiſqꝫ ſordidiſſimis adulteris/ quaſi de⸗
ſpectaꝫ tradere decet? vt cum illis tamdiu
corrūpatur quādiu ſacietate illi feſſi deceſſe
rint: quod nunquā certe fit/ niſi cum iam
ſomnus defatigatos inuaſerit. Immo ve⸗
ro/ nec tunc quidē: ſomnia em̄ atqꝫ noctur⸗
na earum rerū ſimulachra/ nobiſcum perno
ctant. Ita illa ceſſante iam die ſomnia ple⸗
rūqꝫ in rem veraꝫ exeunt. Et pupillam qui
dem oculorū/ ne minimo ledatur puluere
diligenter cuſtodis. Animā autem tuā tan
ta maloꝝ congerie preſſam negligis: quan⸗
do igitur ab his ſordibus animam deter⸗
gemus. Hec Criſoſtomus.

X

XEnia ſiue do⸗
na naturalia conſiderare
[ geben naturliche ney⸗
gungē. ] Sed ais/ ⁊ qd̄
hoc eſt/ ⁊ quomodo ⁊ ad
quid conſideranda: Re⸗
ſpondeo ⁊

¶ Dico primo/ ꝙ homo in omni ſuo pro
poſito conſiderare debet ſuā conditionem
naturā/ complexionem/ ⁊ inclinationē/ ad
quid inclinatus ſit/ ⁊ bonas inclinationes
promoueat/ ⁊ contra malas inclinationes
precipue repugnet. Non ſunt enim omnes
homines equaliter inclinati ad vitia ⁊ vir⸗
tutes/ quidam nāliter iuſti/ quidam natu
raliter caſti. Alij econtra. Bonas ergo incli
nationes dꝫ qs̄ promouere/ malis reſiſtere.

¶ Dico ſecūdo/ ꝙ malis inclinatiōibus
quas in ſe ſentit/ debet principaliter reſiſte
re: ſit ira/ ſit ↄcupiſcentia carnis/ ſuperbia/
auaricia ⁊c̄. Hoc facile pōt homo in ſe con
ſiderare. Contra ergo hoc vitiū debet oēm
conatū pugnandi exercere/ docuit hocqui
dam ſanctorū. Nam frater quidā interro⸗
gauit ſenē dicens: quid faciam? quia mul⸗
te cogitatiōes ſolicitāt me/ ⁊ neſcio quomo⸗

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

do repugnem eis/dixit ſenex non repugnes
contra om̄es/ ſed contra vnū. Omnes em̄
cogitatiões monachoꝝ/ vnū habent caput
neceſſariū ergo eſt ↄſiderare/que ⁊ qual' ſit/
⁊ aduerſus illā reniti. Ita em̄ ⁊ reſidue co-
gitatiões humiliant̄. Hec ex vitas pa. fol.
dxx.p. Hoc non ſolū in motib⁹ interiorib⁹
ſed etiā exterioribus locū habet: ſicut bea.
Thomas docet.ij.ij.tractatu de modeſtia/
⁊ dicet̄ inferius ſub litera.z.

¶ Dico tertio/ꝙ ad hoc ſimile habemus
in ciuitate obſeſſa hoſtibus/ vbi cura habe
tur maior circa infirmiorē partem muri/⁊
tu fac ſimile. Si hoc feciſſet phariſeus nō
fuiſſet datus cōtra publicanū/ prouiderat
bene menib⁹ iuſtitie ⁊ caſtitatis cum diceret
non ſum ſicut adulteri/raptores/decimas
do oīm que poſſideo: bis ieiuno in ſabba-
to/ſed male prouidit imbecilliori parti cuꝫ
diceret/velut hic publicanus. hic intrauit
diabolus hoſtis ⁊ cepit ciuitatē. Sic bea.
Gregorius docet in caſu perplexitatꝭ ſuper
illo Job. Nerui teſticulorum eius perplexi
Item Gerſon in floribus dīt ꝙ perplexitas
¶ Dico quarto/ꝙ incli (vitari poteſt.
natiões bonas ad virtutes ꝓmouere debet
⁊ non in vacuū recipere. Audi Gerſonnē in
de practica myſtice conſideratiōe ſcda: gau
deant inquit bene nati/ ſiue hoc habeant a
ſolo dei miraculo: vt Joānes baptiſta. Si
ue ab influxu ſupiorū corpoꝝ/ ſiue a proxi
ma radice parentū/ vel ab educatiōe bona
que mores facit. Gratias agant vndecūqꝫ
prouenerint. Neqꝫ talē gratiā in vacuū re-
cipiant. Necille. Et quomō ergo ꝓmoue-
bimus? Hoc modo: vt primo ea bona ad
que naturalr̄ es inclinatus facias/ ⁊ per ex
ercitiū frequēs augeas/⁊ habitū acquiras
Scdo vt ea facias ex volūtate/⁊ motu grē
ſiue charitatꝭ: vt ſic tibi fiant meritoria/di
ſce rapere opera per te fienda ex manibus
nature. inſtar matris familie rapientis de
manu ancille aliqua operāda vel coquēda:
vt placeat marito. Primo debes d̄ talibus
inclinatiōib⁹ grās agere deo/⁊ d̄ eis gaude
re. Secūdo debes eas excolere per iuge ex-
ercitiū de habitu in actum deducere/ſicut
plātulas aut ſcia. Tertio debes eas in al-
tum dirigere/in deū referre actus illos/per

charitatem inſtar vxoris zelotipe. Solent
vxores zelotipe oīa adminiſtranda maritꝭ
de manu ancillaꝝ rapere vt magis placeāt
⁊ adminus ſcutellas appoſitas vertunt in
aliā partem/quatenus oñdit eas non bene
perficiſſe. Sic tu de manu paſſionis natu
re vel etiam liberi arbitrij rape oga ⁊ ſcdm
inſtinctū grē ⁊ charitatis dirige in finē de-
bitum deū ſcꝫ. Sic faciendo bene negocia
ris cū talento gratie neqꝫ in vacuū recipis.

¶ Dico quīto: ꝙ hoc nos docꝫ Proſper
de vita contemplatiua lib.iij.cap.vij.tales
inquit pudicos aut temptatio corporis fa-
cit aut timor ſuplicij temꝑalis/ab impudi
cicie actione ſuſpendit/ aut occaſio negata
deſtituit. Sꝫ licet volūtate ſit impudicus
q̄ neceſſitate pudicus eſt/tñ ſi ⁊ ille temꝑati
corporis de beneficio nature ſue/deo aucto
ri oīm naturaꝝ gratias agat ⁊ ille quem ti-
mor in bona pudicicie tenet/atqꝫ is cui fa-
cultatē mechandi negat occaſio: viuere pu
dice ↄſueſcunt in virtute de neceſſitate ꝑfi-
ciunt ⁊ paulatim ipſius pudicicie delectati
one creſcente pudici veraciter fiunt vt non
iam ſermone ſed virtute ſordes impudici-
cie deteſtantes/nō timore pene carnalibus
incentiuis obſiſtunt qd̄ eſt inſipientiū pro
priū. Sed execratione peccati refrenent in
quietos carnis affectus /qd̄ eſt conſumate
caſtitatis faſtigium.

¶ Dico ſexto: ꝙ nos in his multum ſeg-
nes ſumus ⁊ incircumſpecti. Etenim ⁊
ſi gratia in nobis ⁊ charitas exiſtat non tñ
ex motu eius operamur. Sꝫ natura vel vo
luntas de manu eius rapiūt/quo fit vt ac
tus meritorius nō efficiat̄. Non enim ſuffi
cit in exiſtentia gratie: ſed requirit̄ ꝙ ex mo
tu grē quis operetur/alias peccatū veniale
eſſet meritoriū qd̄ nemo dicit. Et q̄d de his
qui ſola ſenſualitate impellunt̄ vt beſtia d̄
quib⁹ Sen̄.epl'a.xxiij.q̄ incipit putas me
Pauci ſunt inqͣt q̄ ↄſilio ſe ſuaqꝫ diſponāt.
Ceteri eoꝝ more q̄ fluminib⁹ innatant non
eunt ſed ferunt̄. Ex quibus alios leuior vn
da detinuit ac mollius vexit/alios vehemē
ter rapuit alios proxime ripe curſu langue
ſcente depoſuit/alios torrens impetus de-
iecit in mare: ideo conſtituendū eſt q̄d veli
mus ⁊ in eo perſeuerandum.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Dico ſeptimo: ꝙ frequenter etiam inanis gloria rapit opera de manu gratie ⁊ liberi arbitrij: que liberꝫ arbitrium rapuit de manu nature ⁊ ſenſualitatis ſiue paſſionū. Itaqꝫ aliter mihi videt̃ hec ↄcertatio in homine/ qualis videt̃ inter pullos galline/ q̇ certatim ⁊ viciſſim vermiculū ſibi inuicē rapiūt. Sic natura paſſio ſenſualis/ ratio ſiue liberū arbitrium ⁊ gratia ſiue charitas concertant/ vermis bonum opus/ quattuoꝛ pulli cōplexio/ ſenſualitas ſiue paſſio ratio ſiue voluntas / gratia ſiue charitas/ ⁊ inanis gloria ſiue vanitas/ ratio rapit de oꝛe ſenſualitatis / charitas rapit de roſtro rationis / vanitas rapit de roſtro charitatis. Ex his habetur ſatis intellectus huius regule: ꝙ ſcꝫ quis debet malis inclinationibus reſiſtere/ bonas autem promouere/ quod non obſeruant multi parentum/ q̇ tales filioꝝ ſuorum inclinationes naturales exterminant: puta ſi natura fuerit quieti ↄpoſiti / patientes/ pacifici/ modeſti/ deo deuoti/ ſimplices/ humiles/ frugales/ verecundi/ miſericoꝛdes/ manſueti/ caſti/ mox a parentibus ſuper hoc corripiuntur ⁊ inſtigantur ad ſuperbiam/ vindictam / loquacitatem/ vanitatē/ ⁊ cetera vicia. Sicqꝫ extirpant bonas inclinationes. Sic faciunt ⁊ boni ſocij q̇ pueros alios irrident caſtos ſeducunteqꝫ ſic ad luxuriā appellantes eos ſpadones/ faciunqꝫ vt ↄtra inclinationem eoꝝ naturalē etiā cum adhuc ſunt etatis immature/ attentāt actus venereos/ furta/ rixas/ crapulas/ hoc fit nō iuxta morē ſtudendū frigatoꝝ dicūt/ volumus: Sed curare nō debent tales ſeductiones ac irriſiones bene nati ſed contemnere ⁊ ꝓmouere: potius tales bonas īclinatiōes. Mala eſt hec erubeſcentia ⁊ notata ꝑ Pſal. Sagitte paruuloꝝ facte ſunt plage eoꝝ. Siles plane diabolo ⁊ herodi q̇ chriſtū extinguere nitebat̃ in paruulis. Sicut ⁊ pharao in iudeorū pueris / Vide in Summa viciorū de mala erubeſcentia ⁊ applica ad ꝓpoſitum.

## Aſpirationes diuinas aduertere ⁊ eas non extinguere

[ inſprechungē gotes hoꝛen vnd erhoꝛē vñ ſie nit erleſchenn ]

Debet homo imitari beat. Ceciliā cuius hodie feſtū colimus que cum ſponſo Valeriano ⁊ Tiburtio diuinis inſpirationibꝫ aurē exhibuerunt/ quemadmodum in eius legenda hodie legit̃/ vnde ⁊ non incōgrue de hac inſpiratione diuina hodie predicabitur. Et q̇d ais: dices nobis de hac regula. Reſpondeo ⁊.

¶ Dico Primo: cum Gerſone tractatu de practica miſtice induſtria. iiij. Q. vox multoꝝ eſt/ ſufficit nunc vita cōis. Sicū infimis ſaluari potero ſatis eſt. Nolo merita Apoſtoloꝝ vel Martyrum/ nolo volare ꝑ ſumma/ incedere ꝑ planioꝛa ↄtentus ſū. Si viderint hi ꝙ iā imperfectio eſt nolle eſſe perfectum. In via dei nō ꝓgredi/ regredi eſt: damnatur inſuper ſeruus piger/ q̇ talentum ſeruare contentus/ illud nō in fenus tradit: facimus hoc perſpicuum in exemplo familiari/ habet aliquis ꝑpotens nobiliſqꝫ paterfamilias/ plures filios quelibꝫ aptiſſimū ad amplificandū honeſte/ rem familiarē induſtria ſua/ vnus illoꝝ alijs laboꝛantibꝫ/ ſedet in domo piger ⁊ iners/ nihil curans dummō nihil ſoꝛdide viuat: nihil altū nihil ꝑclarum vel dignū ingenio ſuo aut paterna nobilitate recogitat/ cōuenit ſibi ſufficere bona iā habita / ⁊ qualicūqꝫ vita vti. Euocat autē pater eum ad actꝰ ſublimioꝛes ⁊ arduos/ monet ⁊ ſtimulat. Quis non facile viderit quomō hic filius ſi obaudit nec obedit / odioſus erit patri. Sic ſimiliter ponit̃ apō patrē celeſtem/ hi quos trahit ad chariſmata melioꝛa/ ad actꝰ qꝫ diuinioꝛes dum toꝛpeſcunt/ herentes in infimis/ nec ad perfectionē ſemet extendentes. Hec ille. Eſt itaqꝫ mens regule vt ad inſtinctū perfectionis homo ſe accingat / ⁊ nō langueſcat contra ꝑcepta domini ꝫ vi-

deat que ſit voluntas dei bene placens.zc̄

¶ Dico Secundo: ꝙ nedum exaudire debet inſtinctus ab imperfectione ad perfectionē monentes/ſed etiam ad ↄuerſionem a peccatis ſimulans debent vtrinqꝫ ſe aptare exemplo Dauit q̄ ait. Audiam quid loquať in me dominus deus/ quoniā loquetur pacem in plebem ſuam z in eos q̄ conuertunť ad cor. Stat dn̄s ad oſtiū peccatoris z imꝑfectū pulſans iuxta illud Apoca. Ego ſto ad oſtium pulſo / tu autē videris/vt ei reſpondeas/ aperias / recipias/z pulſationes inſpirationū ſuaꝝ per ſe vel alios non obaudias z negligas: ad oſtium triplicū hominum pulſat dominus. Primi ſunt q̄ pulſant prorſus non audiūt nec aperiunt nec reſpondent/ ipſi ſunt obſtinati z indurati qui nec ꝑ inſpirationē nec poteſtatem emolliri poſſunt Adamas zach. vij. Cor ſuum poſuerūt adamantem/imo adamante duriores: qꝛ nec malleis inferni/nec gaudijs celi/ nec ſanguine chriſti emolliri poſſunt. Alij ſunt q̄ audiunt z reſpondent ſed ei nō aperiunt dicentes ſe peccatores ſꝫ non penitent. Tertij audiunt ammonitiones z reſpondent/qꝛ cognoſcunt z confitēťur ſe peccatores/z aperiunt quia vertunt ſe a peccatis/ſed nō retinent apud ſe: quia ꝓpter aduenientes hoſpites id eſt tentatiōes vel carnales delectationes: tanqꝫ pauper expelliť Chriſt⁹. Similiter z ꝓpter varia vtēſilia id eſt ſolicitudines tempaliū locū non habet. Quarti audiunt aperiūt z quieſcere permittunt ꝑ perſeuerantiā/ beati illi quia exaudiūt admonitionē Pſalmiſte dicētis. Hodie ſi vocē eius audieritis nolite obdurare corda veſtra. Sed ais quid eſt cor durum/quomō molliendū? Reſpondeo z

¶ Dico Tertio: Sicut beat. Bernhar. ad Eugeneū lib. i. ꝙ cor durum eſt qd̄ nec ↄpunctione ſcindiť/nec pietate molliendū/ nec moueť precib⁹/minis nō cedit / flagellis durať/ingratū ad beneficia/ad conſilia infidū/ ad iudicia ſurdū / inuerecundū ad turpia/ inpauidū ad periculū / inhumanū ad humana/temerariū in diuina/ꝑteritoꝝ obliuiſcens/pſentiū negligens/futura non prouidens. Ipſum eſt cui preteritoꝝ preter ſolas iniurias nihil omnino nō ꝑterit/preſentiū nihil nō perit/futuroꝝ nulla niſi forte ad vlciſcēdū ꝓſpectio ſeu ꝑparatio ē. Et vt in breui cūcta horribilis mali mala ↄplectar / ipm̄ eſt qd̄ nec deū timet nec hoīes reuereť. Hec ille. Sed q̄mō emolliri potero cor meū natura durū. Reſpondeo ſcd̄m eundē in omelia ſuꝑ illō Luce de duob⁹ diſcipulis euntib⁹ ī Ema⁹. Si inq̄t q̄daꝫ naturali duricia/cor tuū ſenſeris induratū. Inſta orationib⁹/intende meditationib⁹ /curre vbi impetus eſt ſpūs / ne carni aſſenſum dederis ingere te vigilijs: ꝑ lachrimarū violentiā vni te dn̄o maieſtatis. Et dic Mane nobiſcū dn̄e quoniam adueſpaſcit/ z inclinata eſt dies. Queris quomodo q̄s peruenit ad cor durū. Reſpondet beat. Bern. ad Euge. Ocupationes inquit ducunt te quo tu nō vis/queris quoꝝ ad cor durum. Ne pergas querere q̄d id ſit: ſi non expauiſti/tuum eſt hoc. Solum eſt cor durū qd̄ ſemetipſum nō exhorret qꝛ nec ſētit. Quid me interrogas īterroga Pharaonē. Nemo duri cordis ſalutē vnquā adeptus eſt niſi quē forte miſerans de⁹ abſtulit ab eo iuxta ꝓphetiā: Cor lapideū z dedit cor carnem. Hec tamē duritia cordis intelligi debet de corde non carnali aut ſenſuali ſed rationali vt optime declarat Gerſon de Lāticordo. 79. cap. K. Ubi poſt diſtinctionem duplicis doloris ſenſualis z rationalis dicit ꝙ ſecundū hunc ſenſualem dolorē non ſemper menſuranda eſt bonitas penitentie. Cuius ratio eſt: ſtat eñ duos eſſe z ſepe videmus quoꝝ vnus ex complexiōe naturali/cor habet ſtrenuū z virile nec lachrimis idoneum ita vt vel vix vł nunqꝫ flere poſſit. Erit alter cordis feminei mollis ad omnē miſerationis occaſionē lachrimis lapſum vel pronum/ prius eliciet deteſtationē peccati ſui intenſius in aīo fortius z laudabilius in caſu qꝫ alius. Nec apprehendet illum ſapientis ꝓuꝫ. Cor duꝝ male hēbit in nouiſſimo/iam eñ talis peccata deteſtās propter deum/ nō durum cor habere ſed molle dicendus eſt: fit tamen vt ſepe redundantia doloris cordialis in corpus /niſi ſiſtat ſe libere mens ne fluat in inferiora/ſicut in chriſto fuit/ ſicut poterat Adam/ ſicut Maria cum ꝓſperamur in virtutū ſucceſſib⁹ in die



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſumus. Cum nos obnubilant tribulatio/
nū anguſtie incipit nobis aduesperaſcere.
Cū triſticia nos confūdit / nobiſcum adue
ſperaſcit. Et q2 at te q̄ ſolus laborē ⁊ dolo/
rē conſideras coꝛ nr̄m reſpicit: Mane nobi
ſcū dn̄e q2 aduesperaſcit: iam veniunt aque
vſq3 ad animā / iā deuotionis delicie vertū
tur in miſeriam / iam omnes angulos men
tis / venius tentatiōis ꝯcutit. Mane nobi
ſcū dn̄e qm̄ aduesperaſcit: tu tribulatꝫ coꝛ/
des es refrigeriū / tu refugiū / tu ſolatium / tu
poteſtas / tuū eſt imperium / intenti ſunt in
te oculi oīm / te ſolū ſitiēs aīa concupiſcit:
Mane nobiſcū dn̄e qm̄ aduesperaſcit. Si
ne te nihil poſſumus facere / tu ſolus lucer/
na nr̄a in nocte / tu turris a facie tribulantꝫ
tue miſeratiōis oculus oīa q̄ ſub celo ſunt
reſpicit. Mane nobiſcū dn̄e: Hec Bern.
Sꝫ ais vellē audire ⁊ exaudire inſtinctus
diuinos / ſi ⁊ duꝫ eos dinoſcerē ab inſtincti
bus diabolicis q̄bꝰ ſignis poſſem hos ab
illis cognoſcere. Reſpondeo ⁊

¶ Dico quarto: ꝙ dn̄s Jo. Ger. fecit ſu
per hoc ſpecialē tractatū ſub methaphoꝛa
nūmiſmatis ⁊ alibi ſparſim ſcꝫ in cētilo/
gio de impulſibus. lxiiij. x. ⁊ in cāticoꝛdo.
lxxix. L. q̄ optime ꝯgruūt ꝓpoſito ideo vi/
denda. Sic ⁊ Heinricus de frimaria oꝛdi
nis Auguſti. heremitaꝝ. Ego aūt in pſen/
tiaꝝ tria dūtaxat ponā. Primū eſt ꝯfoꝛma
tio: ſi illud ad qd̄ inſtigaris exēplis ch. iſti
⁊ ſctoꝝ te magis ꝯfoꝛmet / Joā. x. Ego ſum
oſtiū p̄ me ſi qs itroierit ſaluabit̃ / q̄ aūt ali
unde intrat ille fur eſt ⁊ latro. Hec Hein.
Adde qd̄ dicit Gerſon vbi ſupꝛa ⁊ ꝯfoꝛmet
ſe p̄ceptis ſanctoꝝ doctoꝝ ⁊ obedientie de
bite. Si eñ id ad qd̄ inſtigaris q̄tūcunq3
bonū melius appareret: fugare nō poſſes ſi
ne tranſgreſſiōe p̄cepti / iā nō eſſet inſtinctꝰ
diuinus ſed diabolicus / qd̄ eñ dictū eſt de
exaudiendo inſtinctꝰ intelligi debꝫ de illis
q̄ nullo ſtatu vel officio humilioꝛi ſic alliga
ti tenent̃ / ꝙ abſq3 precepti tranſgreſſiōe ne/
queāt ad altioꝛa ꝯſcendere: hoc interim pro
fecto altiſſimū merito reputari conuenit ꝙ
obdiētiā diuine iuſſiōis opatur: hec Ger/
ſon in practica miſtice. lxv. Scd̄m ſignum
eſt: ſi illud ad qd̄ inſtigaris / te magis in te
ipo humiliet / hoc certū indiciū eſt ꝙ iſte in
ſtinctꝰ eſt diuinus / ⁊ in beatitudinē indu/
ctiuꝰ / q2 ſupbia fuit cauſa lapſus primi an
geli iō ex̄ humilitas / illā viā oñdit chriſtꝰ
diſcite a me q2 mitꝫ ſuꝫ ⁊ hūilis coꝛde. Ter
tiū ſignū eſt ſi illō ad qd̄ inſtigar[is] magis
ꝯgreget ⁊ adonet / iſtinctus eñ diuinꝰ ſem
per reuocat hoīem ab exterioꝛibꝰ tumultibꝰ
ſeculi / ⁊ ipm̄ inuitat ad ſimplicitatē ⁊ vnita
teꝫ ſui coꝛdis: q2 q̄to hō magis in ſeipo re
colligit̃ ⁊ coꝛdi ſuo viciniõ exiſtit / tanto
erit potētioꝛ / ad tētatiōes q̄ſlibꝫ repellēdas
hec Hein. tu tñ hec modifica ex Gerſone.

¶ Dico quinto: ꝙ ad ſimplicitatē iuitet
inſtinctꝰ diuinus / patꝫ in bonis religioſis
Quoꝝ facies ꝯſueuit eſſe ſimplex / ad deli/
gnā duꝫ coꝝ innocētiā ⁊ internā mētis ꝯſtā
tiā. Ipſoꝝ etiā oculi ſunt depſſi ad diſignā
dū ꝙ coꝛ coꝝ ſit elongatū ab affectiōe terre
noꝝ / ⁊ ꝙ mēs ipſoꝝ in ſolo deo iugiter de/
lectet̃. Gaudia inſup mūdi ſunt eis pena/
lia / ad oñdendū ꝙ nullā ꝯnitiā cum mūdo
p̄cipēt, put ſaluatoꝛ dixit Joan. xi. Si d̄
mūdo fuiſſetis mūdus qd̄ ſuū erat. Iſti eti
am hoīes ſolitudinē diligūt / ⁊ libēter ſunt
ſolitarij q2 totā ſuā dilectionē in deo poſue
rūt ⁊ iō appetūt eſſe ſolitarij / ne tumultꝰ ex
Secũdo: oritur erronea ↄſcientia / ex querendi erubeſcentia / puta cum quis habere poteſt quos in dubijs conſulat / ⁊ querere erubeſcit. Tales enim veram prudentiam (que idem eſt cũ diſcretione ⁊ ab eronea cõſcientia ſola ſcit liberare) nunꝗ̄ attingent imo in demonis tentatione interim ſuccũbent vt diffuſe probat Caſſianus coll. ij. Mayſi cap. xi. Primo exemplo Serapionis qui iuuenis exiſtens. Seruiendo abbati Theoni / per demonis temtationẽ tamdiu in furti panis conſcientia duriſſima detentus eſt / quouſꝗ̄ peccatum coram ſenibus agnouit. Secundo exemplo Samuelis iuuenis a deo electi. i. Regum. iij. quem deus pater ſuo colloquio noluit illuſtrare niſi ſemel ⁊ iterum / ab Heli ſacerdote ſeniore doceretur. Tertio exemplo beati Pauli / quem conuerſum deus ꝑ ſemet ipſum ſtatim inſtruere noluit / ſed ait ei. Act. ix. Surge ingredere ciuitatem ⁊ dicetur tibi q̇d te oporteat facere. Qui deniꝗ̄ Paulus propter hoc ſolum aſcendit Iheroſolimam / vt euangelium quod ꝑ miracula plurĩa gentibus predicauerat priuata ac domeſtica examinatione ↄferret cum apoſtolis cõtuli (inquit Gal. ij.) Cum illis euangeliũ quod predico inter gentes / ne forte inuanum currerẽ aut cucurriſſem. Quis iam queſo tam ꝓſumptor ⁊ cecus qui ſe audeat ſuo iudicio ⁊ diſcretioni cõmittere. Cum vas electionis indiguiſſe coapoſtolorum ſuorum collatione teneatur. Sciat qui talis eſt / quia a domino viam perfectionis nunꝗ̄ ꝓmerebitur / qui habens vnde valeat eruditi / doctrinam ſeniorum vel inſtituta contempſerit paruipendens id eloquiũ quod oportet diligentiſſime cuſtodiri. Interroga patrem tuum ⁊ annunciabit tibi / maiores tuos / ⁊ dicẽt tibi. Deutro. xxxij. Sed cautus eſto ne quoſlibet ſeniores cõſulas / ſed conſilio Caſſiani vtaris / qui ca. xiij. de Abbate appolline pulchre exemplificat / quem videto ſi placet.

Tertio: orit erronea ↄſcientia ex ſupbia ꝑtinacia puta qñ q̇s nõ humiliat intellectum ſuũ vt ſcʒ melioribꝫ ⁊ ſapientioribꝫ ſe velit credere. Cõtra q̇d Apo. ij. cor. clamat. Captiuãtes oẽm intellectũ in obſequiũ chriſti hoc eſt (vt exponit Udalri. de Argentina in ↄpendio theologie / ꝙ q̇libet in credẽdis plus debet ↄſentire fidei ꝗ̄ ſibi ⁊ in agẽdis plus dꝫ alijs credere ꝗ̄ ſibi. Itaꝗ̄ q̇ vult erroneã ↄſcientiã deuitare / fugiat ſuperbiã ⁊ amplectet humilitatem. Nam vera diſcretio nõ niſi vera humilitate acquirit: vt dicit Caſſ. vbi ſupra cap. x. Cuius humilitatis non ficte: hec erit prima probatio. Si

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

vniuerſa non ſolū que agenda ſunt: ſed eti-
am que cogitant/ſeniorum reſeruent exami
ni: vt ſuo nihil iudicio credens: illoꝝ per
oīa diffinitionibus acquieſcat: vt quod
bonum vel malum: debeat iudicare eorum
traditione cognoſcat. Que inſtitutio non
ſolū per verā diſcretionis viam iuuenē tra-
mite recto docebit īcedere. Verumetiā cun
ctis fraudibus inimici ꝛ inſidijs ſeruabit
illeſum. Nullatenus enim decipi poterit:
quiſquis non ſuo iudicio/ſed maiorum vi-
uit exemplo.

Quarto ex affectus maliuolentia oritur
[vñ vnd geſchicklichait der hertzigungen]
ſolet homo ſecundū ꝙ eſt diuerſimode paſ-
ſionatus: aliter atq; aliter iudicare. Nam
captus amore iudicat amatā pulcerrimā:
cum tamē ſit vere turpis ſecundū omnium
aliorum: extra hanc paſſionem extremū iu-
dicium. Sed ꝛ ſuū piūs/dum ab hac paſ-
ſione poſtea domini adiutorio liberatur.
Sic eſt de omnibus paſſionibus alijs/ſic
odium/delectatio/ inuidia/ timor ꝛc̄. Q.
homo primo conſiderat clare/ dum extra
paſſionem fuerit conſtitutus ꝛc̄.

Simile de exiſtēte in nebula: qui hoc non
ita conſiderat/ſicut poſteaq; nebulā exiue-
rit. Inde prudēter dicit Guilielmus Par-
riſienſis/in Sūma virtutū: ꝙ talibus cre-
dere non oportet/de agendis: ſicut nec ſub
merſi de naufragio/aut ſomniātes de ſom
nio: ſed cum euaſerint/ꝛ excitati fuerint. pla
ne ſepe inclinat affectus inordinatus/con-
ſcientiā ad id quod homo tūc appetit: ꝛ ſic
facit eam a ſua rectitudine deuiare. Perdit
enī homo omne iudiciū cum res tranſierit
in affectū: vides per oculares crocei coloris
iudicat porcū album croceū/ꝛ oīa que pil-
los videt. Sic dum oculares paſſionis
alicuius habeas/ante oculos intellectus
peruerſe iudicas/ſicut dixi. Inde ꝛ Catho
ait. Ira impedit animū/ne poſſit decernere
verū/quod nedū de ira/ ſed ꝛ de alijs mul-
tis paſſionibus verū eſt. Vnde Augu. ix.
de ciui. dei. A quibuſdā vocant morbi/aut
perturbationes anime hoc verum eſſe pu-
tauit in duobus iudicibus Daniel. xiij.
vbi dicitur/auerterunt ſenſum ſuum/gloſa
a recto. Declinauerunt oculos ſuos ne vi-
derent celum/gloſa .i. celeſtia non cogita-
rent. Et ſequitur/ neq; recordarentur iudici
orū iuſtorum/ gloſa ſiue dei ſiue honeſtatis
ſiue nature q̄ omnib9 ad bonū inſita ſunt.
Et vnde ꝓuenit hec ꝑuerſitas iudicij? pla-
ne cauſa ſubiungitur ſicut ꝛ premiſſa fue-
rat erant enim ambo vulnerati amore eius
ſcʒ Suſanne. Vnde ꝛ vni eoꝝ dicit Dan.
ſpecies decepit te/ꝛ concupiſcentia ſubuer
tit cor tuum.

Quinto: oritur ex alioꝝ vicioꝝ grauiorū
feculentia hoc ex habitibus vicioſis acqui
ſitis [von ingeſeſſener boßheit] ſicut paſ
ſio ſubuertit iudiciū rationis: ſic ꝛ habitus
malus/habitus enim ꝛ diſpoſitiones vici
orum intellectū cecant. Sic ꝛ lumen vere
intelligentie vix habere poſſit. Et ſimiliter
viciorū habitus adeo debilitant volunta-
tem ꝛ affectum/ vt ſibi mundus ſapiat nō
celeſtia/terrena non diuina. Teſtat̄ hoc dā
nati tarde nimis/de hac ꝑſenti penitentes
vita. Erramus inquiunt. Sap. v. in via
veritatis/ ꝛ iuſticie lumen nō luxit nobis
ꝛ ſol iuſtitie non eſt ortus nobis laſſati ſu-
mus in via iniquitatis/ ꝛ perditiōis ꝛ am
bulauimus vias difficiles viam autē dñi
ignorauimus. Sunt hi mali habitus ſter
cora illa irūdinum calida que Thobiam
excecauerunt. Legit̄ Tho. ij. ꝙ Thobias
fatigatus operibus miſericordie proiecit ſe
in lectulum/ cui irundo tributum ventris
ſoluens ſtercora calida oculis iniecit/ ꝛ exe
cauit. Stercora calida irūdinū vicia ſunt
laſciuie ꝛ ſuperbie nam vt dicit gloſa ibidē
Nido irundinis ſupoſitus dormit qui leui
tati laſciuie/ ꝛ ſuperbie ſe incautus ſubijcit
Talis nimirum in oculis intellectus ꝛ iu-
dicij excecatur vt ſecundum ſuam malam
habitatiōeʒ iudicet. Aſſignātur ꝛ alie cau-
ſe erronee conſciētie quas ſi voles poteris
addere ex medela anime. Queſtio eſt. An
equaliter ſit conſcientia in omnib9. Reſpō
deo ꝙ non. Nam reperitur ſeptuplex con
ſcientia. Prima dicitur cauteriata ideſt cor
rupta/ ꝛ proprie eſt perfidoꝝ ꝑcipue hereti
corū: Apoſt. i. Thi. iiij. In nouiſſimis tem
poribus diſcedent quidem a fide/ attenden
tes ſpiritibus erroris /ꝛ doctrinis demoni
orum/ in hipocriſi loquentiū mendacium/



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ cauteriatam habentes conſcientiam ⁊ qꝛ
articuli fidei ſunt velut principia in religi⸗
one chriſtiana/idcirco tales cõſcientie cau⸗
teriate ſunt periculoſiſſime. Si enim par⸗
uus error in inprincipio/magnus eſt in fi
ne. Certũ eſt/ꝙ magnus error in principio
maximus eſt in fine. Tales ſunt etiã Pha
riſei/⁊ ypocrite/qui decimantes mentam
rutam/⁊ omne olus grauiora legis preter⸗
mittentes/quibus veritas cõminata eſt
Math. xxiij. Ve vobis ſcribe ⁊ phariſei
ypocrite qui decimatis. Talis modi con⸗
ſcientiam habent/qui de magnis peccatis
potentibus ⁊ diuitibus modicam conſcië
tiam in predicatione ꝯſecratione vel in pri
uato ſermone faciunt. Sed pauperibꝫ ⁊ de
ſpectis hominibꝫ in paruo exceſſu graues
conſcientie formant ſcrupulos. Similes
ſunt hi vulpine aſtutie/de qua fabuloſe fert
ꝙ cum vulpis: leonis cuiuſdam culpas in
eius preſentia audiſſet/peccata grauia ex⸗
cuſauit ⁊ alleuiauit per ſingula/puta rapi⸗
nam/per defectum ꝓpria rum carniũ gulaꝫ
per robur leonum corporis furorem per do⸗
minũ potẽtie ſup cuncta animãtia. Cũ aũt
adueniſſet ſimplex aſinus confitens vulpi
ꝙ poſt grauem abſtinentiam a cibis ⁊ de⸗
lectabilibꝫ ⁊ poſt labores grandes quibus
ſub frumentoꝝ ſaccis portandis laboraue
rat de calceo ſui exactoris ⁊ paſtoris/ꝓmin
nens ſtramen fame motus comediſſet: ce⸗
pit vulpis hoc factũ deducere ad pericula
maxima/ſcꝫ ꝙ exactor cui tale damnũ intu
lerat pauper fuit ⁊ nudus/⁊ ꝙ in pedibus
frigefactus/caput ⁊ totum corpus ledi po⸗
terat: ⁊ tandem ſequi interitus eſt homici⸗
diũ/⁊ ſic male tractatus fuit aſinus. Hac
de cauſa talium conſcientiam vulpinã de⸗
nominat Bernhardus li. de ꝯſideratione
vbi dicit. Vulpina conſcientia eſt tepida
ꝯuerſatio ficta confeſſio/obedientia ſine de
uotione/oratio ſine intentione/lectio ſine
edificatione/ſermo ſine inſpectione/porto
coronam ⁊ veſtem rotundam/regulam ieiu
niorũ ſeruo/⁊ ſtatutis horis pſallo/ſed cor
meũ longe eſt a deo. Exteriorem ſupficiem
intuens/ſalua mihi omnia arbitror/totus
pergens in ea/que foris ſunt oblitus interi
orum meorum. Sicut aqua effuſus ſum.

¶ Secunda ꝯſcientia eſt nimis lata eoꝝ
qui non ponderant peccata niſi magna/nõ
curantes de venialibus ⁊ paruis. Contra
quos dicitur Eccleſi. xix. Qui minima ne
gligit/paulatim decidet. Nulla enim do⸗
mus repente ruit/ſed ſtillicidijs neglectis/
ſucceſſiue putreſcens deficit/⁊ deficientibꝫ
ſuſtentaculis demũ corruit ⁊ ruina ſequit.
Tales aſſimulantur piſcatoribꝫ qui ſemꝑ
lata curãt habere retia nunꝙ̃ ſtricta/⁊ ideo
nunꝙ̃ minores capere piſticulos q̃ ſepe de
lectabiliores ſunt maioribus. Nunꝙ̃ tales
ad maiorem perfectionis apicem vite va⸗
lent peruenire cõtemplatiue/que eſt delecta
biliſſima. Unde delectationes venialium
peccatorum pſalmi. renuens ait. Renuit ꝯ
ſolari anima mea/memor fui dei ⁊ delecta⸗
tus ſum/⁊ exercitatus ſum/⁊ deficit ſpiri⸗
tus meus. Et alibi Pſal. xxxviij. Silui a
bonis/⁊ dolor meus renouatus eſt: ſed ſeq
tur. Concaluit cor meum/intra me ⁊ in me
ditatione mea exardeſcit ignis. Talium eti
am late conſciẽtie hoĩm ꝯſcientia vulgo lu
pina dicitur. Nam fertur parabolice lupũ
poſt multas rapinas per ruſticos captum
qui cuꝫ libertati dari deberet ⁊ allegaret/ꝙ
nec feno nec frumento/aut fructibus veſci
poſſet velut alie beſtie: reſtitutus eſt priſti⸗
ne libertati/pacto tamen tali per iuramen⸗
tum firmato ꝙ vltra valorem ſex nũmorũ
in carnibus nunꝙ̃ deinceps raperet. Igit
emiſſus liber quadam die vaccam ⁊ vitu⸗
lum eius reperit eſuriens. Cumq; fames
ad vtrunq; recipienduꝫ temptaret ⁊ ediuer
ſo conſcientia periurij eum morderet/con⸗
ſcientiam dilatare cepit/dicens. Nimis ar
tam conſcientiam habere poſſes/que vitu
perari ſolet a prudentibus. nam vacca hec
valet nummos quattuor/⁊ vitulus duos.
Ergo cum bona conſcientia concluſit.
Occide vtrunq; ⁊ mãduca. Sic ſunt ple
riq;/qui ſemper per latam conſcientiam/
querunt excuſationes in peccatis/de mag
nis parua iudicantes aut nulla/a quo vi⸗
cio/orat ꝓpheta erui cum dicit. Nõ decli
nes cor meum in verba malicie. Cũ hoibꝫ
opantibꝫ iniq̃tatem. Corripiet me iuſtus
in miſericordia/⁊ increpabit me oleũ aut.
pec. i. hois late ꝯſciẽtie non impig. ca. me.

278



¶ Tertia/ Conſcientia eſt nimis artata/
hoc eſt conſcientia anſerina/cum ſub ponte
aut fornice/ quãtumcũq; alta / timet ne ca⸗
put verberatur/ ⁊ impigeᷣ ad foramen. Et
in hoc eſt femina prudentior anſere: que ere
cta ceruice intrat portas eccleſie. Non igi⸗
tur vi vna ſola prudentia anſerem ſuperat/
ſed ꝙ etiam diſcedit a pluuia. Et platina in
felice ſecundo: refert de quodam imperato⸗
re exigue ſtature: qui tamẽ ceruicem flecte⸗
bat/intrans Romam/ ſub altiſſimis arcu⸗
bus: quo riſum ſe fecit om̄i populo. Tales
ſunt nimis arte conſcientie/ quia pre timo
re inordinato/ ſe ad viam flectunt/ ⁊ nihil
audent. Item ſtant ſub pluuia contumelia
rum ⁊ aduerſitatum/neſcientes quid agere
debeant: putantes/ quia omnia pati debe⸗
ant: quales erant Machabei.pri. Macha.
ſcdo. Plurimi Iſraelite/perſecutiõis tem⸗
pore fugientes ad antra deſerti: quas cum
gentiles die ſabbati prouocarent ad bella/
bellare nolebãt/conſcientiã nimis: aut tan
tam habentes: ne frangerent preceptum de
ſanctificatione ſabbati. Dixeruntq;. Mo⸗
riamur in ſimplicitate noſtra/ ꝙ ⁊ fecerunt.
Sed ais/tamẽ dicitur beatus vir/qui ſem
per eſt pauidus. Et Gregorius dicit bona⸗
rum mentiũ eſt ⁊c̃? Reſpondeo. non dico/
quia om̄is arta conſcientia ſit mala/ ſed di
xi nimis arta alias bona eſt: ſi nõ fuerit mi
ſericordia. Nam dicit ſapiens/ ne quid ni⸗
mis. Q, autem dicit Gregorius bonarum
mentium eſt ⁊c̃. Intellige ſecũdum Gerſo⸗
nem in floribus.

¶ Quarta Conſciẽtia eſt tranquilla/ſed
non bona eorũ/ qui peccant ſub ſpe venie:
tandẽ conſequẽde. Uel dicunt in corde ſuo
ꝙ deus non requiret iſta. Qualẽ conſcien
tiam nõnunq; habẽt etate iuuenes/vel mo
ribus. Quos Salomon p̄monet dicens:
prouerb.pri. Fili mi/ſi te lactauerint pecca
tores: ne acquieſcas eis. Aſſimulãtur tales
tranquillã ſibi conſcientiã formantes. ma⸗
niacis ⁊ freneticis/quorum infirmitas eſt
ideo maxima/ſeu periculoſiſſima: quia me⸗
dicine remedia/nec admittunt/ nec cogno⸗
ſcunt. Quam ob rem beatus Ambroſius
inquit: grauiſſime peccas/ ſi ignoras gra⸗
uiſſime: id eſt periculoſiſſime: quia remedi⸗
um non admittũt/vel ignorant. Talem eti
am conſcientiam habent hi: qui ex craſ⸗
ſa ignorantia vel affectata. Nolunt ſcire vt
bene agant/ ⁊ iniquitatem ſepe meditantur
in cubili ſue conſcientie: quam tamẽ iniqui
tatem/ propter ſuam ignorantiam neque⸗
unt agnoſcere. Et eſt vitulina. vitulus la⸗
ſciuiens ducitur ad macellum. Sic illi in
gaudio ad infernum/ gaudium hypocrite
initar puncti.

¶ Quinta Conſcientia eſt perturbata/⁊
non bona: hec eſt incontinẽtium [ der vnbe
heben. ] hec eſt canina rodens/ mordens/
poſtea cauda adulans.
Hec conſcientia nõ eſt bona: nõnunq; de⸗
ſperationi proxima/qualem habent hi: qui
crebre in eadẽ peccata labunᷣ: ⁊ quanq; pe
niteant/tñ propter lapſus frequẽtiam/pro
pter quendã deſperationẽ impulſuʒ gemũt
⁊ conturbãtur. Quales vocat in ſeptimo
Ethico. Philoſophus. Incontinẽtes ſimi
les infirmis: qui in eiſdem febribus recidi
uanᷣ. Quos Chriſtus anime medicus cõſo
latur cum Petro querẽti. Quoties in me
peccabit.ſ. hic frater meus/ ⁊ dimittã ei?
Reſpondit. nõ dico tibi ſepties/ſed ſeptua⸗
geſies ſepties.i. ſcdm oẽs doctores/ toties
quoties penitebit: Math.xviij. Noli igiᷣ.

¶ Sexta conſciã eſt infirmata: hec eſt cõ
tinentiũ: non tñ virtuoſorũ: eorum videlicʒ
qui cõuerſi ad dñm deum recogitãt in ama
ritudine anime ſue annos ſuos: Iſa.xxxviij.
Qui grauiter adhuc ſentiũt. aliã legem in
mẽbris ſuis repugnantẽ legi mentis a deo
influxe: Ro.vij. Tales ſepe ob ſincerã dili⸗
gentiã: ne deum offendant / in paruis vbi
nullum extat peccatum: ſibi turbatã faciũt
conſcientiã. Nonnunq; ad hoc temptatiõe
demonis: vt in perplexitatẽ ruant. Uitium
eñ aliquãdo mouetur ad hoc doctrinis in
ſipientium hoim. De quibus Apoſtolus
Cori.viij. Percutiẽtes eorum infirmã con
ſcientiam/in Chriſtum peccatis. Quos tñ
idem Apoſtolus ſpecificat ibidẽ. x. Om⸗
ne quod in macellum venit manducate:
nihil interrogantes propter conſcientiam/

pro quorū cura Bernardus ſuper canti. in-
quit. Quid efficacius ad curandū conſci-
entie vulnera/ ne non ad purgādum aciem
mentis/ q̄ Chriſti vulnerū ſedula medita-
tio. Et iterum. Turbabor/ ſed nō perturba
bor/ quia vulnerū domini recordabor.
Septima cōſciencia eſt trāquilla ⁊ bona.
Eiuſq̄ taliū de quibus dicit: Gal. v. Qui
Chriſti ſunt carnē ſuam crucifixerunt cum
vicijs ⁊ concupiſcētijs. Quam Hugo. li-
bro ſuo de anima ſic deſcribit. Tranquilla
conſciētia eſt: que omibus eſt dulcis nulli
grauis vtens amico ad gratiā ⁊ inimico ad
patientiam cunctis ad beniuolentiā: qui-
bus poteſt ad beneficentiā/ cui dominus
Primo nec ſua peccata imputat: quia non
fecit. Secūdo nec aliena: quia nō approba
uit. Tercio nec negligentiā: quia nō tacuit.
Quarto nec ſuperbiam: quia in vanitate
non permāſit. Et iterum. Conſcientia bo-
na. Primo titulus eſt religionis. Secūdo
templū Salomonis. Tertio ager benedi-
ctionis. Quarto ortus deliciarū. Quinto
Aureum reclinatoriū. Sexto gaudiū An
gelorum. Septimo archa federis. Octauo
theſaurus regis. Nono aula dei. Decimo
habitaculū ſpiritusſancti. Undecio liber
ſignatus ⁊ clauſus in die iudicij aperien-
dus. De domo talis cōſcientie ſcribit ſap.
viij. Intrans in domū meam/ cōquieſcam
cum illo. Non em̄ habet amaritudinē con-
uerſatio illius: nec tediū ꝯuictus illius: ſed
letitiā ⁊ gaudium/ ſcilicet propter eius fru-
ctus. Hec cōſcientia eſt virtuoſorū/ ⁊ voca
tur colūbina. Eſtote prudētes ſicut ſerpen-
tes ⁊ ſimplices/ ſicut columbe. Columba ti
met aquilā/ ⁊ conſiderat eam in aqua/ ⁊ hi
nihilominus ſemꝑ ſtant in timore: querūt
ꝯtria bonoꝝ operū pullificant frequenter.
Hec eſt columba: que portat viridē ramū
oliue in archam ſignū pacis. Eſt plane con
ſcientia talis Paradiſus iuge conuiuium/
domus quietis. Sapien. viij. Intrans in
domū meam cōquieſcam cū illo. Non em̄
habet amaritudinē cōuerſatio illius/ ne te-
dium cōuictus illius/ ſed letitiam ⁊ gaudi
um: Rogemus dominū.

# Sequuntur ſeptem ſer mones de Uncinis aſinarijs prius in vulgari teuthonico Augu ſte impreſſi.

¶ Anno domini 1497.

Soluite ⁊ adducite mihi: Matt. xxi.



Ta dixit
dn̄s diſcipul' ſu-
is/ Petro ⁊ Phi
lippo mittēs eos
Hieroſolimā an
te ſe/ quatenus ſi
bi aſinā ⁊ pullū
adducerent. Si
gnificat mihi aſi
na hec aiam: que
cū eſſet ſenſatiſſima/ a dn̄o creata/ facta eſt
per peccatū inſipiens. Homo cū in hono-
re eſſet/ clamat Pſalmiſta/ non intellexit/
cō paratus eſt iumētis inſipiētibus ⁊ ſimi
lis factus eſt illis. Itaq̄ aīa facta eſt aſi-
na/ ⁊ in teuthonico [ iſt worden die ſeel/ ein
eſel ] acquiſiuit per peccatum. Literam do
loris. e. A qua ⁊ Eua vocabulum incipit.
Uellet hec aſina redire ad dominū ſuum/
⁊ eum pre alijs cibus habere ſeſſorem: quia
ab omnibus creaturis: miſere ⁊ crudeliter
verberatur/ neq̄ pacem habet/ quouſq̄ re-
dierit in ſuū ſtabulum/ ⁊ habeat deum ſeſſo
rem: qui eam creauit/ qui ſolus ei aptatur
⁊ ſufficit. Noluit equus Alexandri magni
alium ſeſſorem admittere. Et de quodam
alio Epiſcopo legimus/ q̄ cum ei quidam
equum coniugis ſue accōmodaſſet: ideo q̄
ſuauius incederet: equus aliū ſeſſorem ad
mittere noluit: quo circa ⁊ vir ille equū ſan
cto donauit. Sed non poteſt redire ad do
minū ſuum: quia alligata eſt vncinis qui-
buſdam/ a quibus fortiſſime retinetur: ne
redeat ad dominū/ qui fecit illū. Sed do-
minus mittit diſcipulos ſuos/ ſuos nunci
os/ inſpirationes/ predicatiōes/ aduerſita-
tes/ proſperitates/ gratias ſuas: ⁊ ait. Ite
ſoluite aſinā ⁊ pullum/ ⁊ adducite mihi.
Sed qui ſunt vncini: quibus alligata te-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

netur aſina hec? Et dico q̄ hi ſeptem que ſequuntur ordine.

Primus vncin⁹ aſinarius [Eſel hefft/ oder hock.] Eſt carnis voluptas ſiue carnis ꝯſolatio: quales ſunt conſolatiões: in verbo/ ſigno/ aut facto: ſcd̃m Bernardū/ in cibo ⁊ potu: in veſtitu ⁊ lecto ſuauibus/ in balneis/ ſocijs/ ⁊ ſociabus/ ⁊ quibuſlibet alijs delectantibus. Adde ſi placet honores/ laudes/ poteſtates/ diuitias. O q̄ꝫ grandem iacturam patiuntur: qui huic vncino aſinario alligati ſunt: quia ad conſolationem diuinam peruenire nō poſſunt: necꝫ ad dominū vt eis plene inſideat adduci: forſitan non credis mihi/ crede domino: qui diſcipulis ſuis dixit. Expedit vobis: vt ego vadam. Si enim ego non abiero paraclctus non veniet. Si Apoſtoli/ ait Bernardus Carni dominice inherentes: que ſola ſancta erat: quia ſancti ſanctorum. ſancto ſpiritu repleri nequiuerāt: donec tolleretur ab eis/ tu carni tue: que ſordidiſſima eſt. ⁊ diuerſarū ſpurciciarū fantaſijs repleta. illum veraciſſimū ſpiritum te putas poſſe recipere. Impleri eīn anima viſitationibus dñi non poteſt: que his diſtractionibus ſubiacet ⁊c̃. Quanto magis illis euacuabitur/ tanto magis illis implebitur. Si multū/ multum. Si parum/ parum. Mirantur aliquando religioſi: cur conſolatiōem non habeant diuinam. Sed audiant cauſam quā aſſignat Bernhardus. Amant enim/ inquit/ in carne ſua/ terrenas conſolatiões/ ſiue in verbo/ ſiue in ſigno/ ſiue in facto: ⁊ ſi hec aliquando interrumpūt: non tamen penitus rumpunt. Inde eſt/ q̄ raro affectiones ſuas dirigunt in deum/ ⁊ eorum compunctio non continua/ ſed horaria eſt: immo vt verius dicam momētanea eſt.

Sed quid inquit faciemus: vt ſoluamus nos ab hoc vncino? Hec tria obſerua/ amputa/ proijce/ ⁊ ſuſpēde [haw ab/ wirff hin vnd henck vff.]

¶ Primo amputa integraliter ꝓpter deū: oīes conſolationes carnis: quibus carere potes. Nota ſingula ꝟba ⁊ pondera. Sic te funditus ⁊ integraliter docuit dñs amputare in Gen̄. cum diceret ipſi Noe Egredere de archa tu/ ⁊ vxor tua/ ⁊ filij tui ⁊ vxores eorum tecum: cunctaqꝫ animantia: que ſunt apud te. ex omni carne. Et quid hoc eſt? hoc eſt ſecūdum gloſſam. Egredere de archa carnis tue/ vel corporis: tu ⁊ vxor/ id eſt concupiſcentia tua carnalis filij tui: id eſt omnes conceptiones: que a concupiſcentia matre generantur: puta cogitationes/ et fantaſie: qualis enim quiſqꝫ eſt in affectu: tales cogitationes producit. Cunctaqꝫ animantia: id eſt omnes motus: qui ex qualicunqꝫ parte/ carnalium deſyderiorum ſurgunt: quales ſunt odium/ ira/ ſpes/ delectatio/ timor ⁊c̃. Hec enim paſſiones oriuntur ex concupiſcētia carnali/ ſiue deſyderio carnalium. Sic facere iuſſit dominus Abraam. Egredere de terra ⁊ cognatione tua. Et Ezechielem. Egredere inquit ad campum/ ⁊ ibi loquar ad te. Non ait dominus ingrediar in ciuitatem gloſa. i. in tumultum carnalium deſyderiorum.

¶ Secundo proijce/ Aduerſas delectationes a carnali concupiſcentia/ in deum proijce/ ipſius opera delectabiliter operando. Ita facere debere iubet propheta delectare in domino. Et quomodo inquis delectabor? eſt ne in poteſtate mea? vtiqꝫ. Non enim de affectu loquor/ ſed de effectu. Unde gloſa. delectare in dño: id eſt tam efficaciter operare/ tam ſtrenue/ tam virtuoſe: ac ſi in eis dulciter delecteris. Audi Bernardum. Multo virtuoſius agunt: qui virtutes ipſas nō pro delectatione/ q̄ꝫ experiuntur: ſed pro virtutibus ipſis/ ⁊ ſolo beneplacito dei/ tota intentione: ⁊ ſi non totum affectione ſectantur. Nec dubium/ quin optime compleat: qui eiuſmodi eſt prophete ammonitiōem: qui dicit/ delectare in domino: quoniam non de affectu loquor/ ſed de effectu. Affectus ille beatitudinis eſt. Exercicium vero virtutis. Solum conare vt delecteris in domino.

¶ Tertio ſuſpende in exercitio operis

dei affectionibus noſtris in deū proiectis: ipſius conſolatiōem ſuſpenſa mente expectemus. Suſpēdium inquit/elegit anima mea. Eget homo/qui talis eſt longanimitate/quouſq; loco conſolationis carnalis ingeratur conſolatio diuina: que plane non deerit/ſi hec tria obſeruauerimus: vt videlicet carnis conſolationibus funditus renuntiemus/ bonis operibus nos exerceamus ad conſolationem dei nos ſuſpendamus. Non preteribit ſine dubio nos gratia dei/ſi adeo vtiq; recipiemus conſolationem. Juſtum quippe eſt/ait Bernhardus: vt quos preſentia non delectant. preſto ſit eis memoria futurorum: ⁊ qui de rerum effluentia deſpiciunt conſolari/recordatio illos delectet eternitatis.

Diſrumpe ergo vincula/ abſoluere ab vncino aſinario conſolationū carnalium: vt adducaris ad dominū/ ad conſolationem diuinam/ad veram vitem. Alligabit/clamat Jacob ad filium Juda ad vitem aſinam ſuam. Ego ſum vitis vera: Chriſtus ait filius Juda. Irruat in te ſpiritus indignatōis ſanctus. Et rumpe vincula inſtar Samſonis: quibus te vinxit femīa carnalis voluptatꝭ. Dic tibiipſi: quid facis/nō eſt hic locus delectandi/ neq; tēpus hic vigilia: alibi feſtum hic vallis miſerie/ ⁊ lachrymarū: ex Paradiſo huc expulſi ſumus non plane: vt aliā paradiſum nobis hic faceremus. Docuit ne ſic te Chriſtus viuere aut aliquis ſanctorum? Non plane: Chriſtus/qui nō fallitur/ elegit quod carni moleſtius eſt. Id ergo melius/id vtiliꝰ/id magis eligendum: ⁊ quiſquis aliud docet vel ſuadet ab eo: tanquā a ſeductore cauēdum eſt. O voluptas/quanta mala intuliſti in vniuerſum mundū/per Euam matrem noſtram. Relinquamus o fratres rem hanc/ nobis prorſus indignam: non efficiamur pueri ad vbera ⁊ lac/adhuc conſolatiōum mundanarum pendentes/ ad maiora nati ſumus/ q̄ȝ nobis cum tam impijs ⁊ vanis voluptatibus: que amaritudinibus multis ſunt ſparſe ⁊ nullam nobis ſacietatem: ſed famem afferunt inſaciabilem.

Secundus vncinus aſinarius: eſt ꝓpria voluntas. Hanc relinque ab hoc vncino te abſolue: quia multa mala tibi infert/ ⁊ impedit ne Chriſto adducaris.

¶ Primū eſt bonorum operum infectio. Nam oīa bona de genere/que ex ea proueniunt/non ſunt bona: quia ex tali radice venenoſa inficiuntur/ ⁊ ſicut ex fonte turbido: oīes riuuli turbulenti procedunt: ſic ⁊ ex volūtate tali/ oīa procedentia ſunt mala. Unde dominus per Eſaiam dicit. Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur volūtas veſtra. Nunquid tale eſt ieiuniū quod elegi? ac ſi dicat/ non. Super quod verbum dicit beatus Bernhardus. Ego non ſolum hoc de ieiunio meo/ſed de ſilentio/vigilijs oratione/ ⁊ de omni obſeruantia monachali/vbi inuenit̄ voluntas ſua ſentio idipm̄.

¶ Secundū malum ex propria voluntate proueniens eſt peccatum ſcandali: Bernardus. Unde fiunt ſcandala/ niſi q̄ ſequimur propriam voluntatem/ ⁊ temere quod volumꝰ in corde noſtro diffinientes: ſi quo modo id prohibitur contigerit/ continuo in impatientiā ⁊ in ſcandalū proni ſumus

¶ Tertiū malum eſt cōmunis boni prouocatio/ ⁊ ſuffragij fratrum: a quorū communi voluntate ſeiungimur/ ⁊ abciſi ſumus. Unde Bernardus. Volūtatem propriam deſerentes/nihil amittimus/ſed lucramur participantes ex ea aliorum bona: que nos tanq̄ȝ membrū aridū/ ⁊ inutile per voluntatem propriam ſeparamus.

¶ Quartū malum eſt ⁊ maximum/proprie voluntatis eſt: quia eſt contraria deo q̄ȝ impugnare videtur. Propria enim voluntas: vt ait Bernardus/ſiue ſeruus proprie voluntatis/ſubtrahit ſemetipſum/ et ſubducit eius dominationi: cui tanquā autori ſeruire debuerat/ dum efficitur ſua. Sed addit adhuc/ ⁊ quod in ipſa eſt/ omnia que dei ſunt/ dirimit atq; tollit. Ecce damna.

¶ Quintū ipſe eſt dux ille cecus/cū quo omnes/ ⁊ ſine quo nullus vnquā ad infernum ductus fuit. Nihil enim (ſi Bernhar

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

280

do creditur) punit deus/ niſi propriam voluntatē/ ceſſet propria volũtas/ ⁊ infernus non erit. Voluntate vero deo ⁊ ratione regulata/ tanquã ductore om̄es ad celum venerunt. Cauendum ergo ab ea ſoluere ab vncino illo proprie voluntatis/ ⁊ conformare voluntati diuine inſideat tibi Chriſtus.

Sed ais/ ⁊ quomodo id fiet: quemadmodum conformabo ſe ſibi? In his tribus ſecundum beatum Bernhardum. Primo vt quod certũ eſt deum velle: hoc nos om̄ino velimus. Secũdo/ quod certum eſt deum nolle illud ſimiliter non exerceamus. Tercio/ quod incertũ eſt: vtrum velit an nolit: nec velimus in toto/ nec penitus non velimus. Itaqꝫ vbi certa eſt voluntas domini oratio tibi ſequatur. In his vero rebus/ vbi certum nihil poſſumus inuenire/ nihil certi voluntas noſtra reſignet/ ſed magis pendeat in vtrumqꝫ/ ſi in talibus ſtemus mandato/ ⁊ obediencie prelatorum. Et hec eſt regula/ per quã noſtram voluntatem diuine voluntati penitus conformemus. Si placet ex doc. ſuper primo ſententiarũ loqui latius poteris. Habes ecce quemadmodũ debeas ⁊ poſſis adduci ad dei volũtatem.

¶ Queris tandem fortaſſis/ ⁊ quis fructus erit mihi: ex hac voluntatis mee ad deum conformitate? Triplex erit.

Primus eſt peticionũ tuarum exauditio. Si quis creditor dei eſt: ⁊ volũtatem eius facit/ hunc exaudit. Dixit cecus.

Secundus eſt dei familiaritas [ Gottes freundtſchafft/ mogſchafft/ ⁊ ſybſchafft. ] Qui fecerit voluntatem patris mei: qui in celis eſt/ ipſe meus frater ſoror ⁊ mater eſt. Inde ⁊ Apoſtolos fratres vocauit: dicite fratribus meis.

Tertius eſt regni collatio/ qui facit voluntatem patris mei: qui in celis eſt. ipſe intrabit in regnum celorum. Sed nota verba: qui facit/ inquit voluntatem/ hoc eſt qui opere complet. Non omnis/ qui dicit mihi domine/ domine: intrabit in regnum. Scimus voluntatem dei/ ſed noſtram ſibi non conformamus: ⁊ ſi conformamus animo: non tamē facto hec eſt clauda voluntas ⁊c. Vide Summã predicantiũ/ volũtas.

Tertius vncinus aſinarius/ in quo ligatur anima eſt: propriorũ meritorum preſumptio. Abſolutus es a terrena conſolatione. Sed ⁊ a propria voluntate id plane ſine meritorũ exercitio ſui non poteſt. Cauẽdum erit tibi ne in eiſdem confidas/ ſic qꝫ eis alligatus ſicut aſinario vncino permaneas: quin potius de tuis meritis penitus deſperans totam fiduciam in domini miſericordia ponas. Et quidem non eſt contemnenda hec abſolutio ab hoc vncino. Magna em̄/ ait Bernhardus. Et rara virtus eſt: magna licet operantem magna te neſcias/ ⁊ manifeſtum omnibus tuam te latere ſanctitatem/ mirabilem aparere/ ⁊ contemptibilem reputari: hoc ego ipſis virtutibus mirabilius iudico.

Hoc tamen miraculum in omnibus ſanctis ſuis deus miſerabiliter operatur: qui quanto ſunt maiores/ tanto ſe reputant viliores. Unde ⁊ Dauid ſe canēꝫ mortuum. Eſaias pollutum/ Jeremias puerum/ Joannes vocem: Petrum peccatorem: Paulus blaſphemum/ ſe nominãt ⁊ appellant. Et cur ita? Nimirum/ quia bona ſua deo/ qui in eis operatur/ tribuunt ⁊ mala ſua/ ſibi de quibus Bernhardus ait. Fidelis reuera es famulus dei/ ſi de multa gratia domini tui: ⁊ ſi non eunte ex te tamē tranſeunte parte/ nihil tuis manibus adherere contingat. Qualem ſe fuiſſe Job gloriatur dicens. Si oſculatus ſum manum meam/ opera mea mihi tribuens/ gloſa male mihi contingat.

Ad hanc ab vncino abſolutionem/ hortari nos cupiebat Paulus Apoſtolus: cum diceret: quid non habes/ quod non accepiſti? Si autem accepiſti: quid gloriaris/ quaſi non acceperis?

Sed ais/ ⁊ quemadmodũ poſſum funem precīdere: ⁊ ſic ſolui ab vncino aſinario propriorum meritorum vel cultri? Habes triplices cultellos: quibus vtere ipſi ſunt conſideratio inſufficientie operũ tuorum. Conſideratio magnificentie miſericordie dei/ et conſideratio ſupereminētie premiorum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Primus cultellus eſt cõſideratio inſufficientie operũ noſtrorũ/ plane inſufficientia ſunt: quia nõ pura ⁊ non plena. Primo nõ pura infecta vtiq; voluptate/ voluntate/ ⁊ vanitate. Querimus aliquando voluptatem/ aliquãdo propriã voluntatẽ: quemadmodũ in prioribus ſermonibus dictũ eſt/ ĩmiſcet tamẽ ſe frequentẽ/ ⁊ fere ſemper vanitas glorie. Et ergo opera noſtra nõ ſunt pura: ⁊ ergo inſufficientia. Conqueſti ſunt hanc ĩpuritatem ſancti viri mlti. Clamat Iſaias. Omnes iuſtitie noſtre/ quaſi pannus mẽſtruate. Et David. Non intres in iudiciũ cum ſeruo tuo: quia nõ iuſtificabitur in cõſpectu tuo oĩs viuens: gloſa/ proprijs meritis. Nam ſcd̃m Gregoriũ ſepe ſordet in cõſpectu iudicis: quod in oculis fulget bene operãtis. Quo circa ⁊ Iob dicit: verebar oĩa opera mea: ſcilicet inpuritatẽ/ ⁊ inſufficientiã eorum. Et quid igitur faciemus: hoc ꝙ Chriſtus docet. Cum feceritis oĩa dicite/ ſerui inutiles ſumus. Ecce quomodo non pura. Secũdo ſunt non plena/ ⁊ hoc patet ad ſenſum: quia multũ de tempore expẽdimus ſine fructu. Item nõ ſunt plene: ſecundũ omnem ambitũ hominis interioris/ ⁊ exterioris: quo enĩ merere poſſumus/ nõ meremur: quia ⁊ ſi aliquando ſecundum auditum meremur: viſus iacet, ſic de reliquis.

¶ Secundus cultellus eſt conſideratio ſufficientie diuine: que ſcd̃m longũ/ latum/ altum/ ⁊ profundũ: conſiderata omni creature ſufficit ad ſalutẽ. Primo de eius longitudine: audi Pſalmiſtã. Miſericordia domini ab eterno/ ⁊ vſq; in eternũ ſuper timẽtes eum. Secũdo de latitudine eius idem dicit. Miſerationes eius/ ſuper oĩa opera eius. Tertio de alto idem/ vſq; ad celos miſericordia eius. Quarto de profundo dicit Iob. Si dimerſus fuero vſq; in profundum inferni: inde liberabis me: gloſa beneficio miſericordie. Hoc tamẽ ſane intellige ſcd̃m Doctores in. iiij. ſniaꝝ ſcribentes. Quinto: quid multa: tam magna eſt miſericordia: quã magnus eſt deus: Eccleſiaſti. ſcd̃m magnitudinem ipſius: ſic ⁊ miſericordia illius cũ ipſo eſt. Sexto: vnde Bernardus de electis dicit: Maiores cumulos miſerationũ domini ſentiũt ſuper ſe: ꝙ ſit ſpaciũ inter celũ ⁊ terram. Septimo: quid ergo omnia noſtra poterũt eſſe cõparata ad illam? Noli ergo tuis meritis/ ſed dei miſerationibus inniti.

¶ Tertius cultellus eſt conſideratio premiorũ ſupereminẽtia: in quaꝝ comparatione/ omnis actio/ oĩs paſſio: non poteſt aliquid noiari. Siquidem premiũ illud tale eſt/ ⁊ tantũ: quod oculus non vidit/ auris non audiuit: nec in cor hominis aſcendit. Itaq; actiones noſtre nihil ſunt reſpectu illius premij: quod dñs ſignificauit Deuteronomij. Scito inquit: ꝙ nõ propter tuas iuſtitias dominus dabit tibi terrã hanc in poſſeſſionẽ. Et Bernardus. Non ſunt merita noſtra talia: vt propterea debeatur nobis vita eterna. Quid ergo dicemus ad hoc? Nunquid ociabimur: vt vitam eternam habeamus? Reſpondet Bernardus dicens. Merita habere curas habita data noueris. Fructũ miſericordiam dei ſperaueris: ⁊ omne periculũ preſumptionis ⁊ ingratitudinis euaſiſti. Deinde ſiliter ⁊ nulli paſſioni ꝑdicta eminẽtia ſperandaꝝ rerũ poterit cõparari: Unde Aplus. Non ſunt cõdigne paſſiones huius tpis ad futuram gloriã: que reuelabit in nobis. Quid ergo faciemus? In hoc caute agemus/ ſi opera cumulabimus/ paſſiones ſuſtinebim⁹: miſericordiã dei ſperabimus. Operemur ergo o fratres ⁊ ſorores/ operemur alacriter/ ſuſtineamus patiẽter. Curramus in latitudine cordis viã mandatoꝝ dei: non ſimus arti cordis/ non cõputemus ſtricte nr̃a opera: quaſi pl⁹ faciamus ꝙ obligati ſimus. Nõ ꝓcedit hic timor ex amore amicitie dei/ ſed ex recuruo ꝯpoſito amore ſui. Quin potius diligamus eũ ex corde exaltemus eũ, quantũ poſſumus. Non langueamus circa precepta/ ſed vt dixi dilatante corde extendamus nos in quacunq; ei beneplacita.

Quartus vncin⁹ aſinarius eſt mentis puſillanimitas. O aſina quid ſtas? cur non ad magna niteris? Quid torpes? cur nõ in magnã petendi audaciã prorũpis? Noli

ſic alligata ſtare/in tua puſillanimitate/exepta es de voluptate conſolationū carnalium: ⁊ de propria volūtate. Sed ⁊ de vana tuoꝝ meritorum preſumptiōe. Fac ne deijciaris/tamē vt puſillanimis efficiaris/ ſed aude/extēde te ad magna petēda/abrumpe funē colli/ quo alligata ſtas puſillanimitati. Sed quis eſt/inquis: qui me adiuuabit rūpere funē, ſocijs egerē/infirma ſum: Reſpondeo tibi/ꝙ inuenies ſeptē ſocios.

¶ Primus ſocius eſt/exempla ſanctorū, ſunt plane viri hanc fiduciā habentes: qui merito nos ad audaciā animare debent deuotā. Audi Moyſen dicētem ad dn̄m. Si inueni gratiā in oculis tuis: oſtende mihi teipſuꝫ. Et quia ex magna fiducia petebat. Reſpondit ei dicēs. Ego oſtendā tibi omē bonū. Item Dauid iurans/ſomnū oculis ſuis ſe non daturū: donec inueniret locum dn̄o. Deniqꝫ Philippus petit ſibi oſtendi patrē/dicens: dn̄e oſtende nobis patrem/⁊ ſufficit nobis. Thomas credere noluit niſi mitteret manus in loca clauorum ⁊c̄. Hi om̄es non elatiōis preſumptiōe/ſed etiā diuina dilectione/non repellūtur vt elati/ſed merētur exaudiri/vt deuoti: quia audaces fortuna iuuat: magis autē gratia. Hi ſunt religioſa audacia viri fortes/ in mediū poſiti: vt rerum exemplo/ nos licet pauperes magna petere audeamus.

¶ Secūdus ſocius: qui iuuat ad rumpēdum laqueū/eſt fides magna: Bernardus magna fides/magna meretur. Et chriſtus Amen dico vobis: quicq̄d orantes petitis credite ⁊ accipietis. Sic ⁊ Jacobꝰ monuit dicens. Poſtulet aūt in fide/nihil heſitās. dat enī oībus affluēter/⁊ nulli īproperat.

¶ Tertius ſocius/eſt ſpes firma. Sunt viri fiducie: ait Bernardus. Et magne ſpei qui aſcendētes ad cor altū. de maiori ſpūs libertate/⁊ conſciētie puritate/magnanimiores facti ſunt/⁊ conſueuerūt audire maiora. Hi pro magnitudine fidei digni habentur: vt inducunt: in oēm plenitudinē gratiarū. Itaqꝫ magna audēt: quia magni ſunt/⁊ que audent/obtinēt: iuxta verbū promiſſionis ad eos factū in veteri lege. Oēm locum: quem culcauerit pes veſter/veſter erit. Super qꝺ verbū dicit Bernardus: quatinus in bonis domini pedem fiducie poſueris eatenus poſſidebis.

¶ Quartus ſocius eſt: veritas permittētis. Deus verus eſt ⁊ vt in Prouer. dicit. Ueri ſunt omnes ſermones ſui/⁊ ideo promiſſa que procedunt de labijs non faciet irrita. Proceſſit autem de labijs ſuis illud Sapi. Quicquid fiducialiter poſſemus petere/eſſemus firmiter accepturi.

¶ Quintus: eſt charitas volentis/ in q̄ charitate vrgente/ omnia vult / que nobis ꝓderunt ad ſalutem. Unde Auguſtinus Magna dei charitas/plus nos petere deſiderat/q̄ꝫ nos accipere deſideramus.

¶ Sextus: eſt facilitas omnipotētis/in qua quicquid ꝓmiſit veritas/quicq̄d voluit charitas/facillime ſoluit oīpotēs. Nō ſic de multis/quia veraces ſunt ⁊ charitatiui ſed non potentes.

¶ Septimus: eſt copia omnia poſſidentis/in qua omne petitū quantūcunqꝫ maximum/⁊ noſtris meritis indebitum/reſpectu diuitiarum ſuarū/reputabitur/quia nihil inde eſt/ꝙ ſemꝑ maiora accipimus q̄ꝫ ſperemus. Plane in pleriſqꝫ locis ſacre ſcripture/legimus dn̄m ſemper plus gratie dediſſe q̄ꝫ ex arto cordis noſtri petitum fuiſſet. Ecce Salomoni petenti ſapientiā ſolā data ſunt cum illa gloria ⁊ diuitie ſuꝑ oēs reges/ qui fuerint ante eum. Et latroni petenti memoriam eius in paradiſo/⁊ dicenti/memento mei collatum eſt eſſe in eo ⁊ dictum Amen dico tibi. ⁊c̄. Paralitico pro quo petitum eſt vt ſanaret eum dictum eſt fili dimittuntur tibi peccata tua/⁊ cum peccatorū remiſſione/accipit nihilominus ſanitatem. Similiter mulier chananea/ que pro filie ſalute petiuit/audire meruit fiat tibi ſicvis. Ex his patet/ꝙ ex abyſſo dn̄i miſerationū/ſemper plus tribuitur/q̄ꝫ petitur/qꝺ ⁊ dominus dixit menſuram bonā ⁊ refertam. Itaqꝫ ⁊ nos fratres/hec penſiculantes audaces ſimus accedendi ad dominū deum noſtrum fide magna/⁊ ſpe firma/ queēadmodū ⁊ ſancti/quoꝝ ab inicio meminimus. Et ꝓcul dubio exaudiemur/ quin verax eſt/volens/⁊ potens. Excuciamus ergo pigritiam ⁊ puſillanimitatem/⁊ exaudiamus Apoſtolum adhortantē/ab



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſciamus opera tenebrarum ⁊ induamur ar
ma lucis. Noua ſint omnia corda. voces/
⁊ opera/ appꝓpinquat nouus ānus. Dem⁹
locum deo/ ⁊ exeamus a nobis ipſis. Sa
tis diu ſuperqꝫ quieuim⁹ que noſtra ſunt/
ammodo demus locum altiſſimo ⁊ ei viua
mus in veritate. Sit rex ſit dn̄s in nobis/
adueniat regnum ſuū. Extrudamus vicia/
que in nobis regnant/ ⁊ vexilla erexerunt.
Superbiam contemptum/ vanā gloriam
pigritiam/ puſillanimitatē/ voluptates car
nis/ in cibo/ potu/ lectis ⁊ veſtibus/ ⁊ alijs
ſpurcicijs/ iraꝫ/ inuidiā/ odiū/ temeraria iu
dicia. Erigat vexilla ſua ꝟtus. Militemus
dn̄o i hum ilitate/ caſtitate/ ſobrietate: cha
ritate dei/ ⁊ proximi/ alacres in dei ſeruitio
omnē amaritudinē ⁊ indignatiōem abijci
entes in pace/ vigilijs/ ⁊ abſtinentijs / hic
gratiam alibi gloriam cōſequamur eternā
ad quam nos perducat ille/ qui eſt benedi
ctus in ſecula ſeculorum. Amen.

## Quintus vncin⁹

Quintus vncin⁹ aſinarius eſt inqetudo mentꝭ
a qua ſoluenda eſt aſina/ ani
ma ſcꝫ noſtra inſenſata/ ⁊ du
cenda ad pacis tranquillitatē / ad Jeſum
chriſtum deum pacis. Et cur ita? Quia
neceſſarium eſt niſi enim pacem habueri
mus. Deus pacis ⁊ dilectionis / non erit
nobiſcum. Non poteris duci ad chriſtum
niſi ſoluaris ab hoc vnco. Inde Apoſto.
ij. Cor. xiij. pacē inquit habete/ ⁊ deus pa
cis ⁊ dilectionis erit vobiſcū. In pace fa
ctus eſt locus eius. Si vis vt tibi inſideat
dominus vt aſinam ſeruas tapetis ⁊ veſci
bus pacis neceſſe eſt. Siquidem in pace
in idipm dormit ⁊ reqeſcit. Inde eſt ꝙ ſal
uator volens diſcipulos ſuos/ ad ſpiritus
ſancti ſuſceptiōem preparare quoties poſt
reſurrectionem eis apparuit/ dixit/ pax vo
bis. Non autem dedit eis pacem mundi/
cum alias dixiſſet eis in mundo preſſuram
habebitis in me vero pacē. Nec dedit pa
cem corporis/ cum eiſdem diceret. Ecce ego
mitto vos / ſicut oues in medio luporum.
Sed dedit pacem cordis. Sed queris ⁊
dicis / quid eſt pax cordis? Reſpondeo ꝙ
triplex eſt. Equanimitatis/ iocunditatis/ ⁊
⁊ intimitatis.

¶ Prima pax cordis eſt: Equanimitaꝭ
hec eſt equanimitas ſuſceptio emergentiū
in tpe vt quiſquis turbationis aut tribu
lationis emerſerit tanqꝫ minus a domino
equanimiter ſuſcipiatur. De hac pace di
cit Apoſtolus ꝙ in vobis eſt cum omnibꝫ
pacem habentes/ ⁊ Prouer. Non contriſta
bit iuſtum quicquid ei acciderit non con
triſtabit/ ⁊ ſi enim triſtetur pri mis motibꝫ
non tamen contriſtatur.

¶ Secunda pax cordis eſt: Jocunditaꝭ
que eſt non ſolum equanimiꝭ ſuſceptio ma
lorum/ ſicut bonorum: ſed gaudens ⁊ deſi
derata aduerſorū propter deum ſuſceptio.
Ad hanc hortatur nos Jacobus. Omne
gaudium exiſtimati fratres / cum in ten
tationes varias incideritis. Sed ⁊ chriſt⁹
dominus/ diſcipulos ad eam hortaꝛ dicēs
beati eritis cū oderint vos homines ⁊ exp
brauerit/ ⁊ eiecerint: gaudete ⁊ exultate ecce
enim merces veſtra multa eſt in celis. Sic
gaudere ⁊ iuſſi ſunt diſcipuli fecerūt. Ibāt
enim gaudētes vt teſtaꝛ Lucas/ gaudētes
a conſpectu concilij quoniam digni. De
his duobus pacis generibus loquitur do
minus ad diſcipulos. Pacem relinquo vo
bis quatum/ ad primam pacem meam do
vobis quantum ad ſecundam/ quem tam
qꝫ nobiliorem dicebat ſuaꝫ quippe in quo
gaudens ſe pro nobis obtulit paſſioni: in
de dicebat / deſiderio deſideraui hoc paſca
manducare vobiſcum. In hec pace oſculū
dedit Jude/ quem vocauit amicū. dicens.
Amice ad quid veniſti/ nec dubium / quin
quod ore protulit in corde retineret / alias
verba dei caderent ab effectu/ quod de deo
impoſſibile eſt.

¶ Tertia pax cordis eſt: intimitatis due
precedentes paces/ ſunt in comparatione ad
exteriora/ hec autem in plena ⁊ omnimoda
poſſeſſione interioris boni conſiſtit: ita vt
hec pax ſuperaddat prioribus/ vt non ſolū
ſit pax ad exteriora/ ſed ad ſeipſum ⁊ in ſeip
ſo/ ⁊ ad deum feliciter ⁊ in deo. Sed in q̄
bus inquis conſiſtit hec intima ⁊ integra
pax cordis. Reſpōdeo ꝙ in q̄ttuor. Primo:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in libera conſcientia/ de commiſſione malorum/dum videlicet homo habet conſcientiam/de remiſſione peccatorum vt ipſa conſciencia exonerata peccatis/dicere poſſit illud Job. Non reprehendat me cor meum in vita mea/⁊ illud Apoſtoli. Nihil mihi conſcius ſum. Secundo:in libera conſcientia/de omiſſione bonorum / vt videlicet veſte conſcientia/de his que ad deum pertinent/nihil penitus ſit omiſſum/ vt ſicut libera eſt conſcientia de cōmiſſione malorum ſic etiam libera ſit de obmiſſione bonorum Tertio:in corporis ad ſpiritum plena obedientia/vt videlicet corpus ancilletur ⁊ ſpiritus dominetur/⁊ quicquid ſpiritus iudicat eſſe faciendum corpus obediat ſine mora. Quarto:in affectuū plena concordia/⁊ cordis tranquillitate vt quicq̄d rō bonum appetat ⁊ approbat/voluntas amplectet: ⁊ a memoria firmiter teneatur. De hac pace ex his quattuor confecta optando/dicit Apoſtolus Philip.iiij.pax dei que exuperat omnem ſenſum cuſtodiat corda veſtra/ voluntates ⁊ intelligentias veſtras in chriſto Jeſu.⁊c. Vide beat.Thom.ſuper illo paſſu qui abunde declarat.

Sextus vncinus aſinarius eſt: ſpiritus noſtri tepiditas. Rumpendus eſt funiculus ⁊ excundum a ſpiritus noſtri tepiditate in mentis exceſſum/ quantum diuinitus adiuuamur / quādiu enim in tepiditate mentis viuimus/in bonis domini non ꝓficimus/propter qđ dominus in Apoc.dicit/vt calidus eſſes/ aut frigidus:ſed quia tepidus es / incipiam te euomere de ore meo Apoc.iij. Eſt duplex tepiditas/quedam ad calorē/ſicut in aqua caleſciente. Alia eſt ad frigiditatem ſicut in aqua frigeſcēte. Sic in calore gratie eſt duplex tepiditas quedam ad gratiam/que eſt via ad gratiam/⁊ hec non eſt omnino mala ſicut frigus peccati/de qua non loquit̄ dominus. Sed alia eſt tepiditas a gratia ad frigus culpe/⁊ hec prorſus mala eſt ⁊ periculoſa. Qui tales ſunt non ſunt ꝯtenti ſua perditione ſed etiam alios ſecum in perditionem trahunt/dum eos non ſinunt proficere/ne ab eis ſuperent̄/⁊ eorꝫ tepiditas detegatur ⁊ notetur. Ab hoc aſinario vncino fac abſoluaris ⁊ funem rumpe. Sed quibus medijs ais rumpā? Igne/ferro/⁊ aq̄. Primo: igne īflāmatiōis charitatis. Excita ⁊ excute ignem ⁊ flāmam charitatis in te ⁊ erumpe in actus feruentes/⁊ cremaſti funem/⁊ liberatus es ab vncino tepiditatis. Sed quo pacto accendam hunc ignem ꝑ beneficiorū dei ꝯſideratiōem. Collige beneficia tibi a deo exhibita/⁊ ante mētis tue oculos reponito ⁊ inde accendat̄ ignis charitatis. Eſt plane hic modus efficaciſſim⁹. Naturaliter enim diligimus eos/qui beneficia nobis exhibent/ideo cōſiderando ita cor noſtrum ad diligendum deum ꝓuocat ⁊ accendit. Hoc ita eſſe oſtēdit factū Moyſi: hic enim cū in deuoto populo dei/multa beneficia ad memoriam reuocaſſet intulit dicens. Nunc audi quid dominus a te requirat/ niſi vt tantūmodo diligas eum/ Deut.x. Teſtatur ⁊ hunc modum eſſe efficacem beat.Auguſti. Ad dilectionem inq̄t dei in nobis excitandam/ nutriendā augmentandam nihil ita/valet ſicut beneficiorum eius/frequens recordatio penſa verba Et ſubdit /cōſidera ergo o anima mea que cum omnibus que cuꝫ aliquib⁹/que ſingula ſola acceperis/⁊ aſpergere ei/q̄ dedit ad gratias referēdas. Sed ais ⁊ vnde nobis carpente ⁊ ligna pro igne conficiendo:? ⁊ q̄s modus faciendi? Tot carpente quot beneficia/ ſed forſitā de hoc erit ſpecialis ſermo/ ſi carpentas in vnum colligere contigerit. Nunc ſufficiat ſi verba beat. Bern. ſermone. xiij. ſup cantica in medium produxerimus quibus docet quemadmodum gratie ſint deo agende/ ⁊ a tepiditate in ardorem. Omnis inq̄t de bonis multiformis gratie apparentis in vobis/referatur ad ipſuꝫ laus: laudabilium ſiquidem vniuerſorum autorem ⁊ largitionem /ideꝫ non ficte quēadmodum ab hypocritis nec ſola conſuetudine ſicut a ſcolaribus / ſed nec quadam neceſſitate vt iumenta ferendis oneribus applicantur ſed ſicut decet ſanctos ſinceritare fida deuotione ſolicita hilaritate gra

ta ſed non diſſoluta. Jmmolantes itaqꝫ hoſtiam laudis/ ⁊ reddētes vota noſtra de die in diem curemus/curemus omni vigilantia/iungere ſenſum vſui affectum ſenſui exultationem affectui/grauitatem exultatiōi humilitatem grauitati liberalitatē humilitati. Quo interdum liberis purgate mentis paſſibus ꝓcedamus ⁊ excedamus / per inuſitatas quaſdam affectiões ſpirituales letitias/in iubileis amenitatibus/in lumine dei in ſuauitate/in ſpiritu ſancto probātes nos comprehēſos in his quos propheta intuebaꝛ cum diceret/domine in lumine vultus tui ambulabunt / ⁊ in nomine tuo exultabunt tota die / ⁊ in iuſtitia tua exaltabuntur. Secundo rumpendus eſt funiculus ferro/vehemētis admiratiōis. Sūt qui non habent coꝛ charitatiuum vt tali igne exurant funem. Sed in alio ſe exercēt a ſe tepiditates excutientes per vehementē admirationē fit hoc quandoqꝫ intime deuotionis affectu inter nos ⁊ deum diſcurrimus vehementiſſimo ſtupoꝛe ammirātes ſue ſublimitatꝭ ad nos īclinationē ⁊ noſtre ad deum humilitatis ſublimatiōem. Hoc ferro admirationis ſe a tepiditatis vncino liberabat Job. Quid eſt ( inquit ) homo quia magnificas eum / aut quid apponis erga eum coꝛ tuum/viſitas eum diluculo. Sic ⁊ Pſalmiſta. Quid eſt homo ꝙ memoꝛ es eius/aut filius hominis quoniam viſitas eum. De hac ſublimitate maieſtatis eius dicit Bernhar. O Mira querentis dei dignatio. O magna dignitas hominis ſic queſiti. Si perſonam intueoꝛ venientis / non capio excellentiam maieſtatis. Si attendo ad quos venit/dignationem magnam expaueſco. Si modum excogito/exaltationē agnoſco/humane conditinis. Vſus erat hoc ferro Apoſtolus cū dicebat. O altitudo diuitiarum/ſapientie ⁊ ſcientie dei ꝙ̄ incomꝑhenſibilia ſunt iudicia eius/ ⁊ īueſtigabiles vie. Tertio: aqua intime liquefactionis/aliqn̄ res aliquas cōglutinatas ſoluimus non igne nec ferro / ſꝫ aqua mollificante/ ſicut emplaſtra crinibꝫ implicita / ⁊ ſunt quidem a toꝛpoꝛe tepiditatis ſe excucientes/per coꝛdis ſui ſiue intimi deſiderij liquefactionem/in qua ſe exercent. Excitatur hic affectus in eis/ ⁊ ad eos quaſi per cannam fluit per dulciſſimam diuine bonitatis ꝯſiderationē/ꝙ̄ per inſpirationem Spiritusſancti in deuotione dulciter odoꝛant. Guſtabit ſi non erro/ hanc dulcedinem Jeremi, qui dicebat. O quam beatus es domine/anime querēti te. Bernhardus Si bonus es domine anime querenti te/ſed quid inuenienti? multum per omnem modum. Sic in lib. Sapi. O ꝙ̄ bonus ⁊ ſuauis eſt ſpiritus tuus in nobis / quia ſicut in prouerbijs dicitur precioſioꝛ eſt cunctis opibus / ⁊ omnia que deſiderantur huic non valent compari/quia ſicut dicit Joānes odoꝛ tuus domine excitauit in me concupiſcentias eternas.

Septimus ⁊ vltimus vncinus aſinarius/ eſt praua conſuetudo. Eſt hic vncinus duplex/ſecūdū ꝙ duplex eſt conſuetudo ſcꝫ propria ⁊ aliena. Equos foꝛtes ⁊ qui ſe conſueuerūt abſoluere/duplici loco alligare ſolemꝰ [zwei zugelin halffter] Et diabolus duplici cōſuetudine ſolet alligare quoſdam hoīes.

a beato Hieronymo ꝓ martyrio computatur/ſed nō omnes poſſumus eſſe martyres/ melius ergo videt̄ ꝙ vnā concubinā habeam⁹ q̄ꝫ diuerſas maculare/ ex glutino amoris vinculati nequimus ſeparari. Reſpondet ſanctus Bona.in.iiij.diſt.xxxvij.dicens. Reuera iuuenē abſtinere hoc difficillimū eſt/qꝛ qui ignem abſcondit in ſinu quō poteſt eum ferre vt eius plāte nō ardeāt. Difficile eſt extinguere ignem imittendo ligna/ſed facilimū eſt ſuperfundendo aquā. Si enim vis continere neceſſe habes mulieres effugere/ꝛ carnem macerare maxime ſi iuuenis es:ꝙ ſi hoc feceris ꝛ continentiā amare ceperis fiat tibi nō ſolum nō difficile immo per omnia facile/lex enī noua onus leuet ratione charitatis:que cetera mandata facit facilia qua qui caret difficulter poſſit onus portare. Hec ille ſeraphicus doctor/ꝛ alia plura. ¶ Nec dicas/ impoſſibile videt̄ ex nimio amore me poſſe ſeparari aut continere. Certe erras / eſt enī preceptū diuinū non fornicari ꝛ pericula vitare fornicationis: quapropter poſſibile eſt cum de⁹ impoſſibile nō precipiat / cuius oppoſitum dicere plaſphemiā extat grandis. Signū autem poſſibilitatis patet ſi grandis pena pecuniaria aut man⁹ vnius mutilatio aut decapitationis iniungeret̄ niſi abieceris cōcubinam aut a fornicatione deſiſtas vtiqꝫ abijceres ꝯcubinam ꝛ continenter viueres ceſſes ergo dicere/ꝙ continere ſit impoſſibile/prout etiā declarat doctor Nider in ſuo preceptorio. Imputa ergo proprie malicie ꝛ corruptioni qua totus mundus corruptus eſt/dicit enim doctor vincentius in ſermone exaltationis ſancte crucis. Creditur ꝙ maior pars damnatoꝝ erit ex peccato luxurie ideo cauere oportet ꝛ refrenare corp⁹ per abſtinentias/mortificando inclinationes/cauendo ab occaſionib⁹ ꝛ orare: alias dicit Bernhar. ꝙ maius miraculum eſſet viuere caſte q̄ꝫ ſuſcitare mortuos.hec ille. Arguūt adhuc alij latenti amore infecti palliando excuſationem dicentes. De cetero non peccabo cum mea concubina abijcere tamen non audeo nec volo/iret nanqꝫ ad lupanar/alijſqꝫ innumeris periculis immergeretur. Reſpondet doctor Vincētius in quodam ſermone. Illo ſtante ꝙ cōcubina tua lupanar intraret tu te ſaluares ꝛ ipſa ſola dānaret̄/ꝛ non ambo. Ideo oportet eā expellere ꝛ abijcere:vt ſcandalizati de mala veſtra vita edificent̄.hec ille doctor ſanct⁹.

¶ Itē ſtante ꝙ concubina velit ſeipſam interimere cultello vel in aqua/aut quouis modo.quemadmodū quedā fatuelle dum audiunt de abiectione earū fingere ſolent. preſertim cum pueris plurimis alique ſint onerate. Attamen huiuſmodi interemptio ꝛ homicidiū permittendū eſſet anteqꝫ eam tecum per cohabitatiōem teneres.imo eſto per impoſſibile ꝙ totus mundus periret ſi dimiſeris concubinā.adhuc ex precepto teneris ipſam abijcere ꝛ dimittere.teipm̄ pre ceteris ſaluando. Ordo nanqꝫ charitatis ſcdm̄ beatum Thomā.ſecunda ſecūde.ſub precepto cadit/ſicut ipſa charitas/ꝛ hoc ex poſtulat: vt propriā ſalutem alijs quibuſcunqꝫ preferre debes/nec ſunt facienda mala:vt inquit Apoſtolus ad Romanos.vt eueniant bona. Abijciat̄ igitur laqueus infernalis plenus miſerijs ne in breui contingat audiri ſententia cunctis formidanda ꝛ horribilis.Apocalip.xviij. Tantū ei date tormētum / ꝛ luctum quātum glorificatus fuerit in delicijs.

## Ex Decretalibus.

¶ De cohabitatōe clericoꝝ ꝛ mulieꝝ.

¶ Inhibendū eſt:vt nullus ſacerdos feminas/de quibus ſuſpitio poſſit oriri retineat.

¶ Si quiſquā ſacerdotum: id eſt preſbyter/diaconus/ſubdiaconus. de quacūqꝫ femina.crimine fornicationis ſuſpectus poſt primā ſecundā ꝛ tertiam admonitionem inueniat̄ fabulari/ ꝛ aliquo modo cōuerſari cum ea excōicationi ſubdat̄.

¶ Clericos in ſacris ordinibus cōſtitutos/qui publice tenent concubinas ad eas abiurādas nolumus cōpelli.ſed ipſos per ſuſpenſionis ꝛ interdicti ſententiam debes artius cogere:vt mulieres ipſas a ſe ita remoueant/quod de illis ſiniſtra ſuſpitio nō poſſit haberi.

¶ Mandamus quatenus clericos qui



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fornicarias habuerint ſtudioſe monere curetis/ vt a ſe illas remoueāt/ eas vlteriꝰ minime admiſſuri/ ſi vero adquieſcere ꝯtempſerint/ eos ab eccleſiaſticis beneficijs vſq₃ ad ſatiſfactionem ꝯgruam ſuſpendatis. Et ſi eas ſuſpenſi p̄ſumpſerint detinere/ ipſos ab eiſdē beneficijs ꝑpetuo remouere curitꝫ

¶ Si clerici fornicarias detinēt/ niſi eas ad ſecundam vel tertiam cōmonitionē a ſe dimiſerint/ eaſdem de cetero contempturi/ liceat tibi eos eccleſijs vel eoꝝ portionibus appellatione poſtpoſita ſpoliari/ officio ipſis nihilominus interdicto.

¶ Prohibendum quoq₃ eſt/ vt nulla femina ad altare preſumat accedere: aut preſbytero miniſtrare/ aut infra cancellos ſtare ſiue ſedere.

¶ Ex decreto. lxxxiij. diſt. c. Si ep̄s.

¶ Si Epiſcopus in fornicationē preſbyteroꝝ diaconoꝝ vl' in crimē inceſtus in ſua parrochia/ precibus vel precio interueniente conſenſerit/ vel cōmiſſum auctoritate officij ſui non impugnauerit/ ab officio ſuſpendatur glo. dicit id eſt deponatur. Et in. ſi. c. ſequentis Ep̄s qui talium crimina non corrigit/ magis dicendus eſt canis impudicus q̄ꝫ epiſcopus.

¶ Bartholomeus de Chaimis in ſuo Confeſſionali. Tit. iiij. c. i.

Si quis concubinā tenuit/ vel tenet/ publice vel occulte ſemꝑ eſt in peccato mortali: ideo non eſt abſoluendus/ niſi prius eā lic-ciet penitus ab eo.

¶ Si concubinarius forſitan relatrabit canones iſti ſunt abrogati is ſciat deum ſuam legem non abrogaſſe/ qua precepit ſe ex toto corde diligi. Totū vero cor nō eſt apō deum/ cuius aliqua vtinā nō maior pars eſt aqud concubinam. Timeat ergo ſententiam cōcubinarius: quam chriſtus laturꝰ eſt. Ite maledicti in ignem eternū.

¶ Diſtichon de eligendo Plebanatu qualis eſſe debeat:

Felix plebanus/ felix eccleſia: ſub qua
Nec naamā/ abraā/ nec ſeꝫ/ nec viuit belias

Per naamā/ intellige leproſos: per abraam iudeos: per ſem nobiles aut thirannorum officiales: per beliam monachos aut potius fratres mendicantes/ a quibus parrochie diu libere fuerunt. Et indubie tum etiam floruit religio ⁊ vita chriſtiana eccleſia q̄ꝫ ductu ſpiritusſancti directa fuit.

Q igitur mi cōfeſſor hec modica auſcultanter velim animaduertas ⁊ concubinarios ad firmū propoſitū abijciendi concubinam vt nullius peccati mortalis periculum ſit in mora efficaciter inducas anteq̄ꝫ abſoluas. Alias tu cecus cecum ad infernū ducis teq₃ ſecū p̄cipitas. Vale ex Argentina. Anno. M.ccccc. 18.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

290



## Sermo factus ⁊ habi-
tus per me Petrum. wicgrã. predica
torem indignũ eccleſie Argenti-
nenſis contra petulantiam
ſacerdotũ ⁊ laſciuam
circuitionẽ. in octa
ua Innocentũ.

VTrũ per-
ſona eccleſiaſti-
ca his periculo-
ſis. Tot morbo
rum/ tantequ ca
riſtie ⁊ letifere fa
mis/ tpibus/ lu
do puerorũ/ in
octaua Innocẽ
tũ. cum pompa
⁊ apparatu ſolito / ſine peccato mortali. ſe
ingerere poſſit: Reſpondeo per aliquot pro
poſitiones ⁊

¶ Dico primo. Perſona eccl'iaſtica/ que
ratiõe ordinis ⁊ preſidẽtie tenet gregem do
minicum/ triplici paſcere pabulo/ verbi/ ex
empli/ ⁊ ſubſidij/ cum ſcãdaloſo apparatu/
ludo puerorũ ſe ingerẽs/ peccat mortaliter/
⁊ grauiſſime. de quo videat Humb. trac.
ij. ſer. ij. ti. de Synodis/ vbi citat hunc ver
ſum. Sacra docens/ ſacra dans/ ⁊ dux ſa-
cer eſto ſacerdos. Ad huius concluſionis
intelligentiã aduertende ſunt ſequẽtes pro
poſitiones.

¶ Dico ſecundo. Petro ⁊ ſucceſſoribus
preſbyteris Chriſtus cõmiſit gregem dñi-
cum paſcendũ triplici pabulo/ ſcilicet ver-
bo/ exemplo/ ⁊ ſubſidio. Ideo dum eum
Joan. Vl. paſtorem preficeret eccl'ie/ ter ab
eo queſiuit/ an ſe diligeret. Cui ter reſpon-
denti toties iniũxit dicẽs. Paſce oues me-
as/ ſcilicet predicto triplici pabulo. Ita q
ſi quis renuerit/ cõuinceret ſummũ paſto-
rem Chriſtum/ qui eas ſibi cõmiſit non a-
mare: hanc latiorẽ declarationẽ ⁊ intellectũ
dixi ex Gabrie. li. 4. di. xiij. q. pri. dubio. v.
qui videant ⁊ ex paſtorali Gregorij.

¶ Dico tertio. Scandaliſans actiue p-
ximũ peccat mortaliter habet hoc Matth.
xviij. Si quis ſcandaliſat vnũ ex his expe
dit ei: vt ſuſpendat mola azinaria in collũ
eius/ ⁊ demergat in profundũ maris: id eſt
tolerabilior ei foret mors tẽporalis q̃ eter-
na. Item alibi dicit Chriſtus/ ve hoĩm per
quẽ ſcandalũ venit. Ve/ autẽ maledictionẽ
eternã importat. Eſt inſuper contra chari-
tatem proximi/ qua cuilibet cõmiſſum eſt
de proximo: vt Scotus in materia de ſcan
dalo deducit/ qui videat. Diceres. Et q̃d
eſt ſcandalũ/ ⁊ quid eſt dare ſcandalũ.

¶ Dico quarto/ quod ſcandalum eſt fa-
ctũ/ vel dictũ minus rectũ prebens occaſi-
onẽ ruine. hec diffinitio eſt Alexã. de ales
par. ij. q. 189. ⁊. b. Tho. ij. ſcđe. q. xliij. ar. i.
durãdi: ⁊ aliorũ in quarto ſcripto. di. xvij.
Datur itaqꝫ ſcandalum ſiue occaſio ruine
tribus modis. Primo/ quando quis ſuo
inordinato dicto vel facto intendit alium
trahere ad peccandum/ ⁊ hoc dicitur ſcan-
dalum per ſe. Secundo fit hoc/ dum quis
ſuo dicto vel facto non intendit dare occa-
ſionem ruine ⁊ ad peccandũ inducere/ ſed
ſolum ſue ſatiſfacere voluntati. Ipſum au-
tem factũ eſt tale q de ſui ratione habet q̃
ſit inductiuũ ad peccãdum: puta cum ali-
quis publice facit peccatũ/ vel habet ſimi-
litudinem peccati. Et tunc qui huiuſmodi
peccatum facit: proprie dat occaſionẽ ruine
Hec Thomas. Exemplũ. Vis eſſe concu
binarius nõ intendens per hoc ſcandaliſa
re proximũ: immo velles neminẽ inde ſcan-
daliſari/ ſed ſolum tue concupiſcentie ſatiſ-
fieri. Sed quia actus de ſe eſt malus occa
ſionem prebens ruine. Igitur hoc mõ das
ſcandalum. Tertio/ Dum quis ſuo facto
vel dicto/ quãuis non malo/ ſed ſolum ſpe-
ciem: id eſt ſimilitudinẽ mali habentis dat
occaſionẽ ruine. Et hoc clare exprimit Pau
lus dicens. Ab omni ſpecie mala abſtine-
te. Exemplificat beatus Thomas de ydo-
loticum comedẽte coram infirmis/ q quã-
uis de ſe non ſit peccatum. debet tamẽ di-
mitti ex charitate ad cauendum leſionem
proximi. Et qui in tali caſu non dimitteret
contra charitatem ageret/ ſicut dicit Apo.
ad Roma. xiiij. Si propter cibum frater
tuus contriſtatur iam non ſecundum cha-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ritatem ambulas. Noli cibo tuo illum per-
dere / pro quo Chriſtus mortuus eſt.
Sic Chriſtus de tributo dando non fuit
obnoxius. Sed audi / quid dixerit ad Pe-
trũ: Ne ſcandaliſemus eos vade ad mare ⁊
mitte hamũ ⁊c̃. Matth. xvij. Et Paulus.
Si cibus ſcandalizat fratrẽ non mandu-
cabo carnes ineternũ. Ergo omne tale eſt
peccatũ in facientibus ipſum. Hec duran-
dus: Anthonius exemplificat. Sicut cum
quis habet nimiã familiaritatẽ cũ aliqua
perſona ſuſpecta / ⁊ ſentit hoĩes ſcandaliza-
ri nefario de eis iudicando ⁊ loquẽdo / nec
vult dimittere nõ curans / q̃d alij ſcandali
ſanẽ: cum nõ ſubſit cauſa neccaria illius fa-
miliaritatꝫ: peccat mortalr̃ dans occaſionẽ
talis ruine. Ratio eſt: qꝛ contẽnit ſalutẽ pro
ximi cũ pro ea conſeruãda non ꝑtermittat
facere q̃d ſibi libuerit. Et de hoc intelligiẽ
illud Matth. xviij. Ve illi per quẽ ſcanda
lum venit: Signãter dr̃ / venit. q. d. Etiã ſi
hoc non intẽderet / ſcꝫ ſcandaliſare tñ opus
eius eſt tale: vt inde ſcãdalũ veniat. Et hoc
videnẽ ſonare. Verba Cipriani cũ dicit in
quodã loco. Peius eſt q̃ȝ mechia / continen
tiã ducere, crimioſam. Nimirꝫ ob ſolũ ſcan-
dalũ. Et hoc eſt / q̄ doctores dicunt: qꝛ a li-
citis etiã actibus ⁊ ſpiritualibꝫ abſtinendũ
eſt interdũ ad vitandũ ſcandalũ puſilloꝝ.
Sco. diſt. xiij. quarti. q. ij. Quicquid ſine
peccato mortali põt dimitti. Vitandũ eſt /
ſi ex eius exercitio oriaẽ ſcandalũ puſilloꝝ.
Item Gerſon Quilibet ab omni actu cui
non eſt aſtrictus aliunde teneẽ deſiſtere: qñ
timet aut timere dꝫ ſcd̃m vehemẽtem conie
cturã ſcandalũ puſilloꝝ. Dicit notãter cui
non eſt aſtrictus aliũde. Nam ſi eſſet aſtri-
ctus ad talẽ actum / nõ eſt omittẽdus talis
actꝰ. Et ſufficit ſibi puritas conſcie. Scan
dalũ vero exortũ / eſt ſcandalũ phariſeoꝝ ac
ceptũ / ex malicia ſcandalizati proueniens.
Audiant hoc / qui minus prouide nihil o-
mittunt propter proximũ. Niſi id mortale
ſciant. O dicunt / quid ad me q̄ proximus
ſcandalizaẽ. Sufficit mihi / qꝛ ſcio me non
mortaliter peccaſſe. Nonne Paulus dicit.
Gloria mea hec eſt teſtimoniũ conſcientie
mee? Ecce in celo teſtis meus eſt / ⁊ conſci-
us meus in excelſis: Job. xvi. Item Aug.
ad Manicheum quendã / ſenti de Auguſti
no: quicquid libet ſola in oculis dei conſci
entia me non accuſet. Quibus etiã verbis
Auguſtini. Reſpondendũ eſt. Sufficit in
quit mihi conſcientia mea / ſed proximo fa-
ma. Et habeẽ de vi. ⁊ ho. cle. c. xij. q. i. nolo
¶ Dico quinto. Perſona eccliaſtica lar-
uata vel apparatui pompoſo ludoq̄ꝫ puero
rum ſe publice ingerẽs dat ſcandalũ his tri
bus modis predictꝫ. Facit em̃ actus illici-
tos / quibus alios ad peccandũ inducere ex
propoſito intẽdit. Vel ſi nõ intẽdat. Sũt
tñ actus / qui ex ſe (preter intẽtionẽ ipſorũ.)
ſcandaliſatiui ſunt: qꝛ minus recti. Vel q̃a
ad minus ſpẽm mali habent / q̃d inductiue
capietꝫ / ſi aduertere non pigebit.
Primo prebent fomẽta ſupſtitionibꝫ genti
liũ / quod iure caueẽ. xxvi. q. v. non lꝫ. Non
licet iniquas obſeruatiões agere Kalenda-
rum / ⁊ ocijs vacare ⁊c̃. Omnis em̃ hec ob
ſeruatio paganoꝝ eſt. Et iterum. Si quis
Kalen. Januarij ⁊c̃. Vt in ſequẽtibꝫ. Q̃d
aũt hoc ex gentiliũ ſupſtitiõibꝫ originẽ du
xerint. Audiamus q̃d Macrobius recitet.
Refert Macrobius in Saturnalibꝫ / quo
modo gentiles anteq̄ꝫ fidem ſuſcepiſſent va
rias ſuperſtitiões / ⁊ feſta obſeruabãt. Cir-
ca Kalen. Januarias in honorẽ Saturni.
que ſaturnalia, vocabanẽ. Primo Cyrenen
ſes (vt ſuis verbis loquar.) placentas miſſi
tabant. Mellis ⁊ fructuũ repertorem Sa
turnũ ſi extimãtes. Deinde ad ſeptem dies /
quibus ſaturnalia durabant / ſerui gaude-
bant om̃i libertate / ad epulas ſedebant mi-
niſtrãtibus dñis / diſcurrebant licẽter ⁊ im
pune / om̃i luxu ⁊ petulantia vacãtes. Qui
bus indulgebaẽ ad honorꝫ Saturni fru-
gum inuẽtoris / quoꝝ ſerui cultores extite-
rant. Cum autẽ hec oĩa ſuperſtitioſa eſſent
⁊ religioni chriſtiane inimica / ⁊ contraria.
Sancti patres zelo religionis extirpare ea
conati ſunt / ⁊ Sub anathemate huiuſmo-
di vanitates cauerũt: vt ſupra. Dicit enim
Canon. Non licꝫ iniquas obſeruãtias age
re Kalen. ⁊ ocijs vacare. Neq̄ꝫ lauro aut vi
riditate arborũ cingere domos. Oĩs em̃
hec obſeruãtia paganoꝝ eſt. Et iterũ. ſi q̃s
Kalendas Januarij ritu paganoꝝ colere /
vel aliq̃d plus faceẽ noui ꝓpter nouũ annũ
Aut mẽſas cũ campadibꝫ aut epulis in do

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mo pꝛeparare. Et per vicos ⁊ plateas canta
toꝛes ⁊ choꝛos ducē pꝛeſumpſerit/ Anathe
ma ſit. Cum aūt ceremonie/ q̄bus vulgus
ꝯſueſcit. vix funditus extirpari pn̄t. Et dif
ficile aſueta relinquant chꝛiſtiani de gētibꝫ
ad fidē ꝯuerſi: hm̄oi ꝯſuetudīes in melius
cōmutarūt/ quo ea que pꝛius ſupſtitioſe in
idolatriā fiebant: iā in verā pietatē ⁊ religi
onē fierent. Ut ſic ſolēnitas quidē ſtaret/ ſꝫ
alia intētione fieret. Un̄ hoc mō ritus eccle
ſiaſtici rn̄dent p̄dictis ritibꝫ paganoꝝ. Pꝛi
mo amici mutuo placētas miſſitabāt in me
moriā Saturni. At nūc miſſitam᷒ placen
tas in memoriā chꝛiſti. Scd̄o ſerui ſedebāt
in mēſa miniſtrātibꝫ dn̄is. Nūc ſcholares
ſtant in ſtallis canonicoꝛū eis in pulueribꝫ
ſtātibꝫ. Tertio ſerui circuibāt in oī luxu im
pune indulgētia hita a Saturno. Et pueri
licēter diſcurrūt in octaua innocentū indul
gentia hita: qꝛ in memoriā Rachel ploꝛan
tis filios ſuos id faciūt. Ecce q̄ꝫ ſapiēter il
licita in ꝯceſſam religionē ꝯmutauerit eccle
ſia diſſimulatiōe pia ⁊ bona. Hoc in mul
tis fecit eccleſia: ſicut deducit Gerſon inde
direct. coꝛdis/ vt pꝫ in feſto purificatiōis ⁊
alijs/ ꝯmutauit itaq̄ꝫ hāc gentilitatē in piā
intētionē: vt. ſ. per ludū pueroꝝ rep̄ſentetur
Herodes ⁊ qualr̄ Rachel ploꝛaret filios ſu
os/ vt ſic hoīes inducerent̄ ad ꝯpunctionē
plus q̄ꝫ ad laſciuiā/ que oīa licita ſunt: vt in
glo. de vit. ⁊ ho. cle. Cuꝫ decoꝛē domus. Et
hoc verꝝ eſt/ ſi maneāt infra limites bone cō
ſuetudinis: qd̄ fieret ſi pueri luderent non
p̄ſbyteri. Sicut infra patebit. Uel ſaltē in
ritus min᷒ impietatiſ pꝛe ſe ferētes ſub ſpe q̄
cū tpe induſtria p̄latoꝝ ⁊ pſonaꝝ eccl'iaſti
caꝝ hm̄oi vanitates funditus extirpari de
Scd̄o ſcandaliſant̄ puſilli ſuper (berēt.
bia cleri/ q̄ hic ꝯtingit. Qd̄ ſi gētilitati nō
cōdeſcenderet̄ (eſto non tn̄ conceſſo.) varia
tn̄ vitia perpetrant̄/ quibꝫ pplus ſupꝛa mo
duꝫ ſcandaliſat̄. Nōne queſo pōpoſus iſte
circuitus ſacerdotū ⁊ pꝛelatoꝝ ſine ſupbia
fit. Qualis on̄tatio deus meus: plures vt
pompe ſatiſfaciāt debita debitiſ accumulāt
ꝓpter q̄ certiſſime anteq̄ꝫ ſoluant fulmīatio
nes ⁊ cenſuras eccl'iaſticas paſſos certo ſci
mus. Uidentes hoc laici moꝝ dicūt. Ecce
quomō elemoſyna ſuperbit̄. Nōne ſuffice
ret eis oīs luxus ⁊ abundātia in domibus
eoꝛū cum inhoneſta familia ſua? Nōne cuꝫ
ſcādalo in circuitu impij cū pompa ⁊ luxu
ambulant? An ignoratiſ/ quia cū ſuperbit
impius incendit̄ pauper cōtra clericos/ fre
munt gentes ⁊ ppl'i meditant̄ inania. Ob
quā cauſam queſo? Nimirum deteſtantes
luxū talem pꝛecipue hoc periculoſo tēpoꝛe
dum pauper inedia moꝛit̄ in platea/ ⁊ chꝛi
ſtus in angulis. Et incentiua hm̄oi īuidie
⁊ emulationis ipſi pꝛebemus. Non ſic ſu
os cooperatoꝛes Petrus docuit/ dum dice
ret. Non vt dn̄antes in clero/ ſed vt foꝛma
facti gregis.

Tertio quā infidelem diſpenſationē patri
monij Chꝛiſti pꝛe ſe ferat hec pompa/ vnde
ſcādaliſari puſillos opoꝛteat. Ipſi qui ple
bem muſſitare audiūt/ dicant. Quoꝛū ego
vnus ſum/ qui his auribꝫ hauſi. Audi di
uum Hieronymū ad Damaſum Papam
⁊ habet̄. xvi. q. pꝛi. c. fina. dicit em̄ Quic
quid hn̄t clerici paupeꝝ eſt: debent inſuper
domus eoꝛū eſſe cōmunes: Cui ſnīe docto
res innitētes dicunt. Sacerdotes ſolū diſ
penſatoꝛes bonoꝛū eccleſie non pꝛopꝛieta
rios. Alij magiſ fauentes clero. Dicūt eos
pꝛopꝛietarios/ ſed ad ſolā fidelem diſpenſa
tionē/ quod in idē redit. O dicis dn̄s ſum
bonoꝝ meoꝛū. poſſum dare ⁊ diſpēſare ad
libitū. Quibus? Rn̄deo/ fateoꝛ q̄ es dn̄s
bonoꝝ eccl'ie que poſſides/ ſꝫ ſolū ad bonā
diſpenſatione. Querit̄ aūt inter diſpēſato
res: vt fidelis q̄s inueniat̄. Is pꝛofecto qui
ſibi iuxta cōdecentiā ſtatus nec̄aria paupe
ribus ſupflua diſpēſat. Tibi nāq̄ꝫ de altari
viuere/ nō luxuriari lꝫ. Audi Baſiliū ome
pꝛima. Si fateris ea tibi diuinitus pꝛoue
niſſe. An iniuſtus eſt deus res inequaliter
diuidens: Cur tu abundas/ ⁊ ille mēdicat.
Niſi vt tu bone diſpenſationis merita con
ſequaris. Ille vero patientie brauijs deco
retur. Panis eſt famelici quē tu tenes. Nu
di tunica quā in conclaui ꝯſeruas. Diſcal
ciati calceus/ qui tecū marceſcit. Indigen
tis argentū quod poſſides/ ⁊ habet̄ trāſum
ptiue. xv. q. viij. Ambꝛo. Eſurientiū panis
eſt/ quē tu detines nudoꝝ indumētum/ q̄d
tu recludis Miſeroꝝ redemptio eſt ⁊ ab
ſolutio pecunia quā tu in terram defodis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

xlvij. diſt. c. ſicut hi. Nõne nimiũ eſſet cõcu
binã tuam cũ filijs tuis victu ⁊ amictu/ au
ro ⁊ ſerico omniqꝫ luxu in domo tua ex ele/
moſyna ⁊ p̃rimonio crucifixi ſacrilege ſupꝑ/
bire. Nũ pctm̃ tuũ vt Sodoma ꝑdicãdũ.
Credite fratres: qui ſic impie diſpenſat bo
na eccl'ie ſacrilegus eſt/ ⁊ grauiſſime peccat
Judas ſi ob hoc/ q2 bona Chriſti vxori ⁊ fi
lijs dabat/ q̃bus lege nature ꝓuidere debe/
bat tã grauiſſime peccat. Quãto grauiꝰ hi
qui ſcortꝫ/ ꝯcubinis/ ioculatoribꝫ/ mimis ꝑ
ſertim hoc grauiſſimo tp̃e in tanta caritate
annone/ in tanta pauperũ turba/ q̃bus heu
vrbs nr̃a ſcatet. Nuper cuꝫ larga darent nu/
merati ſunt bis mille/ ⁊ ducẽti paupes mẽ/
dicãtes: p̃ter hos in hoſpitali nutriunt plu
res q̃ꝫ quingenti. Sed ⁊ orphani inuẽticij
iam plus quã trecẽti numerati ſunt. Taceo
de alijs paupꝛibus/ qui ĩ vrbe nr̃a elemoſy/
nis ſuſtentant ⁊ nutriunt. Horũ ſunt ſupꝑ/
flua/ q̃bus tu ſupbis ⁊ luxuriarꝫ hac pom
pa ⁊c̃. Ecce quãtum ſcandaliſetur puſillus
impia diſpenſatiõe patrimonij crucifixi.
Quarto ſcandalizant ob petulantiã ⁊ leui
tatẽ cleri. An ne offendatꝫ populũ in ludis
his ſcenicis/ leuitatibꝫ/ ineptijs puerilibꝫ/
in verbis ſcurrilibꝫ in cachinnis/ laſciuijs
luxu/ oſtentatiõe/ vanitate/ in ſtudio ꝯpla/
cendi puellis/ ne dicã meretriculis. Ipſi iu
dicetꝫ/ ſi ſaltẽ malicia nõ ſitis obcecati. Cũ
itaqꝫ ſeculares plebei vident lumẽ exempla
ritatꝫ ⁊ grauitatis extingui in p̃latis ⁊ an/
te ſignanꝫ/ vñ accendi debebãt. Nõne ſcan
dalizant. Sicut paucis ante elapſis annis
contigit. Ubi quidã ex ciuibus nr̃is elege
runt quendã Epiſcopũ/ qui in thiara cum
pluribus ſacellanis ſuperpellicijs indutis
per plateas bini ⁊ bini ĩ ciuitate circuibãt
⁊ ferentibus ĩ manibus chartas cõglutina
tas ad inſtar cantionaliũ laſciuas cantile/
nas ꝑſonabant. Benedicite ep̃o/ confirmã
te alioſqꝫ actus ep̃ales geſtiente/ ac ſacella/
no aſpergente aqua bñdicta. Hec oĩa ⁊ ſex
centa hoꝝ in ignominiã cleri ⁊ prelatoꝝ fa
ciebãt. Dum tp̃e quadrageſimali ꝯfiteren
tur. Is qui ep̃s fuerat nullibi abſolutiõem
obtinere potuit. Tandẽ ad quendã religio
ſum doctorẽ/ ſatis eruditũ/ doctũ venit/ pe
tens abſolutionẽ. Queſiuit ꝯfeſſoꝛ/ q̃d eũ
ad hmõi deſpectuꝫ cleri impuliſſet: Rñdit
ſub fide ⁊ conſciã ſua quod ob nullã aliam
cãm hoc cum ꝯplicibus ſuis attentaſſet q̃ꝫ
ob eaꝫ. Tum vidiſſent vicarios/ officiales
ep̃i ⁊ prelatos/ ac totũ clerũ in rubeis tuni/
cis inſtar equitũ laicoꝝ cum tali pompa ſe
geſtire equites/ q̃d ſolis puerꝫ olim conceſ/
ſum fuerat: tunc cũ ipſi equites eſſent. Se
eodẽ die eadẽ licentia geſtire vicarios/ offi/
ciales/ clericos/ prelatos ⁊c̃. Nec crediſſe
tm̃ facinꝰ fuiſſe. Cũ ⁊ cleri in ludis coꝝ ſce
nicis ea que chriſtiane religionis ſunt in de
ſpectũ impune trahãt. Sicut dũ in habi/
tibus monachoꝝ/ beguttarũ/ ⁊ alioꝝ laſci/
uiã/ ⁊ cachinnũ ſoluant. Audiens motiua
iſta ⁊ nõ alia doctoꝛ iſte eundẽ abſoluit. ſa/
lutaribus tñ monitꝫ/ ne amplius cõſimile
attentaret/ euꝫ prius plurimũ adhortatus.
Uidete fratres/ an ne ſcãdalizatꝰ is fuerit.
¶ Dico ſexto. Scãdaliſare ꝓximos gra/
uius peccatũ eſt homicidio corporali. Ger
ſon enumerat quattuoꝛ peccata grauiſſima
Inter que vnum eſt ſcandaliſare proximũ.
Nimirũ ob ſatiſfactõnẽ quaſi impoſſibilẽ
vel valde difficilẽ. Tenetur enĩ ſcãdaliſans
reſtituere ſcandalizato omne bonum/ quo
eum priuauit ſuo ſcandalo: vt dicunt Do/
cto. in. 4. di. xv. Sed qui publice ſcandali
zat/ ignoꝛat quot ⁊ qui ſcandaliſent/ ⁊ quã/
tum malum ſuo ſcandalo procurauerit.
Quomodo ergo ſatiſfaciet his quos igno
rat. Ne autem perplexus is remaneat ⁊ via
penitẽdi/ ⁊ reſtitutiõem illi precludat. Con
ſulunt Doctores q̃ faciat tantũ quantum
poſſit in via ſatiſfactiõis ⁊ tutus erit. Hoc
faciet/ ſi tanta honeſtate ⁊ grauitate exẽpla
ri viuat corã illis: quãta leuitate ⁊ ſcanda/
lo prius apud eoſdẽ ſcandaliſando eos vi/
xerat. Ut ſic qui prius eius occaſione cadẽ
bant. Jam eius occaſione reſurgant. Sed
vbi hec enĩ datio queſo/ aut reſiſtẽtia vnq̃ꝫ
viſa eſt. Immo aſueti ſcurrilitatibus. Se
neſcimus ⁊ vltimũ diem claudimus in pec
catis/ in leuitatibus/ ⁊ ſcurrilitatibus pra/
uis. Nõne inſuper anĩa plus eſt q̃ꝫ corpus
Sic ⁊ ſcandalo animã accidens proximi:
grauius peccat q̃ꝫ manu corpus. Dicis/
Conſuetudo fuit a centũ annis ⁊ amplius
obſeruata/ ⁊ quodãmodo ad nos delata il/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lam cōſeruamus/⁊ cōtinuamus. Non con
ſeruare bonā conſuetudinē non eſt illi: citū
vt habent multa iura hincinde. Sed iſta
eſt cōſuetudo bona: ergo: Reſpondeo ⁊ di
co ꝙ veruꝫ eſt bona cōſuetudo eſt ſeruāda.
Et iteruꝫ dico: Quod iſta repreſentatio/ſi
manſerit in limitibus conſuetudinis bone.
Sicut pmitus obſeruata fuit: tolerabilis
eſſet/⁊ non vituperāda. Sed ꝙ preſens de
qua loquimur talis ſit omnino negamus.
Et que fuit illa inquis? Reſpōdeo: Olim
in extirpatione gentiliū obſeruationū/ſicut
prius dixi homines ex gentibus ad fidem
cōuerſi hos ludos ⁊ ſpectacula ſpiritualia
aſſumpſerūt inquātum ſunt repreſentatiua
piarū aurium. Ut eſt adoratio Magorum
Occiſio innocētum: Paſſio: aſcenſio Chri
ſti: Miſſio ſpiritusſancti/⁊ hmōi. Quorū
exercitia de ſe nō ſunt illicita/⁊ ſimiliter in
ſpectio eorū. Tales eñi ſcōm Innocentiū/
⁊ Hoſtieñ. in eccleſia fieri poſſunt/ſi cum
honeſtate fiant. Si eñi fiunt cum deuotio
ne multū animos mouēt: quia ſcōm Phi
loſophū in Ethicis. Magis mouēt exem
pla ꝙ̄ verba. Et hoc eſt/quod dicit glo. in
cap. cum decorē de vit. ⁊ hone. cle. Non ta
men hic prohibeť repreſentare preſepe domi
ni Herodis/Magos ⁊ qualiter Rachel
plorabat filios ſuos ⁊c̄. Que oīa tangunt
feſtiuitates illas ⁊c̄. De quib hic fit men
tio. Cum talia plus inducāt animū ad co
punctiōem ꝙ̄ ad laſciuiā aut voluptatem.
Et eſt ſententia ſancti Thome. Dixi aūt ꝙ
horū exercitia de ſe non ſunt illicita/⁊ cum
ſeruť honeſtas bonam eſſe conſuetudinē ⁊
tolerabilem. Nam propter quedā immixta
fiunt illicita: vt iam non dicať conſuetudo
ſed abuſus. Tunc autē ſeruatur honeſtas
in vigorē bone cōſuetudinis/ſi fiant a de
bitis ⁊ ad id aptis perſonis/locis/⁊ tem
poribus. Honeſtas loci/ne in loco ſacro fi
ant. Dicit Innocētius tertius extra de vi
ta ⁊ hone. cle. C. cum decorē. Interdū ludi
fiunt in eccleſijs theatrales/⁊ non ſolū lu
dibrioꝝ ſpectacľa/introducunť in eis mon
ſtra laruarū. Uerumetiā in aliquibus feſti
uitatibus diaconi/preſbyteri/ſubdiaconi
inſanie ſue ludibria exercere preſumūt. Fra
ternitati tue mādamus/ne per huiuſmodi

turpitudinē eccleſie inquineť honeſtas/pre
libatā ludibrioꝝ conſuetudinē/vel potius
corruptelā curetis a noſtris eccleſijs extir
pare. Quā enorme facinus ſit in loco ſacro
tempore diuinorū his ludis ſcenicis diui
num cultū intercipere/qualiter fieri hacte
nus ſolitū fuit omis zeloſi chriſtiani noue
runt. Quid reſpondebunt corā altiſſimo:
qui prophanauerūt ſic ſanctuarium eius:
Quid reſpondebunt tales: quib domus
dei cōmiſſa eſt: vt pro ea zelent. Ipſi vero
ioculatoriū fieri permittunt. Maior con
temptus fieri non poſſet deo/quā iſtis lar
uis intercipere diuina: nedū in choro ⁊ ſub
diuinis: imo ſub canone. Maxime ⁊ poſt
eleuatiōem venerabilis ſacramēti multipli
cibus iocis/laruis/⁊ leuitatibus. Unde
etiā ſacerdos miſſam canens diſtrahi poſ
ſet. Hec oculis vidi. Proh pudor vbi preſi
dētia Epiſcopi/vbi Decani/vbi zelus do
mus domini. Nōne hoc officiuꝫ epiſcopi/
qui prohibitōibus penalibus iſta ꝑuenire
deberet/⁊ ꝑcipue decan⁹. Sed pro honore
dei nemo zelat: Quid credis dn̄s/his vi
nee dn̄i ſabaoth cultoribus cū venerit di
cet. Proculdubio malos male perdet ⁊ vi
neam alijs locabit agricolis/qui fructum
reddant tēpore ſuo. Non ergo dicant: quia
cōſuetudo ſit/ſed magis abuſus merito ex
tirpandus. Sed tūc conſuetudo tolerabi
lis eſſet. Si pueri in eccleſia epiſcopū repre
ſentarēt/non autē immiſcerenť prophana.
Et hec diciť honeſtas loci: vt ſcilicet non fi
at in loco ſacro. Honeſtas perſone tūc ſer
uatur. Dum pueri in curru cantilenas ſu
as cantātes ludū puerorū geſtirent puerili
ter repreſentātes Herodem vt ſupra. Et ita
ante annos trigīta obſeruatū eſt. De quo
teſtor eos qui meminerūt. Sed ꝙ prelati ⁊
canonici ſe his puerilibus ludis immiſcue
rint cuꝫ tali ſcandaloſa pompa mentiť/qui
loquiť. Sed inde ortuꝫ habuit abuſus ta
lis. Nam maiores ciuiū in cuſtodiā puſil
lorū/quilibet puero ſuo adhibuit ſeruū/ſed
tamē raro. Hinc alij cupientes placere me
retriculis pretextu quodā ficto ſe iunxerūt
Deinde concubine canonicorū complacen
tes in laſciuijs ⁊ petulātijs honeſtatis exo
ſam habētes ſuggeſſerūt dominis: vt ſe ne

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſcirent ꝛ adiūgerent. Et ita eo ventū eſt: vt
ſenes prelati exultent in rebus puerilibus ꝛ
mores ac ludos aſſumāt puerorū (maledi/
ctus puer cētum annoꝝ.) Sicut mulieres
ſuperbe ꝛ vane quecūqꝫ laſciua viderint in
ornatu apud meretrices/ ꝛ ipſe petunt. Vi
ro autē renuente. Eya inquit iſta talia de/
fert ꝙuis impudica ꝛ improba ſit: Cur nō
ꝛ ego: emulātes honorē ſcortorum. Sic in
propoſito ꝛc̄. Oportunitas tēporis ſeruā/
da eſt ſi conſuetudo bona eſſe debet. Quo
fit vt iſtis grauiſſimis tēporibus non lice/
at. Quod ſi etiā liceret non tamē expediret
Ut quid muſica in luctu. Cantas tu prelu
ꝑu Eiulat pauper e regione pre inedia. Nō
ſic impij nō ſic mēbra ſumus vnius corpo
ris myſtici/ ꝯpatiamur inuicē neceſſum eſt.
Dicis ſi tantū malum iſtud eſt: Cur auū/
culus tuus talē abuſum nō extirpauit/ qui
plures alias malas cōſuetudines Argenti
nenſiū maximis laboribus eliminauit ma
ioris fuiſſet auctoritatis ꝙ tu ſis: Reſpon/
deo ꝛ dico: Auūculus meꝰ plus ſemel con
tra iſtum abuſum predicauit/ ꝛ in tantū: vt
olim extirparet ab eccleſia/ ne amodo epiſco
pus ſcholariū thurificaret altare. Et colle/
ctā in veſperis loco ſacerdotꝭ legeret/ quod
prius obſeruatū fuerat per longos annos.
Audiui inſuper ꝛ ego alijſqꝫ fide digni ſepi
us eum querulantē gemebundo corde/ ꝛ al/
tis ſuſpirijs hunc abuſum. Et dicentē. In
duratuꝫ eſt cor Pharaonis nullo ꝑſuaſu
dimittet hoc malū/ donec dies luctus vene
rint: dies ſcilicet famis ꝛ peſtilentie: vt ca/
riſtia annone/ ꝛ turbatio peſtis populuꝫ a
laſciuia terrore auocare ceperit: tunc ſi zelus
predicatoris adfuerit facile extirpabuntur
hec vitia. Nūc dicite queſo. Nōne dies iſti
in nos venerūt: Habita igitur oportunita
te qua conſcientia ſilere poſſem ꝛc̄. Non ta
cebo/ ſed euāgeliſabo euangeliū vſqꝫ ad cor
Hieruſalem ꝛ non timebo.

¶ Dico ſeptimo. Q, ſi qui incorrigibi/
les/ ſed ꝛ veritatis oſores futuri ſint contra
has ꝑdictas veritates latraturi/ vel ſaltē
eſtimaturi: quia nec mihi/ nec alicui licuiſſe
contra vitia ꝑublica ꝛ abuſus Cleri in ſu/
ggeſtu importune opꝛtūe inſtare zelum in/
ſuper dei quo id dicere compulſus fui non
ſecūdum ſcientiā fuiſſe. Legant ſermones
ſequentes omni acceptatione dignos diui
ꝛ melliflui Bernardi ꝓcipui domus Iſra
el zelatoris: quas habuit in concilio Rhe/
menſi in preſentia Innocentij pape ſecū/
di/ ꝛ totius Cleri. In quibus facile oſten/
dent: quia diuini verbi predicatorem nō de
ceat eſſe aſſentatorem/ ſed acrem ꝛ zeloſum
contra vitia populi ſanguine Chriſti redē/
pti inuectorem.

## Sermo diui Bernardi ad Clerum in conſilio Remenſi con/gregatum preſente Innocentio papa ſecundo.

Graue ē qd
mihi iniūgitur/ vi/
delicet vt doceā do
ctores/ iniūriam pa
tres: preſertim cum
ſcriptū ſit. interro/
ga patres tuos/ et
annūciabunt tibi.
Si precipit mihi
Moyſes iſte: cuiꝰ
manus graues ſunt/ cui obediendū eſt/ nō
ſolū a me/ ſed etiam ab omibus. Et plusqꝫ
Moyſes hic/ moyſi ꝯmiſſa fuit vna plebs
Iſraelitica iſti autem vniuerſa eccleſia. Et
plusqꝫ Angelus hic: Cui em̄ angelorū di/
xit aliquādo deus/ quecūqꝫ ligaueris ſuper
terrā erūt ligata/ ꝛ in celis. Secūdum offi
cium/ dico nō ſecūdum meritū/ preter deuꝫ
non eſt ſimilis ei/ nec in celo/ nec in terra.
hic eſt Petrus: qui miſit ſe in mare: cuꝫ alij
diſcipuli nauigarēt ad Ieſum: vnuſquiſqꝫ
veſtrū contentus eſt nauicula ſua/ hoc eſt
archiepiſcopatu ſuo/ abbatia ſua/ ꝑpoſi/
tura ſua/ iſte autē miſit ſe in omēs archiepi
ſcoꝑatus/ abbatias/ prepoſituras/ hoc ma
re magnū ꝛ ſpacioſum manibus: illic repti
lia. Quoꝝ non eſt numerus. Et nobis di/
co fratres mei epiſcopi: mirū qualiter vos
deus: vos eſtis lux mūdi/ ego dixi dij eſtis
ꝛ filij excelſi omēs. Verūtamen ſicut homi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nes moriemini: ⁊ ſicut vnus de principib9
cade. iꝰ/vbi ſapiens/vbi ſcriba / vbi conq
ſitoꝛ huius ſeculi? Nonne ſicut homines
moriuntur? Et nonne ſicut vnus de princi/
pibus cadent? vnde cadent vel quoꝝ de la/
ſere domini/ in ꝓfundum inferni: fratres
duo mala magna reſtant/ mors videlicet ⁊
iudicium: dura eſt enim conditio mortis/ ⁊
idcirco rarus ea qui velit mori: Sed que
cura mori cum hec ſit via vniuerſe carnis
Ego quo ibo a ſpiritu tuo ⁊ q̃ a facie tua
fugiam: cum dicat Apoſtolus omnes nos
repreſentari opoꝛtet ante tribunal domini
vt referat vnuſquiſqꝫ rationē de his q̄ geſ/
ſit in coꝛpoꝛe ſuo ſiue bonum ſiue malum
fratres aliam ſinodū ꝓnuncio vobis / vbi
dominus deus ſedebit in iudicio ⁊ ibi om
nes nos opoꝛtet repreſentari: ⁊ ibi deus iu
ſte iudicabit oꝛbem terraꝝ / hic includitur
iniuſticia in marſupio / ſed iuſte iudicabit
deus in illo iudicio/ ⁊ ibi omnes nos opoꝛ
tet repreſentari ( niſi foꝛte qđ nefas eſt men
ciat Apoſtolus ) ſiue ſit papa ſiue Cardi/
nalis/ſiue Archiepiſcopus/ſiue Ep̄s/ſiue
diues ſiue pauper/ſiue doctus ſiue indo/
ctus: vt referat vnuſquiſqꝫ rationem de his
que geſſit in coꝛpoꝛe: ſiue bonū ſiue malum
Et ſi reddenda eſt ratio de his q̄ quiſqꝫ geſ
ſit in coꝛpe ſuo: heu q̄d fiet de his q̄ quiſqꝫ
geſſit in coꝛpe Chꝛiſti ꝙ eſt eccleſia? Eccle/
ſia dei vobis ꝯmiſſa eſt / ⁊ dicimini paſto/
res/cū ſitis raptoꝛes. Et paucos habemus
heu paſtoꝛes/multos aūt excōicatoꝛes. Et
vtinam ſufficeret vobis lana ⁊ lac: ſititis
eciā ſanguinem. Quatuoꝛ tñ in his qui pre
ſunt in eccl'ia dei neceſſaria eſſe pre omnib9
reoꝝ/videlicet vt per hoſtiū intrent vt in hu
militate ſe ꝯtineant: auariciā declinent mū/
diciam tam coꝛde quā coꝛpoꝛe ſeruare ſtu/
deant. Sed q̄d ꝓdeſt ſi canonice eligantur
( ꝙ eſt per hoſtiū intrare ) ⁊ nō canonice vi
uant: dixit dn̄s ad duodecim. Nonne ego
vos duodecim elegi ⁊ vn9 ex vobis diabo/
lus eſt: dn̄e Jeſu cū eſſet electio illa in ma
nu tua / ⁊ haberes aliquē ꝯtradicentem ⁊
reclamātem tibi/quare elegiſti diabolū epi
ſcopū? Cur bone ieſu nō elegiſti iuſtū ⁊ bo
num ⁊ ſanctū/ſicut Petrus bonus iuſtus
⁊ ſanctus fuit? Vel ſi elegiſti diabolū cur
te iactas elegiſſe: fratres ſic facit Jeſus ho
die eligens multos diabolos epiſcopos.
Ubi pꝛoh doloꝛ reperiemus Epiſcopos/
q̄ poſt adeptā dignitatē in humilitate ſecō
tineāt. Nempe ſupbia eis occaſio eſt vt ad
tātam dignitatē aſpirent/vt in ouile chꝛiſti
impudenter irrumpāt: cū tamen per Pſal/
miſtā dn̄s dicat. Non habitabit in medio
domus mee q̄ facit ſupbiam/ Jeſus autē
in medio eſt/nō in angulo: vñ ipſe in Euā
gelio: vbi duo vel tres in nomine meo con/
gregati fuerint/in medio ſum eoꝝ. Et iteꝝ
Jeſus autem tranſiens per medium illoꝝ
ibat/ ⁊ in libro ſapientie in medio inquit ec
cleſie aperuit os eius. Et rurſus in Euāge/
lio dicit. Stetit Jeſus in medio diſcipulo
rū ſuoꝝ: ve mihi dn̄e Jeſu ſi tecū ero in do
mo tua ⁊ non in medio domus tue. At iſti
nō ſic/ſunt quidem cū Jeſu/ſed non in me
dio domus eius quia amant ⁊ faciunt ſu/
perbiā: parentes ſuos extollentes / paupes
negligentes ⁊ deprimentes. Male viuūt/ ⁊
ſubiectos male viuere volūt. Et idcirco cō
parantur apoſtate angelo qui dixit in coꝛ/
de ſuo: ponam ſedem meam ad Aquilonē
⁊ cetera. Quid eſt diabolum ad aquilonē
ſedem velle ponere/ niſi ſuperbum quēpiā
⁊ impiū. Super ſuos ſimiles a charitatis
caloꝛe vel ſapientie luce alienos: pꝛincipa/
tum appetere/vel adeptum tenere: talis erat
Abſolon ſuper filios Iſrahel patri ſuo re/
bellis/pꝛincipatū appetens talis erat Hie
roboam qui peccauit ⁊ peccare fecit filios
Iſrahel in vitulis aureis. Tales fuerunt
ſcribe ⁊ phariſei/contra quos ait dn̄s. Ue
vobis ſcribe ⁊ phariſei qui clauditis regnū
celoꝝ ante hoīes/ vos eñi nō intratis ⁊ in
troeūtes nō ſinitis introire/ poꝛro epiſcopi
huius tempis auariciā quomodo declinēt
Nō ſine miſerabili gemitu dicendū nō eſt
chr̄i oppꝛobꝛia/ſputa/flagella/clauos/lance
am/crucem ⁊ moꝛtem: hec omnia in foꝛna/
ce auaricie ꝯflant ⁊ perfligant in acquiſitio
nē turpis queſtus ⁊ preciū vniuerſitatis ſu
is marſupijs includere feſtinant: hoc ſolo
ſane a Juda ſcharioitis differentes. Quod
ille hoꝛum omne emolumentū denarioꝝ nu
mero ꝯpenſauit/ iſti veraciori ingluuie lu/
croꝛum infinitas exigunt pecunias: his in

ſaciabili deſiderio inhiāt/ per his ne amit-
tant timent/ ⁊ cum amittūt dolent/ harum
in amore quieſcunt quantū duntaxat libe-
rum eſt eis arbitrium aceruādi vel augmē-
tandi cura/ animarum nec caſus reputāt
nec ſalus. Non ſine profecto matres q̄ cū
ſint de crucifixi patrimonio nimiū incraſ-
ſati/ impinguati/ dilatati/ non compacian-
tur ſup̄ contritione ioſeph/ archipreſbyter
circuit obedientiā ſibi creditam: ⁊ vt imple-
at factum ſuū tradit ſanguinē iuſtum. Ve-
dit nempe homicidia/ adulteria/ inceſtus/
fornicationes/ ſacrilegia/ periuria/ ⁊ vſq̄
ad ſummū implent manticam ſuam/ fama
igitur volante innoteſcit epiſcopo talis que-
ſtus: ⁊ accerſito archipreſbytero/ da mihi
(inquit) partem meā at illi nihil dabo ti-
bi econtra epiſcopus/ ſi non dederis mihi
(inquit) partem meam/ aufferant tibi om-
nia fitq̄ altercatio maxima: ⁊ ꝓpter auarici-
am fit diſcordia/ poſtea vero archipreſby-
ter reuoluens ſecum ꝙ auctoritate epiſcopi
fungatur poteſtate iſta/ ⁊ ꝙ ſine gratia ipſi-
us nihil poſſit (peruerſe conuerſus) peni-
tet inquit me/ accipe partem tuam ⁊ inſup̄
de mea ꝙ beneplacitum fuerit: ⁊ reconcili-
atur/ heu ſicut Herodes ⁊ Pilatus recon-
ſiliati ſunt/ ⁊ chriſtus crucifixus eſt. Sic
nihilominus iſti reconciliantur ⁊ paupe-
res chriſti ſpoliati ſunt. En tempa iſta pla-
ne feda a negotio ꝑambulante in tenebris:
quapropter ve generationi huic a fermento
phariſeorum/ ꝙ eſt hipocriſis ſi tamen hi-
pocriſis dici debet que iam latere pre abun-
dantia non valet/ ⁊ pre impudentia non q̄-
rit ⁊ ſic ſerpit hodie putrida tabes ꝑ om-
ne corpus eccleſie/ quo latius eo deſperati-
us/ eoq̄ periculoſius quo inteſtinius. Nā
inſurgeret apertus hereticus/ mitteretur fo-
ras ⁊ arreſceret: ſi violentus inimicus ab-
ſconderet ſe quis forſitan ab eo. Nūc quo-
mō eijciet/ aut abſcondet ſe: omnes amici
⁊ inimici omnes neceſſarij/ omnes domeſti-
ci ⁊ nulli pacifici: ⁊ que ſua ſunt querūt om-
nes. Miniſtri chriſti ſunt ⁊ ſeruiunt anti-
chriſto honorati incedunt de bonis domi-
ni/ cui honorē nō deferūt vnde hinc eſt eis
quem quotidie videmus meretriceus nitor
hiſtorionicus habitus/ regius apparatus/

inde aurum in frenis/ aurū in ſellis ⁊ in cal-
caribus/ plus nitent calcaria/ quam alta-
ria/ inde menſe ſplendide/ ⁊ cibis ⁊ cyphis/
inde commeſſationes ⁊ ebrietates/ inde cy-
thara ⁊ lira ⁊ tibia: redundantia torcularia
⁊ promptuaria plena/ eructantia ex hoc in
illud. Inde dolia pigmentaria/ inde refer-
ta marſupia/ huiuſmodi ſunt ⁊ nolunt eſſe
eccl'iaꝝ ꝓpoſiti/ decani/ epiſcopi/ ⁊ archie-
piſcopi. Nec em̄ hec merito cedūt/ ſed nego-
cio illi qd̄ perambulat in tenebris olim pre-
dictū eſt/ ⁊ nunc tp̄s adimpletionis adue-
nit: ecce i pace amaritudo mea amariſſima/
amara prius in nece martyrū/ amarior poſt
in cōflictu hereticoꝝ amariſſima nūc in mo-
ribus domeſticoꝝ. Non fugari nō extermi-
nari pn̄t/ ita inualuerunt ita multiplicati
ſunt ſuper numeꝝ/ inteſtina ⁊ inſanabilis
eſt plaga eccl'ie/ ⁊ ideo in pace amaritudo
mea amariſſima. Sed in qua pace: pax eſt
⁊ non eſt pax. Pax a paganis/ pax ab here-
ticis: ſed non ꝓfecto a filijs vox plangentis
in tempe Iſrahel/ filios enutriui ⁊ exalta-
ui: ipſi aute ſpreuerūt me/ ſpreuerūt ⁊ inqui-
nauerūt a turpi vita/ a turpi queſtu/ a turpi
cōmercio/ a negocio perambulante in tene-
bris: ſupeſt vt iam de medio fiat demoniū
meridianū ad ſeducēdos ſi q̄ in chriſto rema-
nent/ adhuc ꝑſiſtentes in ſimplicitate
ſua ſiq̄dē abſorbuit fluuios ſapientū ⁊ tor-
rentes potentū/ ⁊ habet fiduciam ⁊ influat
iordanis in os eius ideſt humiles ⁊ ſimpli-
ces q̄ ſunt in eccl'ia: ipſe em̄ eſt antichriſtus
q̄ non ſolum ſe diem ſed ⁊ meridiem menti-
tur/ ⁊ extollitur ſupra id ꝙ colitur vt deus
quē dn̄s interficiet ſpiritu oris ſui/ ⁊ deſtru-
et illum illuſtratione aduentus ſui. Ecce di-
ximus q̄les habem⁹ paſtores in via hac qua
ambulabamus/ nō quales habere operet.
Non ſunt omnes amici ſponſi/ qui hodie
ſponſi ſunt eccl'ie/ hincinde aſſiſtere cernun-
tur ⁊ vt vulgo aiūt eā quaſi addextrare vi-
dent̄ pauci admodū ſunt q̄ que ſua ſunt nō
q̄rant ex oībꝫ caris eius/ diligūt munera nec
pn̄t pariter diligere chriſtū: q2 manus dede-
rūt mām̄one iuuere quō incedūt nitidi ⁊ or-
nati ⁊ circūamicti varietate/ tanq̄ ſponſa ꝓ-
cedēs de thalamo ſuo. None ſi quempiā ta-
liū repente emin⁹ ꝓcedentē aſpexeris: ſpon

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſam potius putabis quā ſponſe cuſtodē?
vñ vo bacillis exuberare eitimes/ rerū af-
fluentiā/veſtiū ſpendorem/menſarū luxu-
riam/ congeriē vaſoꝝ argenteoꝝ ⁊ aureorū
niſi de bonis ſponſi: inter hec eſt ꝙ illa pau
per inops ⁊ nuda relinquit/facie miſeran-
da/inculta/ hiſpida ⁊ exanguis: ꝓpter hoc
nō eſt hoc tempore ornare ſponſam ſed ſpo-
liare/non cuſtodire ſʒ perdere nō eſt defen
dere ſed exponere: nō eſt inſtruere ſed ꝓſti-
tuere/ nō eſt paſcere gregē dñi ſed mactare
⁊ deuorare/dicente domino de illis: qui de
uorant plebem meā vt cibū panis: ⁊ iterū/
q comederūt Jacob ⁊ lacum eius deſola-
uerunt/ ⁊ in alio ꝓpheta/ peccata populi co
medēt/quaſi dicat/ peccatoꝝ precia exigūt
⁊ peccantibꝫ ſolicitudinē non impendunt.
Quem dabis mihi de numero epiſcopoꝝ/
q̄ nō plus inuigilet ſubditoꝝ euacuandis
marſupijs quam vicijs extirpandis/ vbi
eſt qui flectat irā? vbi q̄ p̄dicet animū pla-
cabilem dño ꝓpterea relinquamus iſtos/q
nō ſunt paſtores ſʒ traditores: ⁊ imitemur
illos qui viuentes in carne/plantauerūt ec
cleſiam ſanguine ſuo. Et quidem iſti ſortiti
ſunt miniſterij locū/ſed nō zelum. Succeſ
ſores omnes cupiunt eſſe/imitatores pau-
ci. Utinam tam vigiles reperirent ad curā
q̄ꝫ alacres: q̄ꝫ alacres currunt ad Cathe-
dram: vigilarent vtiqꝫ ſolicite ſeruantes ſi-
bi creditā eccleſiam/imo vero vigilarēt pſe
metipſos/nec ſinerēt de ſe dici: amici mei ⁊
ꝓxime mei aduerſum me appropinquaue-
rūt ⁊ ſteterūt. Juſta omnino querimonia
nec ad vllam iuſtius q̄ꝫ ad noſtrā referenda
etatem/parum eſt noſtris paſtoribꝫ ꝙ non
ſeruant nos: niſi ⁊ perdant/ grauiter quip-
pe dimerſi obliuionis ſomno/ad nullū do-
minice ꝯminationis tonitruū expergiſcun
tur/vt vel ſuū ipſorū periculū expaueſcant
inde ꝙ non parcant ſuis qui non parcunt
ſibi: perimentes pariter ⁊ pereuntes. Nūc
vero dicendū. Epiſcopi vero ⁊ ſacerdotes
huius temporis caſtitatis ſanctimoniā (ſi-
ne qua nemo videbit deum) tam in corde
q̄ꝫ in corpore quō ſtudent obſeruare? Certe
dominus dicit in euangelio ad Epiſcopos
haud dubium in primitiua eccleſia. Sint
lumbi veſtri precincti. Caſtitatē a ꝓpbans
non tantū ſed etiā imperans/ atteſtat etiā
hanc ſpiritusſanctus in lege/qui nemini ni
ſi mundis (⁊ precipue a mulieribus)
panes propoſitionis edere ſinebat: vnde
⁊ Achimelech Dauid regi de his panibꝫ
cum militibus ſumere cupienti non prius
conceſſit quam eos mundos eſſe a mulieri-
bus cognouiſſet dicēte rege Dauid. Si de
mulieribus agitur/mūdi ſunt ab heri ⁊ nu
dius tertius iā tūc ſignificante ſpiritu ſan-
cto neminem ad mēſam chriſti ad illumqꝫ
panem angeloꝝ debere accedere/ niſi puri-
ficatū mente ⁊ corpore/ne quod gratia diui
na fidelibꝫ preparauit ad ſalutem/indigne
ſumentibus ad iudiciū fiat ⁊ condemnati-
onem. Iſti autem caſtitatis inſigne quali-
ter cuſtodiūt: Qui traditi in reprobum ſen-
ſum faciunt que non conueniūt. Que eīn
in occulto fiunt ab epiſcopis turpe eſt dice
re/melius itaqꝫ arbitror ſup hoc diſſimu-
lare ⁊ ſuperſedere/q̄ꝫ aliqd inde ſcādaliſent
innocētes ⁊ inexperti dicere ſed ego cur ve-
recundor dicere/quod ipſi non verecundā-
tur ſcribere ⁊ predicare? dicit aūt egregius
predicator. Sic maſculi in maſculos turpi
tudinem opantes: ⁊ mercedem ſui erroris
recipientes fratres/ factus ſum inſipiens
vos me coegiſtis.

## Sermo diui Bernardi ad Clerum in ſynodo congregatũ.

Reuerẽdiſſimi patres ⁊ domini/ ecce lecta ſunt verba ſancti Euangelij in auribus veſtris/ et vtinã diligenter intellecta ab vniuerſitate veſtra. intellectus omnibus facientibus ea. ſpeculares in ſpeculis ſuis viſu cognoſcere ſolent pulchritudinẽ/ aut turpitudinẽ ſuam. Alterius generꝭ eſt ſpeculum veſtrũ: in quo magꝭ auditu quã viſu poteſtis attẽdere/ quid deceat: ⁊ quid non deceat: quid impediat: quid expediat: quid ex debito veſtri officij vobis incumbat. Speculũ veſtrum ſanctũ eſt euangelium. Conſiderate obſecro non vultũ veſtre natiuitatis. ſed ſtatũ quotidiane cõuerſationis conſiderate ⁊ nolite abire negligendo. ſed ſtetis diligẽtius inueſtigãdo/ ⁊ perſcrutatis medullitus cõſcientijs veſtrꝭ/ in teſtimonijs eorũ/ aut gloriemini/ aut terreamini. Nam ſicut multis gloria/ ita multis eſt ignominia teſtimoniũ conſcientie ſue. Ecce ſacrũ euangeliũ ſub numero triũ perſonaꝝ includit multitudinẽ vniuerſam prelatorũ. Propoſuit eñ nobis bonũ paſtorem. mercennariũ/ ⁊ furem. Si boni paſtores eſtis gaudete: quia merces veſtra copioſa eſt in celis. Si mercenarij eſtis/ timete. quia periculum veſtrũ grande eſt in terrꝭ. Si fures eſtis igemiſcite: quia locus veſter magnus eſt in penis. niſi properaueritis ad penitentiã: ⁊ que vouiſtis dño deo vr̃o digne reddideritꝭ. Vos maxime qui in circuitu dñi eſtis/ ⁊ cõſpectu eius affertꝭ munera ⁊ offertis/ non corruptibiliũ auri ⁊ argenti/ ſꝫ precioſi ſanguinis ⁊ corporis agni imaculati. quantã dignitatem contulit vobis deus? Quãta eſt ꝑrogatiua ordinis veſtri? Pretulit vos deus regibus ⁊ imperatoribus. Pretulit ordinẽ veſtrum oĩbus ordinibus imo (vt altius loquar) pretulit vos angelis ⁊ archangelis thronis ⁊ dñationibꝫ/ ſicut enim non angelos ſed ſemen Abrahe apprehendit ad faciendam redemtionẽ ſic non angelis ſed hominibꝫ ſoliſq; ſacerdotibus dominici corpis ⁊ ſanguinis cõmiſit conſecrationẽ. Omnes eñ ſicut ait Apoſtolus ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſteriũ miſſi ꝓpter eos qui hereditatẽ capiunt ſalutis. Sed longe excellentius officiũ veſtrum ꝙ ammirabile eſt/ ⁊ non ſolum in oculis veſtris ſed etiã angeloꝝ. Hec ſunt infeliciſſima tempora que preuidit apoſtolus Paulus in quibus homines ſanã doctrinam nõ ſuſtinent ſed coaceruãt ſibi magiſtros ad deſideria ſua in quibꝫ a veritate ſe auertunt. ⁊ ad fabulas ⁊ vanitates huiꝰ ſeculi conuertuntur. Hec ſunt inq̃ nouiſſima tempora in quibus refrigeſcit charitas ⁊ abundat iniquitas multoꝝ. Quare hoc dico? Quia vt audiſtis tres perſonas imo vt planius dicam tria genera doctoꝝ ſanctũ deſcribit euangelium.

¶ Primũ genus aliq̃ quidem partẽ/ ſed vnum quodq; duoꝝ ſequentium copioſaȝ ⁊ pernicioſam includit multitudinem prelatorum: ſed illos defendit numerus/ in primo ſolo genere abundat charitas/ in alijs duobus omnino refriguit vbi nimirũ abundat iniquitas. Audiſtis ꝓprietates ſingulorum: Bonus paſtor eſt/ qui ponit animã ſuam pro ouibus ſuis. Mercenarius eſt qui vidit lupũ venientẽ ⁊ fugit/ fur eſt/ qui mactat ⁊ occidit. Bonus paſtor nõ ſuam voluntatem facere/ ſed domini ſui querit vtilitatem: ipſi ſoli ſeruat fidem/ ipſi laborat/ ipſum honorat/ ipſi querit gloriam/ nõ ſibi. Regi enim ſeculoꝝ immortali inuiſibili ſoli deo honor ⁊ glͣa in ſecula ſeculoꝝ Amen. Nõ nobis dñe nõ nobis ſꝫ nomini tuo da gloriã. Nobis miſeris da veniã/ da gratiã/ tibi ſerua gloriã vt pote a q̃ eſt venia peccatoꝝ ⁊ gratia meritoꝝ. Bonus paſtor in omni labore villicatiõis ſue querit nõ q̃ ſua ſunt/ ſꝫ que ieſu chriſti/ qđ proprium habet charitas. Unde ſi q̃ſq; excelſerit charitas operit multitudinẽ peccatorũ/ ſed ⁊ ipſe aduocatũ habet in celis/ Jeſum chriſtum dñm noſtrũ ⁊ ipſe eſt propiciatio

pro peccatis noſtris. Mercenarius eſt (vt
diximus) qui videns lupũ venientẽ fugit
Querit ergo q̃ ſua ſunt nõ que Jeſu chri-
ſti. Alioqui vtiq̃ non fugeret/ſed ſua/imo
ꝛ ſeipm̃ ſupimpẽderet potius q̃ gregẽ ſuũ
raptoribꝫ exponeret. Multi ſunt mercena-
rij qui in pſperitate leuiter deſcerni nõ poſ-
ſunt a bonis paſtoribus/ habent em̃ mul-
ta cum ipſis cõmunia. Habuerũt nanq̃ ſa
nam electionẽ in greſſu habent nihilominꝰ
mundam conuerſationẽ in pgreſſu: pacem
eccleſie amant ꝛ querunt/vtiliter ac virili-
ter eccleſiaſticis implicantur negocijs/ nõ
recuſant grauedinẽ oneris/ ſed hoc ideo/
qꝛ ambiunt gloriã honoris. Amant enim
primos recubitus in cenis/ſalutationes in
foro ꝛ vocari ab hominibꝫ rabbi. Multoti
ens etiã cibant̃ pane lachrimarũ/ꝛ vino cõ
punctionis potantur/ex recordatione pecca
torum/ſicut teſtatur iunior filius qui in re-
gione longinqua conſumpſit omnẽ ſubſtã
tiam ſuam viuendo luxurioſe. Unde ꝛ di-
xit Quãti mercenarij in domo patris mei
abundat panibus? Si panibus abundãt
mercenarij/ nunq̃d fame peribũt operarij?
Operarios dico/ qui quanto rariores in
terris/tanto chariores in celis habent̃. De
paucitate eorũ conqueritur veritas dicens.
Meſſis quidem multa/operarij autẽ pau
ci. Meſſis vtiq̃ multa/ ꝛ ſacerdotes mul-
ti/ꝛ mercenarij multi/ſed operarij pauci.
Pauci plane operarij/ꝛ admodũ rari incõ
fuſibiles qui aſpicientes in auctorẽ fidei ꝛ
conſummatorẽ Jeſum: quos inſtruũt ver-
bo ſancte predicationis nõ deſtruũt exem-
plo praue operationis/ efficatius opere q̃
verbo predicantes. Notandum vero q̃ fi-
lius nõ dicit, fac me vnũ de mercenarijs tu
is ſed fac me ſicut vnũ de mercenarijs tuis
vt videlicet ea ſibi offerat beneficia quibꝫ il
li cõicant in preſenti inquit Pſalmiſta. Ci-
bauit eos ex adipe frumenti. Quos eos?
Audi q̃d premittit̃/inimici domini menti-
ti ſunt ei. Hi ſunt quos cibat ex adipe fru-
menti/ꝛ melle ſatiat. Qui ſunt illi? merce-
narij/qui licet ad horã credant/in tempore
tamen temptationis recedunt. Unde pa-
tet quod amici ſunt mundi. Amicus autẽ
huius mundi inimicus dei cõſtituit̃/ iterũ
querunt que ſua ſunt nõ que Jeſu chriſti/
ꝛ ij non querunt que illius ſunt cum eo nõ
ſunt. Et qui cum eo non ſunt/ contra eum
ſunt: quia ipſe ait/qui non eſt mecũ contra
me eſt. Et qui contra eum ſunt inimici ei-
us ſunt. Hi per exteriora mentiuntur deo
de interioribus. Cum enim ſane predicent
ꝛ munde viuant/ſanitatem loquuuntur in
tentionis/vt videlicet deum habeãt in cau
ſa ꝛ omnia eorum interiora benedicant no
mini ſancto eius. Cum tunc tamen non de
um ſed mundum nõ dominum ſed ſeipos
habeant in cauſa. Mentiuntur potius deo
q̃ hominibus/ ad cuius contumeliã ſpe-
ctat tanta collatio gratiarũ quibus non ho
norem dei ſed hominis honorẽ conſtat ac-
quiri: nec charitati ſed cupiditati deſeruiri
Unde operarius inconfuſibilis poſtulat
non duo tantum/ ſed tria/ quia funiculus
triplex difficile rumpitur. Non enim poſtu
lat diſciplinam ꝛ ſcientiam quas poſſunt
habere ꝛ mercenarij. Sed dicit bonitatem
ꝛ diſciplinam/ꝛ ſcientiã doce me/ que tria
in filijs requiruntur. Quid enim prodeſt
diſciplinam habere in conuerſatione/ſcien-
tiã in predicatione/ niſi aſſit bonitas in in
tentione. Nuſq̃ ſcriptum eſt aut carnis ob
ſequium/ aut rationis ſcientiam ſufficere/
ſed bona voluntas ſufficit ſanata ergo vo-
luntate: vtilis erit ꝛ premioſa tam caſtiga-
tio carnis per diſciplinam/q̃ illuminatio
rationis per ſcientiã. Propter ſupradictas
ergo rationes ꝛ alias huiuſmodi diximus
quia in proſperitate mercenarius leuiter di
ſcerni non poteſt a bono paſtore/quia dum
pacis arridet ſecuritas/intentiõis eius pal
liatur infirmitas. Nihil occultũ quod non
reueletur. Uaſa figuli probat fornax: flan-
te vento aduerſitatis/ ſtatim quod infir-
mum eſt intentionis: oſtendit effectus ope
rationis. Uidit enim lupum venientem ꝛ
fugit. Qui ſunt iſti lupi? Tyranni/ꝛ rap-
tores ſeculi qui propria temptati concupi-
ſcentia vel ingenita compulſi maliuolentia
incedunt eccleſias/ vaſtant ouilia chriſti:
ſpoliant pupillos ꝛ viduas/proſcriptionẽ
inducunt pauperibus: deum plaſphemãt
in ſuis operibus. Hi factis rapinis fractiſ
q̃ eccleſijs/ cum gladijs vltionis in eis



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eꝑitur veniunt vel blandiendo/vel cõmi-
nãdo. Fugitq; mercenarius vel amore blã
dientis/vel timore perſequẽtis. Unde fu-
git? A rectitudine iuſtitie/a defenſione ec-
cleſie/a liberatiõe patrie/ab vltiõe pupillo
rum vel viduarum. Quo ad cuſtodienda
que poſſidet immo a quibus poſſidetur/vide
licet marſupia/ horrea/ cellaria/ non vtiq;
pauperibus reſeruanda/ſed euacuanda fu-
ribus aut ignibus cõſumenda / habet enĩ
aliquis intra ꝓuinciam tyrannorum poſi
tos parentes ſuos/⁊ blandit̃ proinde mul
totiens raptoribus/ vt parentibus conſu-
lat/ qui vt pacem habeant / ⁊ inter tyran-
nos floreant: affligi ſancta permittit̃ eccle-
ſia/⁊ iuſtitia conculcatur. Et quid dicã de
furibus/fures ſunt heretici. Hi ſunt fures
⁊ latrones qui veniũt in veſtimentis ouiũ/
intrinſecus autẽ ſunt lupi rapaces: quotqt
autem venerũt fures ſunt ⁊ latrones/ fures
latenter nocendo /latrones aperte ſeuiendo
heretici praua dogmata diſſeminabant in
populo / ⁊ peruerſitate doctrine ſue fidem
catholicam obnubilabãt/ ⁊ inducebãt ſim
plices in errorem. Neminem veſtrũ credo
eſſe hereticum/omnes creditis in deũ trinũ
⁊ vnum: quia paſſus ſit ⁊ ſepultus/ q; de-
ſcendit ⁊ aſcendit/facit tamen hec fides ca-
tholicum. Hac fide vtiq; demones eſſent
catholici/quia ( vt dicit Jacobꝰ ) Credũt
⁊ contremiſcunt. Uerum vtiq; catholicum
facit non fides comunis demonibus ⁊ ho
minibus/ſed ea tamẽ que cõmunis eſt ho
minibus ⁊ angelicis ſpiritibus. Que eſt
illa? Que per dilectionem operatur / de q̃
Apoſtolus dicit/ Neq; circuncisio aliquid
valet. Neq; preputium/ſed fides que ꝑ di-
lectionem operatur: hac fide ipſe predictus
erat cum diceret dũ tempus habemus ope
remur bonum ad omnes / maꝑime autẽ ad
domeſticos fidei non ſeculi. Habetis hanc
fidem? vtinam/ſed hec eſt fides que vincit
mundum quia hec eſt victoria que vincit
mundum fides noſtra diꝑerim vos vincere
mundum/aut vinci a mundo. Uideo eccle
ſias veſtras male tractatas: video quaſdã
ſemirutas/quaſdam omnino obrutas: vi-
deo in villis ſolitudinem/in agris ſilentiũ
⁊ vbiq; eꝑterminium / video in militibu

inſolentiam/in hominibus inobedientiã/
⁊ in omnibus inſipientiam: libenter tamẽ
ſuffertis huiuſmodi inſipientes. Cũ ſitis
ipſi forſitã ſapiẽtes. Suſtinetis enĩ quod
vos in ſeruitutem redigant/ꝙ deuorent/ ꝙ
accipiant/ꝙ ſuꝑ vos eꝑtollantur /ꝙ etiam
in faciem quandoq; vos cedant/aut etiam
recluſos in carcere emungãt argẽto. An hec
patimini vt in patientia veſtra poſſideatis
aĩas veſtras? Patientia enĩ nobis neceſſa-
ria eſt/ vt voluntatem dei facientes fructũ
cũ gaudio reportemus. Toleratis hec vt
volũtatẽ dei faciatis/nõ vtiq; ſ; vt vr̃a vo
lũtate ꝓpriã impleatis/vt carnis vr̃e licen-
tius curã geratis vt pueris vr̃is ⁊ parentibꝫ
ꝯmodius ꝓuideatis. Et villas tyrãnoꝝ in
pace eoꝝ ĩhabitetis vtẽtes nemoribꝫ ⁊ agros
colẽtes. Propter hoc palpatis principes ⁊
pãtes tenebraꝝ haꝝ/tã hoĩes ꝙ̃ demones
hoĩes q; ad velle eoꝝ loq̃mini/ad velle eoꝝ
ligatis ⁊ ſoluitis: ipſi ſunt ſemiepi ſemiar-
chidiaconi/immo vt veꝝ fatear ( ſalua pace
oĩm ) ipſi ſunt ſupra epos/ſuꝑ archidiaco
nos/ſupra p̃ſbyteros: ⁊ vere q̃ poteſtatẽ ha
bẽt hodie benefici vocant̃. Palpatis demo
nes q; facitis eos in vobis ſimiles altiſſi-
mo ponã inquit ſedem meã ad aquilonẽ/
⁊ ſimilis ero altiſſimo. Et ipſe qui eſt reꝑ
glorie ſuper omne filios ſuꝑbie/ frigore
iniq̃tatis ſue congelauit interiora vr̃a. Et
vt fortis armatus cuſtodiens atriũ ſuũ/in
pace obtinet cathedrã volũtatis vr̃e in qua
deberet altiſſimꝰ reſidere. In terra inq̃t paꝑ
hominibꝫ. Quibus magne ſcientie: mag-
ne nobilitatis / non ſed bone voluntatis.
Et vbi paꝑ ibi deus/ q; in pace factus eſt
locus eius. Uñ patet ꝙ ſedes eiꝰ bona vo-
luntas eſt. Qui ḡ nõ deũ/ſ; diabolũ h; in
hitantẽ interius. Et tirannis atq; raptori-
bus deſeruit eꝑteriꝰ/vincit ne mundũ? immo
victꝰ eſt a mũdo/victus eſt a diabolo / vi-
ctus eſt a carne ſua: infiꝑus eſt in limo ꝓfũ
di/⁊ nõ eſt ei ſubſtãtia vl' potẽtia reſurgẽdi
Dñe deꝰ virtutũ eꝑcita potẽtiã tuã ⁊ veni/
vt educas nos de lacu miſerie /⁊ de luto fe-
cis opi manuũ tuaꝝ porrige deꝑterã/⁊ duc
de carcere aĩas nr̃as/vt iã nõ obediãt mũ-
do/ſ; ꝯfiteant̃ noĩ tuo. Placabilis eſto ſuꝑ
officialibꝫ tuis / q̃ tibi rõnẽ reddituri ſunt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de oībꝫ tuis. Ueni dn̄e ⁊ noli tardare: inſa-
nit diabolus inſanis hoſtis humani gn̄is:
ſciens ꝙ modicū tp̄s hꝫ. Fidem habemus
ſꝫ ſine operibꝫ mortua eſt/ ⁊ nos mortui cū
ipſa: auge nobis fidē: vt in vicarijs tuis ꝑ
dilectionē operet̄: quatenus ad imperiū eo-
rum mōtes transferant̄: ⁊ de obſeſſis aīabꝫ
demones efferant̄: vt de ipſis prius eijcian-
tur ꝙ̄ cum ipſis proijciant̄ in ignē eternū.
Auge inquā nobis fidē: quia hec eſt victo-
ria/ que vincit mundū/ fides nr̄a. Hac fi-
de ſancti vicerūt regna: operati ſunt iuſtitiā
extinxerūt impetū ignis. Effugarūt aciem
gladij: cōualuerūt de infirmitatibus ſuis:
in partibus nr̄is vbiqꝫ ignis/ vbiqꝫ gladi-
us: Quare nō operamini iuſtitiā? Quare
non extinguitꝭ ignes? Quare nō effugatꝭ
aciē gladij? Quare? Ratio in ꝓmptu eſt/
q: non deo ſed hoībus queritꝭ placere. Vn̄
Paulus. Si adhuc hoībus placerē. Chri-
ſti ſeruus nō eſſem. Uos non cōualetis de
infirmitatibꝫ veſtris: ſed torpetis de igna-
uia veſtra. Nec de malefactoribus poteſtis
facere iuſtitiā: Quare/ q̄a nulla eſt virtus
fortitudinis veſtre: quoniā diſſipat domi-
nus oſſa eorū/ qui hominibus placent. Caro
infirma/ ſed oſſa ſunt fortia. Diſſipauit er-
go oſſa/ id eſt fortitudinē eorum. qui homi-
nibus querūt placere. Cōfuſi ſunt quoniā
deus ſpreuit eos/ ⁊ vos cōfuſi eſtis in acti-
bus veſtrꝭ/ non honorati: ſed onerati digni-
tatibus veſtris. quoniā deus ſpreuit vos.
Spreuit em̄ deus oēs diſcedentes a iudi-
cijs ſuis. fidē habetis. ſed ad opera vos in-
uito. vos maxime qui eſtis vicarij Chriſti.
qui eſtis paſtores animaꝝ. qui alios debe-
tis inſtruere/ non deſtruere. Uos inquam
maxime/ quia ſoli non poteſtis perire/ qui
perire debetis docendo ⁊ operādo: Multi
ſunt catholici predicādo/ qui heretici ſunt
operando/ quod heretici faciebant per pra-
ua dogmata: hoc faciunt plures hodie per
mala exempla. ſeducūt/ ſcilicet populum/ ⁊
inducūt in errorem/ ⁊ tanto grauiores ſunt
hereticis: quāto preualēt opa verbis. Uni-
genitus/ qui eſt in ſinu patrꝭ: nōne de ſecre-
to ſuo prodijt ad publicū veſtrum. Nonne
de celo deſcendit ad terras: vt predicatiōe
⁊ cōuerſatione ſua perſuaderet hoībus con-
temptum mundi. Nonne vos eſtis vicarij
eius. Nōne quod p̄dicauit/ ⁊ vos debetis
predicare/ quod diſſuaſit diſſuadere/ quod
perſuaſit perſuadere? a Chriſto dicti eſtis
chriſtiani? Nōne ea via/ qua Chriſtus ver-
ſatus eſt. Et vos vicarij eius debetis con-
uerſari? Ita plane/ niſi forte doctiores eo
fueritis vel ſanctiores. Dicite ergo Archi-
diaconi: dicite preſbyteri. Dicant etiā pon-
tis tantus ornatus? in cibis tam ſuperflu-
us apparatus? Eſca ventri/ ⁊ venter eſcis:
deus autē ⁊ hunc ⁊ has deſtruet. Multus
erat nitor veſtiū: ⁊ delicatus ciborꝫ appa-
ratus: apud illū diuitem euangelicum/ qui
induebat̄ purpura ⁊ Byſſo/ ⁊ epulabatur
quotidie ſplēdide. Mortuus tamē eſt/ ⁊ ſe-
pultus in inferno. O dirum o execrabile ⁊
horrendū ſepulchrum/ vbi eſt fletus ⁊ ſtri-
dor dentiū/ vbi ſunt aque nimiū/ vbi ꝟmis
qui non morit̄/ vbi ignis qui non extingui-
tur. Hoc ſepulchrū diuitem/ ſed ſinus Ab-
rahe pauperem Lazarū excepit. Quis ſa-
piens ⁊ cuſtodiet hec: Uir inſipiens nō co-
gnoſcet/ ⁊ ſtultus non intelliget hec: Quis
obſecro laicoꝝ auidis clericꝭ querit tpalia
⁊ ineptius vtit̄ acquiſitꝭ. Cum tantū faſtū
videant laici in ſuppellectili clericoꝝ. Nōne
per eos potius inuitant̄ ad mundū diligen-
dum ꝙ̄ negligēdum? Medice cura teipm̄:
Si mundū predicas cōtēnendū/ cōtēne
tu prius/ ⁊ ad ip̄m efficacius alios inuita-
bis. Da voci tue vocē virtutis/ cōſonet vi-
ta ꝟbis/ ⁊ ſtatim erit in ore tuo viuus ⁊ ef-
ficax ſermo dei/ ⁊ penetrabilior omni gla-
dio ancipiti. Non ſic profecto eſt/ ſed ſicut
pp̄ls/ ſic ⁊ ſacerdos/ ſic laicus/ ſic ⁊ clericus
Uterqꝫ cupit/ vterqꝫ diligit mundū/ ⁊ ea q̄
in mōo ſunt: laicus tm̄ cū labore/ ſꝫ clerici ſi-
ne labore volūt poſſider̄ totū mundū. Cōi-
care volūt cupiditati ⁊ ſuperfluitati hoīm:
ſed nō labori. Peccare volūt/ ſed nō flagel-
lari cū hoībus: vn̄ timēdū eſt qꝺ flagellent̄
cū demonibꝫ. Quō ſeculares nō expēderēt
ſubſtantiā ſuā viuēdo luxurioſe: ēt in pn̄ia
ſacerdotū: quomō nō intēderēt vanitatibꝫ
⁊ lenocinijs hu9 ſeculi: quomodo non eſ-
ſent inſolētes ⁊ elati: cum tantū faſtum: tan-
tam inſolentiā videant clericorum? Nōne
in preſentia eorum irreuerenter abutimini

elemoſynis pauperum: de patrimonio cru
cis Chriſti non facitis codices in eccleſijs:
ſed paſcitis pellices in thalamis veſtris: im
pinguatis carnes/ adoꝛnatis equos/ fale
rantes pectoꝛa/ ⁊ capita deaurando. Et ve
re in capitulis omnium platearum diſperſi
ſunt lapides ſanctuarij. Platee late ſunt/ ⁊
lata eſt via: que ducit ad moꝛtem: lapides
ſanctuarij/ id eſt ſacerdotes: ſunt in capiti
bus/ id eſt in introitu latarū viarum. Do
cent eñ populos per praua exempla. ingre
di vias latas/ que ducūt ad moꝛtem/ ⁊ de
mergunt in profundū inferni. Doloꝛ capi
tis in mēbra redundat. Capita populi ſunt
ſacerdotes. Omne caput languidū/ ⁊ omne
coꝛ merens: languēt prelati eccleſie in cupi
ditatibus ſuis: Quia ergo languoꝛ eſt in
capitibus/ meroꝛ oboꝛit in coꝛdibus. Coꝛ
da ſunt eccleſie viri religioſi/ qui honoꝛem
ſuū intelligentes/ non reſpiciunt in vanita
tes ⁊ inſanias falſas/ nec comparant iumē
tis inſipiētibus/ nec ſimiles fiunt illis. qui
ploꝛantes ploꝛant in nocte huius aduerſita
tis/ vbi apud prelatos eccleſie inualeſcit cu
piditas/ ⁊ charitas refrigeſcit. ⁊ merito cla
mat eccleſia ſancta hodie. Ecce in pace ama
ritudo mea amariſſima. Multa eſt hodie ⁊
longe grauioꝛ. q̄ꝫ credi poſſit perſecutio ſan
cte eccleſie: ⁊ talis incumbit/ qualis a prin
cipio non fuit. Multis modis perſecutus
eſt eam diabolus: ſed nunq̄ꝫ grauius q̄ꝫ ho
die: quia nunq̄ꝫ fuit maioꝛ perditio chriſti
aneꝛū. Nec liberioꝛ aut ſecurioꝛ tranſgreſ
ſio diuinoꝛū preceptoꝛum. Eccleſiam inci
pientē perſecutus eſt per Tyrannos: profi
cientem perſecutus eſt per hereticos: iam le
tam ⁊ floꝛentem perſequit̄ per motus illici
tos. Tria ſunt in anima/ ratio/ voluntas/
ſenſibilitas. rationis eſt iudiciū/ volunta
tis deſyderium/ caro debet obſequiū. Car
nem ergo cruciauit in martyribus: rationē
perturbauit in ſimplicibus: ſed volūtatem
hodie deprauat generaliter in om̄ibus. Fu
it ergo amaritudo eccleſie. amara quidē in
perſecutione tyrannoꝝ/ ſed amarioꝛ in ver
ſutia hereticoꝛū/ ſed amariſſima hodie per
prauitatem deſyderioꝛū: Ve qui dicūt pax
⁊ non eſt pax. Pacem habet eccleſia apud
extraneos/ ſed filij nequā filij ſcelerati ſeui
ant in ea/ qui propriā matrem euiſcerāt: vt
ſe pariant in honoꝛem. Pacem vbiq̄ꝫ habet
exterioꝛem. ſed interioꝛem in paucis habet.
quia vbiq̄ꝫ/ aut fere vbiq̄ꝫ iudicio rationis
non cōſentit volūtas. ſed captiuā eam du
cit in lege peccati: quia ⁊ ſi ratio ſana ſit in
iudicio voluntas tamē praua eſt in deſyde
rio: in qua nimirū reſidet diabolus ſimilis
altiſſimo: vt ſupra diximus. Euigilate iu
ſti/ abijcite diabolum/ ⁊ ſedem dei expur
gate: quia iuſtitia ⁊ iudiciū coꝛrectio ſedis
eius. Exigentibus iniquitatibus veſtris
egreſſus eſt de templo ſuo. Reducite eūꝫ ad
templū ſanctūꝫ ſuū. Templum eñ dei ſan
ctum eſt/ quod eſtis vos. Anima iuſti ſedis
⁊ templū dei eſt/ dominus in tēplo ſuo fa
cit mirabilia/ ⁊ p̄bet oꝛacula: veniat ad tem
plum ſuū dominatoꝛ/ quem queritis: quo
poſſitis dominari deſyderijs carnalibus. ⁊
diabolicis reſiſtere tentationibus: Veniat
⁊ Angelus teſtamēti quem vos vultis/ qui
annūciet vobis ſuam voluntatē/ ⁊ confir
met promiſſam hereditatē. Inducant eum
in templū ſuum parentes eius: pater vide
licet ⁊ mater/ ⁊ fratres eius. Qui ſunt illi?
Reſpondeat ipſe. Quicunq̄ꝫ fecerit volun
tatem patris mei/ qui in celis eſt: ipſe meus
pater ⁊ mater/ ⁊ frater/ ⁊ ſoroꝛ eſt. Pater ge
nerando per verbū predicationis: vt dicit
Apoſtolus/ ego per euangeliū in Chriſto
vos genui: Mater pariendo per exemplūꝫ
ſancte cōuerſationis. Frater ⁊ ſoroꝛ/ caſte/
diligendo in amoꝛe fraternitatis. Hi paren
tes eſtis vos aut eſſe debetis. Statuit vos
populus mediatoꝛes inter ſe ⁊ deum/ ⁊ vo
bis loquat̄ deus ⁊ vos ad illūꝫ. Ideo dant
vobis elemoſynas/ ⁊ primitias ſuas: vt ve
ſtris precibus ⁊ meritis propiciet̄ eis deus/
⁊ introducant̄ ad illū: ſed cum quē vobis
redditis offenſum: qualr̄ alijs reddetis pla
catū? Non eſt munda coꝛā deo oꝛatio vr̄a
Querite ergo vos parentes Ieſu Chriſti:
qui adducūt eum ad vos/ ⁊ inducant in tē
plum ſuū: Querite eos qui voluntatē dei
ex coꝛde faciūt/ qui contēpſerunt vitā mun
di/ qui caſtigant coꝛpus ſuū ⁊ in ſeruitutē
redigunt: nō vt hominibus/ ſed vt deo pla
ceant. Non ſolū recipere/ ſed diuidere ſcia
tis elemoſynā: facite ⁊ vos vobis amicos.

297

de mãmona iniquitatꝭ. Non ſolũ loquimi
ni/ſed ꝛ operamini bonũ ad oẽs. Et vt di/
cit Apoſtolus: beneficentie ꝛ cõmunionis
nolite obliuiſci: qa talibus hoſtijs ꝓmeret
deus. Inducãt proinde Jeſum in templũ
ſuũ per iuſtitiã: ꝛ perducant per iudicium.
Aperite ei portas iuſtitie: alioquin non in
gredietᷣ ad vos. Diligite iuſtitiã/qui iudi/
catis terram. Ueſtrũ eſt facere iudicium:
quia ſenatores eſtis orbis terrarũ. Diligi/
te ergo iuſtitiã/ ꝛ recte iudicate filij hoĩm.
Quid dubitatis? Apprehendite diſcipli/
nam/ꝛ contineatis vos a prauis operibus
veſtris: iuſtitiã habendo ac faciendo: quia
qui continens eſt iuſtitie apprehendet illã:
ꝛ obuiabit illi / quaſi mater honorificata.
Sine iuſtitia non ſolũ reſpublica. ſed nec
parua domus ſubſiſtere poteſt. Quare ti/
metis principes ꝛ poteſtates tenebrarũ ha/
rum. Quare vos illis ſubijcitis? Uultis
exaltari in terra: vultiſ exaltari in gentibus
Apprehendite ꝛ facite iuſtitiã: apprehendi
te voſmetipſos continẽdo/ facite/ humiles
ꝛ pauperes iuſtificando/ ꝛ profecto iniuſti
tiam exaltabimini. Dicit eñ Pſalmiſta: ꝛ
in iuſtitia tua exaltabunt. Qui? Beatus
ſcilicet populus/qui ſcit iubilatiõem. In
iubilo diuerſe voces conſonant. Sciunt er
go iubilationẽ: qui ſciunt pacem gentibus
dare/ꝛ liberare populũ dei: ꝛ vnitatẽ popu
lorũ ſeruare in vinculo pacis. Ubi tales do
mine nõ in tenebris huius mundi aberra/
bunt: ſed in lumĩe vultus tui ambulabũt:
non in ſua facie: ſed in tuo noĩe exultabunt
nõ in Tyrannoꝝ amicitia. ſed in tua iuſti/
tia exaltabunt. Timetis conculcari a leoni
bus/ſi iuſtitiã timueritis? Daniel in lacu
leonũ clamat. ꝛ non nocuerũt mihi. Qua/
re? Quia iuſtitia coram deo inuenta eſt in
me: Juſtitia plena eſt dextera tua. per dex/
teram ſpiritualia/per ſiniſtrã accipiunt tem
poralia: longitudo dierũ in dextera eius: in
ſiniſtra autem diuitie ꝛ gloria. In iudicio
ad ſiniſtrã eius erunt hedi: quibus dat in
hoc ſeculo gloriam/ꝛ diuitias: ad dexteram
autẽ agni: quibus preparata eſt longitudo
dierũ. Nolite ſitire munera in ſiniſtra eius
quia qui deſyderant eius ſiniſtrã in hoc ſe/
culo/collocabunt ad ſiniſtram eius in iudi
cio. adherete dextere eius: vt in iudicio ad
dexterã eius ſedeatis ſuper ſedes iudicanti
um: ꝛ in preſenti nõ propria virtute: ſed vir
tute dextere eius. ſuperborũ ꝛ ſublimiũ col
la premat: quia dextera dei fecit virtutem:
Uultis tamẽ de manu eius accipere dupli
cia: id eſt ſpiritualia ꝛ temporalia? Primũ
querite regnũ dei/ꝛ iuſtitiaꝫ eius/quod eſt
dextere ꝛ hec omnia abijcientur vobis que
ſunt ſiniſtre. Primũ querite regnum dei:
vt in interioribus veſtris habitet ꝛ regnet
deus. Deinde iuſtitiam eius: vt legem ex
ore veſtro requirat ꝛ aſſumat populus: ꝛ ex
tanta gratia meritorum retribuetur vobis
gloria premiorum/quam nec oculus vidit.
Et preter hec adijcient vobis hec tempora/
lia: quia gloria ꝛ diuitie in domo eius. Cu
ius eiꝰ? Haud dubiũ qui iuſte gñatiõis:
de qua premiſſum eſt: gñatio rectorũ bene/
dicetur: benedicta in predeſtinatiõe: benedi
citur in iuſtificatiõe: benedicet in glorifica/
tione: benedictio dñi ſuꝑ caput iuſti: quia
miſericordia dñi ab eterno: per predeſtinati
onem/ꝛ ineternũ per glorificatiõem. Facite
ergo iuſtitiã: non tamẽ pro veſtro arbitrio/
ſꝫ ictante iudicio: quia iuſtitia ꝛ iudiciũ cor
rectio ſedis eius. Si tamẽ faceretis iudici/
um: nec aliqd haberetis dominiũ. iudices
tantũ eſſetis non iuſtificatores: ꝛ ideo iuſti
tiam facere nõ poſſetis: propter hoc qui de
dit vobis iudiciũ/dedit ꝛ dñm: vt predixit
Propheta. Judicabũt natiões ꝛ domina/
bunt populis. Duplex eſt dominiũ prela/
toꝝ: habent eñ claues eccleſie: quibus clau
dunt/ꝛ nemo aperit. aperiunt ꝛ nemo clau
dit. habent ꝛ regalia: quia dñi ſunt vrbium
ꝛ oppidoꝝ. Nec ſolũ epiſcopatus/ſed ꝛ con
ſulatus habent: vt merito eis dicat: Quid
vltra debui facere: ꝛ non feci? ſed quod da/
tum eſt illis in adiutorium factum eſt illis
in ſcandalum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## Joannis Geileri Ceſaremontani: primi concionatoris in ede ſacre maioris eccleſie Argentoratēſis vita: per Beatum Rhenanum Seleſtatinum.

## Beatus Rhenanus Seleſtatinus Judoco Gallo Rubeaquenſi Doctori Theologo / ac diui Mauritij apud Nemetes Canonico. S. d.

¶ Duplicem iacturā Argentoratenſes paucorū dierum intercapedine fecerunt. anno em̄ ſuperiori Thomā wolphium iuniorem / vnicū latine lingue ſpecimen amiſere. preſenti vero / optimo bene beateqꝫ viuendi magiſtro / Joanne Geilero Ceſaremōtano priuati ſunt. Sic apud Thuſcos duo eruditiōis lumina picum ⁊ Politianū vno fere tempore mors ſuſtulit. Eam ob rem ⁊ eloquētia ⁊ religio Argentorati interijſſe videtur / cū vtraqꝫ ſuo ſit peculiari aſſertore viduata. Ceterū nouiſti preſtātiſſime vir quāta hic grauitate / quanta ſimul authoritate tot annis populū edocuerit hanc ei dubio procul vita ſanctior peperit. Talis em̄ eius oratio erat / qualis vita: non inqꝫ coꝝ more faciebat: qui foris ſunt Catōes: intus Sardanapali. ⁊ qui alienos neuos carpētes: intercutibus ipſi vitijs ſcatent. De abſtinentia diſputans / ipſe ieiunabat. caſtitatē laudans / caſtitatem ſeruabat. ſacerdotioꝝ pluralitē dānans: vno contētus viuebat. quippe qui nouerat nullū efficacius docendi genus / qꝫ agere que p̄ceperis. cum hoīes magis exēplis ac doctrina capiant: Quoniā vero ad defunctoꝝ cōmendationē nos pietas inhortat: ego vitā huius clariſſimi viri paucis ſum cōplexus: non tam vt glorie eius conſulerē: que longe lateqꝫ dudum percrebuit / qꝫ vt legentibus bene agendi formulā quandā preberem. Tu hanc noſtram opellā minime improbes precor. ſi em̄ tibi placuerimus / ſat fautoꝝ nos habere arbitrabimur. Bene vale ⁊ ſalue Theologoꝝ eloquētiſſime / ⁊ Rhenanū tuum mutuiter ama. Ex larario nr̄o lr̄atorio in vrbe Seleſtatina. Idib9 Maijs. An. M. D. X.

## Joannis Geileri Ceſaremōtani / primi Concionatoris in ede ſacre maioris eccleſie Argentoratenſis vita / a Beato Rhenano Seleſtatino condita.

SI apud ethnicos qui vel arte bellica / vel legum ferēdarum ſciētia / aut quauis alia eruditione ceteris preſtabāt / ſcriptorum p̄conio nōis immortalitatē ſunt adepti / cur apud chriſtianos / eorū qui ſanctius vixerunt / religionēqꝫ impēſiſſime coluerunt / nō foret illuſtris ad poſteritatē tranſmittēda memoria: Floruerūt ſane om̄i euo / qui virtutes ceteris ardētius amplexati / heroice vite nō infimū veſtigiū attigerint. Ex hoꝝ numero nr̄a tpāte fuit Joannes Geilerus Ceſaremōtanus / cuius vite explicationem iam inde ſecundo deo auſpicabimur. Ortus eſt Joānes geiler9 in vrbe Schafhuſia / anteqꝫ ab inclyto Auſtrie ducatu deſciuiſſet: Anno gratie. 1 4 45. decimaſexta Martij die. patre Joanne Geilero: matre aūt Anna Zubera. Pater cum ſcribe eius opidi miniſter fuiſſet a manu / ducta vxore anno poſt / apud Amerſuillanā plebem notarij officiū eſt aſſecutus. Eo itaqꝫ cum fortunis ſuis que iam recens nato filiolo auctiores facte erant cōmigrauit. vbi triēnio poſt aduerſantiſſimā expertus eſt fortunā: nam cum vrſum vineta depopulantē perſe-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

gutturis:ſociũ ſe adiunxiſſet:ab imani illa
beſtia:cui venabulũ incerto ictu infixerat:
ita in crure altero mordicus apprehẽſus eſt
ac miſere lancinatus: vt iam de vita eius
actũ crederet/conclamatoq ſiſtis iaceret.a
quibus em̃ opẽ expectabat ab ijs penitus
eſt neglectus:fuga ſaluti ſue cõſulentibꝰ:ſic
nocuit interdũ forti pectore iminẽti ſe obie
ciſſe diſcrimini. Vulnus eo congreſſu acce-
ptũ: non longe poſt ſacro igne correptũ: vi
rum cõfecit. Amiſſo igitur patre cũ iam tri
matũ impleſſet/ a proauo ſuo ciue Ceſare-
montano receptus eſt educãdus.cuius be-
neficio ac cura/ poſt ꝑma literaꝝ tyrocinia
ad Friburgenſe gymnaſiũ miſſus/liberali
bus diſciplinis vacauit: magiſterijq lau-
rea/tigentibꝰ hoc ſtudijs ſuis/eſt corona-
tus.Exinde mox ſacris initiari curauit.Et
cum ſacerdotẽ nil magis deceat ꝙ ſacraꝝ pe
ritia literaꝝ/ne myſteriorũ inſciꝰ/a plebeio
nihil differat/ Baſileam venit Theologie
operã daturus/ vbi cũ fere quinquẽniũ ſtu
dijs ſacris impendiſſet/ ad doctorale eſt cul-
men euectus. Vtinã atq vtinã noſtro euo
ſacerdotes nõnulli literis operã nauarẽt:ne
diuinarum ꝛ humanaꝝ iuxta ignari/aſino
apud Gabriam mithologũ ſacra deferenti/
eamq ob rem a ꝑtereuntibꝰ honore affecto
perſimiles exiſterẽt. Sed q̃d ethiopem la-
uo? Cum iam Geilerus/ nouellus doctor
Theologie cõſultiſſimus haberetur ꝛ eſſet.
Friburgũ eſt accitus/ vbi viri ꝓbitas an-
tea oĩbus erat cognita/atq chriſtianaꝝ li-
teraꝝ publicus interpres conſtitutus. Nec
illic anno lõgius mãſit.nam Herbipolim
quorundã ciuiũ perſuaſione ductus:quibꝰ
in Thermis Marchionianis e ſacro pulpi
to declamãs/impendio placuerat/ futurus
concionator pertexit. Quã vero gratus in
ea vrbe cunctis extiterit:id ſubindicat:ꝙ du
centos aureos:donec ſacerdotio opulẽtiori
dotaret/ex conditiõe ſingulis quibuſq an
nis erat recepturus. Sed dum Baſileam
pro aduehẽdis/quos illic reliquerat libris
petit/a Petro Schotto Argentoratenſi ſe
natore/viro tam graui quã prudenti/roga
tus eſt enixe admodum: vt ſi vſpiam dñici
verbi enarrãdi prouinciã ſubire vellet: Ar-
gentorati id ageret.ſe daturũ operam ne di-

gna laboꝝ mercede careret. Ad hec.hortari
hoĩem vt ſuggeſtũ inſcẽderet populoq ſui
periculũ faceret.preterea aſſeuerare/cum pa
trie ſcõm parentes oĩa debeamus/ eo illud
maxime faciundũ eſſe loco: qui Alſatie ſit
caput. Id aũt temporis ex Argentoratenſi
bus primatibus nõnulli/ felicibus Petri
Schotti auſpicijs/concionatorẽ decreue-
rant cõſtituere: qui ſolus huic officio pre-
eſſet.ne religioſoꝝ fratrũ (qui alternis ĩ ede
maiori declamitabant )varietate populus
confunderet potius ꝙ profectũ capeſſeret.
At ſacerdotiũ quo prouideri poſſet/ aliud
non occurrebat:quã quod ſacerdotis eſt epi
ſcopalis miniſtri:quẽ vulgus capellanum
epĩ vocitat. Schottus itaq Roberto An-
tiſtiti/ duriſſimo exactori.xxx. aureos pro
eo ſacerdotio ſub conditione perpetue de-
inceps ad id officium proprietatis/ de ſuo
quotannis exoluit.vnde fertur quingẽtos
in eã rem aureos impẽdiſſe. Verum Her-
bipolenſes longam doctoris abſentiã egre
ferentes/ maliq aliquid amantiſſimo viro
accidiſſe ſuſpicantes/nunciũ miſerunt Ar-
gentoratum : qui haud vano conſilio tam
diu retentus eſt :donec alter poſt hunc mo
re cauſam reiq omnẽ inueſtigaturus ad-
ueniſſet. ſed interim parato ſacerdotio/te-
cta domo/ neceſſarijſq id genus alijs diſ-
poſitis: Concionator aſſenſu Canonicorũ
accedente/conſtituitur.remiſſiq ſunt Her
bipolim tabellarij cum literis/ non ſine iu
ſto neglecti temporis ſalario. Aperuimus
iam ſatis ſuperq quo pacto Joan. Geile-
rus/Argentoratẽſis concionator euaſerit:
nunc qualem ſe in reliqua vita geſſerit pau
cis declarabimus. Nõ minus exemplo ꝙ
doctrina monſtrabilis/populũ ſibi creditũ
annis.xxxiij. fideliter continẽterq docuit:
nemini vnquã adulatus. Quin primores
eccl̃iaſticos/qui dignitatibꝰ magniſq plu
rium ſacerdotioꝝ cenſibus pollent:ſed his
abutunt aut meretriculas fouẽtes/ aut ven
trem pro deo ſtatuentes : grauiter inſecta-
batur. Tempus aũt omne cuius ſumptus
( Theophraſto autore )precioſiſſimus eſt/
ita diſſecuit. aut em̃ contẽplabat/ aut age-
bat/aut quieſcebat. Ocium vt nocentiſſi-
mam animi peſtem / vſq adeo vitabat: vt

ſomno excitatus e lecto quoq; ſtatim exili-
ret. Paſſionē ſuper benedicti ſeruatoris no
ſtri Jeſu Chriſti: ſacrificaturus anno prius
verſabat. habebat ad hoc piū meditatiōis
exercitiū/adiutrices chartas: in q̄bus cruci
fixi Chriſti figura depicta erat in angulis
affixas. Peragebat ſacrificium in ede virgi
num Veſtaliū: quas Penitentes vocant.
has: cum luxu ⁊ delitijs diffluerēt: nec pu-
dicitia ſic tuta ſatis videret: ſub arctiorem
viuendi regulā redegit. non tn̄ deerant/qui
aut amiſſione lucri/ aut demonico forſan
oeſtro perciti: ſanctā obſeruatiōis inſtituti
onē prepedire moliti ſint. ſed horū conatus
fauente deo ſua prudentia facile ſuperauit.
His etiā ſacratis deo virginibus: Hum-
bertū de virtutibus digniſſimis ſermonib9
explicauit. quos multo labore eiuſdem mo
naſterij Sacerdos maxima collegit/viuen
tiq; adhuc autori recognoſcēdos tradidit.
Prodibunt hi prope diem Schureriano
prelo excuſi. Tanta vero magnanimitate
ſuiipſius cōſcius: humanā gloriam cōtem-
pſit: vt ſuo℞ lucubrationū nihil viuus ede
ret. cum tn̄ id per alios fieri ſciret: non ap-
probare/ſed acquieſcere videbat. Fragmen
ta paſſionis: Sermones in dn̄icam precem
cum Speculo ſtultorū ⁊ libelli alij verna-
cule lingue in publicuȝ exierunt. At nauis
ſapientū/⁊ de morte opus ac penitentū na-
uis altera latere adhuc dicūtur. Quoties
declamaturus erat dicenda prius ad verbū
domi ſcribebat: ſed ſtilo ex tēporario/⁊ ob
id incultiori: qualeȝ Theologos etate ſupe-
riori fere oēs ſeruaſſe videmus. Bibliothe
cam habuit oīs generis libro℞ refertiſſimā:
quā ad ſucceſſores tranſire pientiſſime vo-
luit. ibi neq; poetis: neq; hiſtoricis ſua locu
lamēta deerant. maior tn̄ eorum numerus
erat: qui rem Theologicā ſuis ſcriptis illu
ſtrarūt. Pauperes atq; egeſtoſos maxima
ſemꝑ liberalitate fouit. hinc proiectitijs in-
fantulis cotidie vere aliq̄d dabat. vidiſſes
(vera loquor) innumerā illi quacūq; tranſi
ret circumfuſam multitudinē: que ſupplici
voce patroni opem imploraret. Neminem
vnq̄ ſine munere paſſus eſt abire. quicq̄d
em̄ ex ſacerdotij cenſu vltra vite neceſſaria
ſupererat: id om̄e in vſus pauperum eroga
bat. Hoſpitalitatē quoq; in peregre aduē
ctos ſimili ſtudio exercuit. Eruditos ac p-
bitate conſpicuos vehemēter dilexit: ⁊ inter
hos vnice quidem Jacobum wimphelin-
giū municipem meū. quo vrbem Seleſta-
tinā dectiorem tuliſſe vix credā: etiā Hugo
ne qui in ſentētias luculenta ↄmentaria cō
didit: ac Joāne altero qui in Ethicen Ariſto
telicā non ſpernēda annotamēta ↄſcripſit:
inſignis extitat. hunc inq̄ oculis chariorē
habuit/cum hoc de ſublimibus rebus diſ
ſertare cōſueuerat. Thomā wolphium iu-
niorē (cuius morte litere quoq; Argentora
ti ſunt intermortue) muneribus eſt ſepiuſcu
le proſequutus. Sebaſtianum Brantum
Jureconſultū: Baſilee degentē: Argentora
tum promouit. Carthuſios atq; eos Ceno-
bitas/ qui de familia ſunt diui Joannis
Hierololymitani: religionis obſeruātiſſi-
mi: frequenter viſitauit. Ob ſummā vero
eruditionē cum vite ſanctimonia copula-
tam: ab inuictiſſimo Jmpe. Ceſare Maxi
miliano bn̄uolētia haud vulgari dilectus
eſt. hunc interdū ad ſe accerſire: accerſitum
non tam comiter q̄ familiariter cōpellare
ſolitus erat. huius etiam in magnis rebus
conſiliū non parui eſtimabat. Sacratiſſi-
mo Ceſari precepta quedā collegit: ad que
ſe rex cōponere debeat: vt ſuis vtilitatē: ſibi
vero gloriam pariat. Subinde dictitabat
bone conſcientie eſſe Maximilianū Aug.
iuſtitie ac pacis literarumq; amantiſſimū.
Et reuera principes omneis longo poſt ſe
interuallo Maximilianus relinquit. neq;
Germanis vnq̄ maior victoriarū ſpes da-
ta fuit: ac ſub hoc clementiſſimo potentiſſi-
moq; Ceſare. Sed vt vnde digreſſi ſumus
reuertamur: neutiq̄ ſilentio inuoluendū eſt
q̄ adoleſcentulos quatuor qui vexilla ge-
ſtantes: ſacramētum eucharīſtie reuerentiſſi-
me comitarentur: ex collecticia pecunia: cui
nam partē adiecerat: primus inſtituit. Fuit
ſtatura procera/ capillo criſpo/ facie maci-
lenta/ ac corpore gracili/ ſed ſalubri ⁊ renū
dolore excepto null' egritudinib9 obnoxio.
Bis in die comedebat/vini paulo appetens
tior. magna tn̄ eſt ſemꝑ abſtinētia vſus: vt
vel ſacrū quadrageſime tēpus cottidiano
ieiunio trāſigeret. Anteqū autem eo morbo

corriperet/qui ei fatalis fuit/ ab Auguſta/
na quadam probate vite puella (nullo hec
cetrario alimento veſcitur) p̱ literas de im
minēte ſibi morte eſt certior factus/qua mo
nitione nihil cōſternatus/diſſolui cupijt ꝛ
eſſe cum Chriſto. Augeſcente tandem ob tu
morem egritudine membraqꝫ vitalia ſenſim
enecante/nature conceſſit decimo Martij
die/paulo poſt meridiem. Anno Salutis
M.D.X. Corpus eius ſequenti luce eſt
celebri pompa elatum/atqꝫ iuxta ſuggeſtū
illum celatura imagūculiſqꝫ affabre ſculp/
tis ornatiſſimū terre mādatū. Exequias ei
us ſacerdotes q̄ plurimi celebrarūt, multo
rum ciuium atqꝫ etiam ſenatus totius pre/
ſentia honoratas. Compoſui ego mox epi/
thaphium in viri ſanctiſſimi memoriam/
quod vt a poſteris quoqꝫ cognoſcatur hic
ſubieci.

## Deo trino ꝛ vni.

Bene valeas quiſquis es Joanni Geilero
ceſaremontano Theologie conſultiſſimo.
Qui Pericle eloquētior Socrate ꝯtinen
tior Numa que religioſior vite ſanctimōia
ꝛ ſacris concionib⁹ Argentoratenſem po/
pulum. Ann. xxxiij. non ſine magno pro/
fectu erudiuit. Nemini vnqꝫ aſſentatus/
paupes patrio affectu fouit/bonos ac do/
ctos mira ſtudio dilexit/ Argentorat. incly
ta reſpu. eterno decori ꝛ momento poſuit.
Vixit Ann. lxiiij. Men. xi. D. xxiiij.
obijt totius Alſatie lachrymis defle/
tus. Sub Maximiliano Augu. a
quo ob vite integritatem pluri/
mum amatus eſt. Anno gra/
tie. M.D.X. sext. Idi.
Martias. proh quam
recti exempli homo
erat. Sed or/
ta cadunt.
.,.

¶ Sperabā autē hoc qualecūqꝫ eſt epi
taphiū in ſaxo inciſum iri. ſed nihil cum fi
dibus graculo: nihil cū amaracino ſui: vt
eſt in veteri prouerbio. literatores quidā ſe/
midocti: barbarꝭ notis barbarū epigrāma
lapidi ſepulchrali circūſculpi curarūt. Hi
ſunt qui literas Romanas maiuſculas: he
breas aut egyptias eſſe cauillant. Verū pu
deat eos qui latinum ſermonē ſe callere cre/
dūt: literas nō agnoſcere/ quibus oīs etas
vſa eſt: ꝛ ſacri adhuc libri in tēplis conſcri/
pti viſunt. ſed breui hec falſa opinio abole
bitur: cū ſe literaria iuuētus oīs ad priſcā
elegantiā repudiatis grāmatiſtarū delira/
mētis feliciter cōponat. Tetigi iam vt arbi
tror breui relatione: quecunqꝫ ad Geileri vi
tam cognoſcendā neceſſaria: ac ſcitu dignio
ra viſa ſunt. haud inficias eo multa me o/
miſiſſe. ſed quis paucis innumera cōplecti
poſſet? Adiuuit nos in hac re partim Gan
golphus Luceliteinus religioſus ſacer/
dos: qui viro huic multis annis fideliter
miniſtrauit. partim Kalendariū quoddam
antiquum: in quo varia diligenter ſignata
cōperi. Memini me cū id perluſtrare ꝛ ali
qua diſquirere cepiſſem: circa diem natiui/
tatis e regione ſcriptū legere Dies calami
tatis. O bracteatam ꝛ Pythio oraculo ve
riorē ſententiā. vita eñ noſtra bulle inſtar
cito euaneſcit: erumnarū ac moleſtie pleniſ/
ſima: vt ſit tam vere q̄ eleganter a Pinda/
ro proditū: vitā eſſe vmbre ſomniū. eſt pre
terea quaſi quedā malorū Ilias/ fragilis/
inconſtans: fluxa ꝛ momēto caduca. quis
igit̄ mentis compos eam calamitatis q̄ fe
licitatꝭ nomē potius mereri negabit? Nō
ſi ob amicū miſerijs quibus oppreſſus
erat: ſolutū liberatumqꝫ gaudere ſole/
mus: minime de obitu Joannis
Geileri triſtandum erit. cum is
poſt multijugos labores: tem
porariam hanc vitam cum
eterna cōmutans: mun/
dum liquerit: beato/
rum ſortem (vt ſpe
ramus) aſſe/
cutus.
.,.

Vite FINIS.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## Vita Joannis Keyſer-ſpergij Concionatoris Argen. a. J. wimphel[i]go ſuo diſcipulo tumultuarie deſcripta.

Inclyto ⁊ pio Philippo Bauarie Duci Phriſingenſi Antiſtiti/ domino clemētiſſimo: Jacobꝰ wimphelingus de Sletſtadio Licētiatus ſeipm cō mēdat.

¶ Vidit nuper ⁊ audiuit illuſtriſſime princeps excelſa clementia tua: Joannem Keyſerſpergiū. Vidit inquā placidam maturitatem in vultu. Audiuit diſertā in ſermonibus ꝯſtantiā. Cū vt nudius vita functu meſtus audiui: nō potui nō lachrymabilem eius caſum vehementer deflere/ coactus etiam de ſua innocenti vita lugubrem ⁊ omni veritate plenā ad ſuos nepotes cōſolandos dare epiſtolam. Quam illuſtriſſime tue paternitati dedicatā/ nō ſolum ad gloriam nominis ſui ſempiternam in lucē edidi/ ſed etiam vt illam lecturi ad fundendas pro eiꝰ ſalute ad deum preces cōmoueantur: atqꝫ vt chriſtiane vite ſpeculum ⁊ exemplar in hoc viro ſumant ⁊ imitent̄. Prepoſiti Spirēſis annotatiunculā a me miſſam: ſpero clementiā tuā accepiſſe/ qua grex in veris paſcuis detineri: ⁊ omnes paſſim curati iura ſua/ nō ſolum nature lege/ ſed etiā iure ſcripto ⁊ vniuerſalis cōcilij auctoritate ſibi debita faciliꝰ tueri poſſint. Dominus deus reuerendiſſimā paternitatem tuam/ ad felix eccleſie regimē/ diu ſaluā ⁊ incolumem conſeruare dignetur. Ex Heidelberga. viij. Kalen. May. Anni chriſti. M. D. Decimi.

## Cōrado ⁊ Petro wickgram Theologis: Joannis Keyſerſpergij Argentin̄. predicatoris Nepotibꝰ: Amicis chariſſimis Jacobus wimphelig. Seletſtanus.

COgor vobis amici chariſſimi/ nuncius eſſe durus/ timens vos ꝯterreri/ verū q̄ chriſtiani eſtis ſacerdotes/ ⁊ theologi/ rerum humanaꝝ contemptores: affectus veſtros comprimere didiciſtis ⁊ audire cum modeſtia/ que dolore maximo vobis ſum relaturus.

Laudes Keyſerſpergij generatim.

¶ Gloria lux honor atqꝫ decus Argentoraten. cleri/ non Apollinis/ ſed veri dei oraculum cecidit: cecidit inquam auunculus veſter/ ⁊ patronus meus obſeruandiſſimus: Joannes Geiler Keyſerſpergius Argentinenſis eccleſie tuba/ preſidium ⁊ pater pauperum/ puſtulatorū precipua ſalus/ conſtantiſſimus eccleſiaſtice libertatis propugnator/ vltimaꝝ voluntatū fere vſqꝫ ad ſanguinē defenſor/ Joa. Gerſon illuſtrator/ nulli blandus adulator/ nō peccata nimium attenuans nec plus equo exaggerās in dicēda veritate nullius timēs potentiā.

De ſua fragilitate.

Nō curās delicias/ nō ꝯgregās diuitias/ p̄bendas eccl'iaſticas plures nō appetēs. Jmo tenuiſſimā a ſe abdicās/ ꝯciōis munere ſuſcepto/ victu ſimplex ⁊ temperatus/ frugalitatis amans/ adeo vt quacunqꝫ re aut ſupellectile cō mode carere poſſet: eam diſtraheret ⁊ in pauperes largiret̄/ poculū nēpe argenteū p̄cij florenoꝝ circiter viginti/ a pudiciſſimo Friderico de hohenzorna Argentinenſi Decano ( cuius in re diuina

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

preceptoꝛ erat) dono ſibi datum moꝛ ven-didit/ ⁊ pauperibus pecuniam dedit.

¶ De boneſtate monialiũ quibus pꝛefuit. Et de beniuolentia ſua in monachos bone ⁊ exem plaris vite.

¶ Moniales quibus pꝛefuit/ nõ ſinebat/ ab amicis ⁊ cognatis/ crebꝛo pecuniã aut res alias petere/ poſtulare/ poſcere/ mendi-care/ emulgere/ emungere/ extoꝛquere. Nec ille ſoꝛoꝛes inceſtu grauide. Fetum vel pꝛe focaſſe/ vel in lucem edidiſſe audite ſunt/ multa illis in germanicũ traduxit. Mona chos refoꝛmatos: hoc eſt exemplares/ voto rumꝫ ſuoꝝ memoꝛes/ admodum dilexit hoſpitio excepit/ ⁊ humaniſſime tractauit. Unum in pꝛimis oꝛdinis diui Dominici Thomã Lamparter/ doctũ ſyncerũ/ humi-lem/ manſuetũ/ pudicũ/ ſobꝛium/ frugalem pacis ⁊ parrochiaꝝ amatoꝛẽ/ ab hypochꝛy ſi liberũ/ eterna iugiter meditantẽ/ dono cõ ſilij ſingulariter pꝛeditũ. delitiaꝝ ⁊ diuitiarũ contẽptoꝛem (ſicꝫ vere religioſuz) fraterno cõplectebatur amoꝛe. Sollicit⁹ admodũ fu-it ⁊ anxius ne ſctimoniales oꝛdinis penitẽ tiũ ſue cure credite/ ſeſe pꝛemoꝛtuo/ in mendi cantiũ fratrum poteſtatẽ traderentur. Tum pꝛopter impenſas aduenarũ/ ad confeſſoꝛẽ ſui ſimilẽ ex diuerſis regionib⁹ diuertentiũ Tum ne pꝛouincie pꝛeſides/ abdita queꝫ loca negato ac incõceſſo vel ſolo parentũ aſpectu cum vegetis degantibuſꝫ focijs ⁊ comiti bus penetrarent.

¶ In quo credidit veram Chri-ſti religionẽ conſtare.

¶ Chꝛiſtianã diſciplinam: imo ⁊ regula-rem monachoꝝ monialiumꝫ obſeruantiã dicebat/ nõ tam conſtare in ceremonijs/ in ie-iunijs/ in vigilijs nocturnis/ in capitis ⁊ doꝛſi (humi verſus) incuruatiõe: quã in de cem pꝛeceptoꝝ cuſtodia/ in tolerãtia iniuria rum/ in exercitio virtutũ/ in mẽtis humili-tate/ in tẽperantia/ in ſuppꝛeſſione affectuũ ⁊ ſedandis animi motibus. In patientia/ mãſuetudine/ charitate/ in concoꝛdia beni-gnaꝫ ſuppoꝛtatione ⁊ ſufferentia defectuũ pꝛoximi/ ⁊ liberalitate in pauperes. Cui eti am ſnīe noſter Eraſmus Roterodamus in multis ſuoꝝ operũ locis aſtipulatur. Quam obꝛem/ non admodum Keiſerſbergio pla-cuit/ qđ pleriꝫ clauſtrales/ ſola ſua mona-ſteria ſub paupertatis aut imaginũ/ tabularũ ꝗ exoꝛnandaꝝ coloꝛe. pꝛomouẽtes/ vix vnꝗ auditi ſunt conſtãter ⁊ fideliter inducere opu lentos/ vt pupillis/ oꝛphanis/ pueris expoſi tis/ viduis/ valitudinarijs/ poſtulatis/ effe-tis/ operarijs/ xenodochijs/ pauperibuſꝫ ſcholaſticis/ parrochijs/ ⁊ reb⁹ publicis/ ele-moſynas largirentur. Ideoꝫ repetebat. Si nõ vis dare monachis ⁊ ſacerdotib⁹ tua/ non rapias vi ipſis que ſua ſunt.

¶ De reſponſo dato epõ Argẽtinen̄. ſuper cuiuſdã irregularitate ſuper qua diſpenſationẽ obtinuerat.

¶ Accerſitus ab Alberto Bauaro pꝛeſule Interrogatuſꝫ/ ſi quidã cui nomẽ Jaco-bo Lani. qui multis annis magnatũ pꝛefe-ctus fuit/ in cauſiſꝫ crimĩalib⁹ ius dixit. ⁊ contra factioſos (vulgo die punct ſchuer) tanꝗ periuros ⁊ hereticos poſtulauit. (im petrata ab Alexandro ſexto diſpenſatione) ad ſacrificandum admittendus eſſet. Ab-ſurdum enĩ epiſcopo ⁊ ſuis videbatur: eum q̃ totiens irregularitatis notã contraxiſſet/ rem diuinã facere debere. Reſpõdit Keyſer ſpergius. Et tamẽ pleriꝫ omnes notoꝛij con cubinarij/ q̃ ⁊ apud ſeipſos ſuſpenſi ac cele brando irregulares facti ſunt/ quotidie tñ rem diuinam impune adhuc facere videntur Siluit epiſcopus/ ⁊ ceteri eius lateri adhe rentes/ conſcientiam foꝛte paris criminis perculſi/ tanꝗ ⁊ ipſi de manifeſtiſſimo con cubinatu ſibi cõſcij fuiſſent: dolebat ex aĩo purpuratos illos epiſcopoꝝ conſiliarios quos plebecula doctos arbitratur/ nõ ad-mouere epõs/ vt officiũ ſuũ faciant vt a ve natione/ a choꝛeis/ a caducis rebus/ ad ſpi ritualia traherent/ iſce enĩ ſanguiſuge ſacer dotia ⁊ feuda ſitiunt nõ ſalutem ⁊ honoꝛẽ epiſcopoꝝ. ob id: eas Keyſerſpergius adu-latoꝛes/ conſpiratoꝛes/ ⁊ calumpniatoꝛes appellare ſolebat.

¶ De oratiõe ſua in ſynodo ſancta.

¶ Orationẽ in ſynodo ſancta corã eodẽ Alberto elegantiſſimam olim habuit/ qua epiſcopo ipſi veritatem omnẽ conſtantiſſi-me detexit/ quead munus ſuũ attinerent/ plene patefecit/ officiatos pꝛoximos/ pꝛinci



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pum ſeductores ( vt puta priuate non rei⸗
pub. amatores ) ſāguiſugi ꝯparauit: totiuſ
ꝗ epiſcopatus in cantu / in concubinarū
repulſa / in conſiſtorijs ⁊ monaſterijs refor
matione ⁊ cetera id genus multa : pruden⸗
ter inculcauit. Quod ſi pius Albertꝰ mo⸗
nitis illis fideliſſimis propenſius vitam a
ſuis non ſeductus accōmodaſſet. In orati
one poſtea funebri vita functus / ab eo ma⸗
ioribus ꝑconijs in dubie fuiſſet affectus:
ſed ſunt pſeudo ꝓphete qui dicunt omnia
ſcripta que de muneribꝫ pontificijs canūt
eſſe abrogata.

De Zelo iuſtitie ⁊ odio iniuſtitie.

¶ Sepe miſertus fuit / ſacerdotum infi⸗
mi gradus quos ab eis ꝙ magnatū lateri⸗
bus adherent / vel proditos vel iudicatos /
graui carceris aut rei familiaris pena ex⸗
cruciari audiebat / cum cenſores ipſi ⁊ ex⸗
actores / paribꝫ aut forte multo maioribus
flagitijs impliciti, vulgarent. Ita vt dicte⸗
rio pagani locus eſſet. Dat veniā coruis /
vexat cenſura columbas / ⁊ huic ſanctiſſime
ſententie locus non eſſet: legem patere quā
ipſe tuleris / quoties em̄ de iniuſtitia / de ty
rannide / de violentia / de calumnijs / de cō⸗
cuſſione narrationē audiebat veluti zelo ⁊
nemeſi ſuffuſus: iuſtitieꝗ amore flagrantiſ
ſimus plurimū ingemuit. Cōſiderauit em̄
pauperculū in rure clerū ob famulas in fi⸗
mo laborantes ⁊ vaccas mulgentes acriter
ab eis caſtigatum quoꝝ publice ꝯcubine
ocio ⁊ delicijs gauiſe in ſericis in annulis ⁊
torquibꝫ auratis / cum pediſſequis incede⸗
rēt nec abſꝗ ſcandalo ⁊ ſtomacho matro
naꝝ deambularent.

Quid ſenſerit de veſte frm̄ Minoꝝ.

Videns duos cordigeros argentinēſes in
exili ⁊ humillima cuculla / ſine vlla q̄ſi pli⸗
ca / inſtar reformatoꝝ ⁊ exemplariū pretere⸗
untes ad quendam dixit. En quā humilis
quā ſimplex habitus. Mirꝝ eſt ſi nō humi
litas queꝗ ſub iſta veſte lateat / alienū viti
ꝗ ⁊ abſurdum eſſet / illic ſuperbiam habi⸗
tare poſſe.

De Comparatione monialis aut
canoniſſe ſemꝑ in ſeniū vſꝗ la
ſciue ⁊ alterius proſtitute.

Dicere palam in cancellis non erubuit / ſi
vnum e duobus elegi neceſſe foret. Malle
ſe ſororē ſuā proſtitui / quam in laxe vite ce⸗
nobiū intrudi / aut abbacie canonicaꝝ laſci
uientiū preſici / quoniā monialis huiuſce⸗
modi aut abbatiſſa / quantūuis impudica
ſcandalumꝗ pariens / magno veneraretur
honore: gracioſa clemenſꝗ dn̄a nuncupa⸗
retur genua ( etiā militū ) corā ipſa flectere
tur ſicꝗ falſis honoribꝫ ⁊ indignis laudi⸗
bus continuiſꝗ delitijs freta / vſꝗ ad mor
tem ſtygiamꝗ paludē triūpharet / pſtituta
vero contemptū verbera multaſꝗ calami⸗
tates ſemꝑ ſe perpeti abhorrēs tandē ꝯpun
geretur.

De Reſpōſo dato cuidā extollenti
decretalis ſupra theologiam.

Dixerat quidem inter prandendū opus
eſſe ſacerdotibꝫ curatis / ſcire decretales / itre
pitūꝗ ⁊ iuris proceſſum quo ſe iuraꝗ ſua
parrochialia ꝯtra violentos ꝑcipue nūmi⸗
legos druides tuerent. Rn̄dit mox Keyſer
ſpergius / ⁊ mihi opus eſt barbitonſore ⁊ cal
ciario / nō autem ꝓpterea cogor mei ipſius
barbā tondere / ꝑ rioſꝗ conſuere ſotulares
ſic curatus ipſe nobilioribus ſtudijs inten
tus: que ſecularia que externa ſunt / foren⸗
ſeꝗ tribunal exigūt ꝑ cauſidicos ⁊ iurecō⸗
ſultos abſoluere poteſt.

De Rn̄ſo dato cuidā iuriſcōſulto.

Equoꝝ grege cū vnus ꝑ iocū diceret mun
di huius gloriā ⁊ dominatū / ad iureperi⸗
tos attinere: aſtipulante his verbis Daui
de. Celū celi dn̄o / terrā aūt dedit filijs ho⸗
minū / ꝑ hoīm filios iuriſtas intelligi vo⸗
lens. Subiecit e veſtigio Keyſerſpergius.
Verū eſt / ſunt em̄ iurecōſulti hoīm filij / ſꝫ
hi / de quibꝫ alio in loco idem. Rex Dauid
eloquit: filij hoīm vſꝗ ꝙ graui corde? vt
ꝗd diligitis vanitatē ⁊ q̄ritis mēdacium.

De ſua integritate / ⁊ odio duplicitatꝭ.

Erat em̄ ingenio celer ac inuentiōe ſolers
imꝑterritusꝗ / verax / ſolidus / ꝯſtans / fidei
tenax integerrimusꝗ fuit: ꝓpterea viciū il⸗
lud ꝑfidie doloſeꝗ duplicitatis / maximo
pſequebat odio / quo verſipelles ⁊ fraudu
lenti mel in labijs ⁊ fel ſub pectore geſtare
depꝛhēdunt / qui cū auꝝ pollicent / vix ora
libem ꝑreſtāt: ⁊ cum vinū ꝓbere videntur /
timendū eſt ne virus porrigāt. Parū ergo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſpei fuit de puero vel adoleſcente / qui mentiri cepiſſet.

¶ Quomodo ad naturalẽ honeſtatẽ perſuadere conatus ſit.

Ad honeſtatem naturalem quam ratio dictat (qua Tullius ⁊ Seneca prediti fuiſſe probẽtur) familiares ⁊ amicos incitare ⁊ perſuadere nitebatur / vt homo rationis ductu inditam nature legem coleret / ⁊ ꝓprie conditionis ac certe mortis: haud immemor / a faſtu ⁊ ab auaricia ſeipſum cohiberet. Sicqꝫ inter homines vltro virtutis amore / abſqꝫ vicij nota vitam ageret: etiã ſi neqꝫ deũ / neqꝫ ſtygias flammas formidare neceſſe ſit. Propterea mirabatur ſepe / curnam docti (pſertim a piugio liberi) adeo inhiarẽt diuitijs ⁊ prebendis exaggerãdis quos nõ ſolum ingenita ratio (vt rudes ⁊ populares) ſed etiã clarius qꝺdam lumẽ ex doctrinꝫ ⁊ lectionibꝫ ſupadditũ ad frugalitatẽ a ceca cupiditate trahere potuiſſet.

¶ De vigilijs nocturnis / re diuina ⁊ ſanctis eius exercitijs.

Nocte intẽpeſta euigilans / duplex officium matutinum dixit. Rem diuinam ferme quottidie nulla ſpe queſtus temporanei fecit. Mundus enim erat a mulieribus mundus etiam a muneribus / quibus alij nonnunqꝫ iuxta ſacras literas excecantur. Chorum quando per ocium licuit / ⁊ a ſtudio liberior fuit: libẽter frequentabat. Aſſerẽs ſe crebrius viſitaturũ / ſi bono ⁊ circumſpecto auriga duce / maturior ⁊ deuotioni propinquior in cãticis concinnitas ſeruaretur. His auribus verba hec audiui. A lectione aut ſcriptura / veſperi ceſſans / ad latibulum ſine face ſolus ſeceſſit. Inde mihi perſuaſum fuit ipſum / eo tempore vel meditationi eorum que prius legerat: vel deuotis / ad deum ſuſpirijs ⁊ compunctiõi vacauiſſe. Nam ⁊ prius circa meridianam horam breui ſomno indulgere ſolebat.

¶ De appetitu heremitice vite ⁊ de inſtitutore officij predicationis.

Plerumqꝫ dixerat / ſe ab heremo nequaquã abhorrere / ſi mõ pauci paris ꝓpoſiti comites ſibi forẽt. Credibile eſt ipm vitã iã dudũ ſolitariã ſubiiſſe / niſi doctiſſimi amiciſſimiqꝫ viri ſecus ei perſuaſiſſent. In primis dñs ꝓpoſitꝰ Gabriel byel ſummꝰ theologus: cuiꝰ ꝯſilio (veluti ſapientiſſimi patris) maxĩe nitebatᷓ / ⁊ poſt illũ. Petrꝰ ſchottus gubernator Argentoracẽſis reipu. prudentiſs: cuius ductu ⁊ impẽſis munus cõcionatorꝫ in ede ſacra erectũ eſt: cũ antea fratres quidã in ea declamaſſent: qͥbus non tã dei: ſummiqꝫ illius tẽpli quã proprius honos ⁊ queſtus cordi eſſe videbantᷓ: qui tãta ꝑfecto conſtãtia: metu offenſe eoꝝ: quibꝫ applaudi ſolet: vix interea vſi fuiſſent. Arbitrabantᷓ ſane amici ſolitudinis diſſuaſores ipſius ſalutares ad plebẽ exhortatiões (vite pſertim exeplari coniũctas) dño deo longe quã abditũ vite genus (in qua ſibiipſi tantum viueret) eſſe gratiores / vni precipue heremitorio ſingulꝛ afficiebatᷓ / in valle harundineti ſito ꝓpe Amorſwiler / Baſilieñ. dioceſis oppidũ. Qꝺ ipſe maiorẽ aut amoris villã recte nuncupari putabat: in eo quidẽ loco / a teneris annis heremitã nouerat (cui nomẽ fratri Sebaſtiano) quẽ ꝓpter vite innocentꝫ puritatẽ / mundiqꝫ ⁊ oĩm eius deliciaꝝ contẽptum: ſanctũ ⁊ deo dilectũ viruꝫ fuiſſe credebat. Ad eum nõnunqꝫ locũ: die diuo Bernardo ſolẽni (qui illic deus tutelaris ſiue patronꝰ eſt) aſcenderat: ⁊ ad ꝑplm illo tum ꝯuenire ſolitũ / deuotiſſimos ⁊ auditoꝝ corda cõpungẽtes ſermões faciebat. Motus fui ⁊ ego ad deſiderandã heremũ: ⁊ indubie duduꝫ cum alijs introiſſem. niſi Pauonũ noſtrũ ⁊ anteſignanũ. preſulatus Baſilieñ. preripuiſſet.

¶ In quo delectaretᷓ peregre ꝓficiſcẽs.

¶ Delectabatᷓ enim (otio nacto) abſtruſa in montibꝫ ⁊ ſyluis heremitoria. vetuſta ſacella / antiquaſqꝫ parrochias: inuiſere: diuorũ reliquias contẽplari: epigrãmata vetera legere: quacũqꝫ ſacra ede inita primũ patronos ſalutabat. Cemiteria circuiens pro defunctoꝝ aĩabus: pſalmũ quẽpiam ⁊ collectam ad deũ: fundere nõ intermittebat.

¶ De pietate in matrẽ ſuam.

Matrem grandeuã / matronam honeſtiſſimam / auiã veſtram: ſibi cohabitantẽ / multis annis: vt pientiſſimus filius liberaliſſime cum ſumma veneratione fouit.

¶ De ingrata ad cenas vocatiõe.

De lectione ad menſam.

De ſimplici eq̄nimitate in cibis.
De honeſtiſſimis meſe facecijs
apud hoſpites a ſe inuitatos.

Q, pro nullo prorſus apud patro-
nos beneficiorum intercedebat.

Inuitus extra domū ſuam prandia ſum
pſit/quā̄quam a religioſis ( etiā exempla-
ribus ⁊ nequaquā diſſolutis ) ſepiſſime in
uitaretur/raro tamen ad eos diuertebat/
domi cenans:lectionē ex ore familiaris au
ſcultabat/die mercurij a carnibus abſtinu-
it:inter carnes ⁊ piſces nullā eligendo faci
ebat differentiā/aſſerens ſe vnū vt alterum
eque poſſe mā̄ducare. Ad menſam ſuā do-
ctos ⁊ integros ꝑ ſepe vocans /facecijs ho
neſtiſſimis ad exhilarā̄dos cōuiuas/ſerua
ta omni maturitate/nonnunquā vtebatur
induci non poterat/vt apud beneficiorum
patronos pro quibuſcunq̄ ( etiam ſangui
ne iunctis ) intercederet/ literaſue cōmen-
datitias ſcriberet quoniā futura ipſoꝝ vi-
ta/nō eſſet ei ꝓfecta. Probatos aūt ⁊ nō ꝓ
bā̄dos/ad ſtat⁹ eccl'iaſticos aſſumi debere

Facetum eius reſponſum/ad quen
dam canonicū de idoneitate eli
gendi in epm dubitantem.

In electione cuiuſdam antiſtitis cū vnus
ex electoribus ei in aurem diceret/ ſeſe om-
nino dubitare/cuinā ſuum impartiret ſuf-
fragium/adeo nullus ex toto eligibiliū ce-
tu omni ex parte ſibi ydoneus videretur.
Mox reſpondit: vultis ne vos emere tru-
tas/aut mullos in foro piſcario/in quo ſo-
li gobiones aut naſones inueniuntur vena
les? Dixerat hoc obiter Keyſerſpergius cre
dens illum qui ſe conſulebat/⁊ quem per-
ſonas nouiſſe nō dubitabat/verum dixiſſe

Credidit Epiſcopus nō poſſe mali
cie prorſus reſiſtere/⁊ reforma
tionem difficilem eſſe.

Mirabat̄ vehementiſſime / cur nam adeo
nūc epiſcopatus expeterent̄/ quū hac etate
reuerendi ꝓſules / periculoꝝ pleno muneri
ſuo. Vix apud deū ſatiſfecere poſſent/quā
do viſitandi ⁊ errata caſtigandi/nihil pene
loci relictum videretur. Quapropter/nul-
li vnquam cōſilium preſtare voluit/vt epi-
ſcopum etiam ſine ambitu corruptiſue ſuf-
fragijs oblatum deſumeret.

Priſcum feruorem ad mores viꝝ
rediturum ſed alioquin in-
genia multa florere.

Admonebat ne quiſq̄ priſcos fidelium
mores chriſtianamq̄ diſciplinam/toto or
be redituram hoc euo ſperaret / ſed quiſq̄
ſaluti ſue proſpiceret /animeq̄ ꝓprie ratio-
nem haberet/in dei preceptis ambularet/⁊
ſe dn̄o deo cōmendaret. Fatebat̄ ingenue
noſtre tempeſtatis ingenia plurimum excel
lere/⁊ multa indies optime ſcripta ꝓpa-
garier:antiquas chriſtianoꝝ virtutes/pri-
ſcā fidem in deum feruidam pietatem/non
viſq̄ adeo reuiuiſcere lamentabatur. Aſſe-
rens theologos multos in ſeculo ⁊ in clau-
ſtris. In materijs ſpeculabilibus ⁊ attri-
butorum diuinorum diſtinctionibus/ ha-
rumq̄ rerū ſimilibus accutiſſimos inuentū
iri/ſed paucos/qui ſe ad virtutū preſtanti
am ⁊ ad humilem exemplaremq̄ vitam ac
cingerent/qui in dei amore eſtuaret/qui car
nis illecebras cōprimerent / qui delicias ⁊
opes ſpernerent/ ⁊ in ſecula decalogi obſer
uantia conſtanter perſeuerarent. Ideoq̄ ſe
pe numero commonefaciebat ſibi familiares
vt in ſacris lecta paginis/in affectum trahe
rent/quo ad dei timorem/mundi contemp
tum/odium vicioꝝ iuſticie ⁊ ceterarum vir
tutū amorem: fugam ⁊ horrorem inferni ac
ad celeſtium deſideriū commouerentur. Ni
hil erat a quocunq̄ theologo ſcriptū quod
non ſaltem aliquantulum luſtrare conaret̄
Quattuor eccleſie columnas aut per ſeip-
ſum legerat/aut ad menſam ſibi legi vide-
bat. Chriſoſtomum/Bernhardum/Guil-
helmum pariſianum/Joannem Gerſon pe
culiariter amabat. Guilhelmi altiſiodoren
ſis queſtiones veluti ceteris antiquiores
magnopere venerabatur.

Theologie ſtudium inchoanti ſco
laſticos ſpeculatiuoſq̄ docto
res aptiores eſſe illis quat
tuor eccleſie columnis.

Rudi theologie tyroni cenſebat/non moꝝ
priſcos illos ⁊ antiquos excellentiſſimoſq̄
patres ( qui ⁊ lumina ⁊ columne religiōis
noſtre habentur ) eſſe amplectendos / ſed
ſcolaſticos ⁊ neotericos/queſtionibus vtē
tes/qui ad diſputationes ad elidendos he

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tericos ad exacuenda ingenia ad concordã-
dos ſacre pagine ſententias (que in corti-
ce diſſentire videñt) facile quadrant ⁊ ap-
prime conducunt. Quales ſunt inter in-
numeros/ Guilhelmus altiſiodoreñ. diu⁹
Thomas aquinas/ Sanctus Bonauen-
tura/ Joannes Scotus/ Magiſter Mar-
ſilius ⁊ Gabriel et ceteri. Ex quibus tamẽ
eos pretulit ⁊ plurimũ cõmendabat/ qui p̄
ter id quod anteceſſorum ſcripta vidiſſent
⁊ repeterent. Limpidius longeqꝫ formali-
us per ſylogiſmos per enthymemata pro-
cedere/ vocabula ipſa theologica fideliter
interpretari/ notatu digna ſeriatim colloca
re ⁊ noua quedaꝫ dubia ac nouos quoſdã
conſcientie caſus/ indies emergẽtes/ ab ali
is pretermiſſos affere viderentur. In pri-
mis ad Gabrielis ſcripta quattuor (licet
primum duntaxat epithoma foret) afficie-
batur ceteriſqꝫ theologie ſtudium inchoan
tibus legenda ſuadebat. Hac ſua ſententia
⁊ rogatu quoqꝫ ſuo incitatus ſum ⁊ contra
turpiſſimam philomuſi libellum ad defen
dendam vtrunqꝫ dialecticã ⁊ neotericorũ
theologiam calamum arriperem turpeſqꝫ
imagines ⁊ obſcenos verſus illius verſifica
toris confutare ſtuderem. Spoponderam
dudum preceptori meo Keyſerſpergio me
id facturũ cui etiam vita functo volui ſer-
uare fidem: ignoſcant mihi poete alij qui
tam turpia neqꝫ ſcribunt neqꝫ depingunt.

Sermones Keyſerſpergij eſſe
vtiliſſimos.

¶ Quicquid a diuo aquinate in ſera-
phico/ in Scoto ac reliquis ſpeculatiuis
theologis ſcriptum eſt. Quod ad populũ
vtiliter dici poſſit/ propenſiſſime legebat/
⁊ clariſſime potuit interpretari/ neqꝫ em̃ ſi-
bi qui tot annis/ tot quadrageſimis/ mul-
tis ſententijs ⁊ fecundis plenas conciones
habuit/ vnius ſolius ſcribentis/ quecunqꝫ
opera ſuffeciſſent. Cum itaqꝫ tot ⁊ continu
is annis in vno ⁊ eodem inſigniqꝫ ac pre-
claro loco predicaret: cogebatur non vni ſo
li/ velut Zelotipus/ adherere: nec unum ſo
lum reuoluere/ quapropter nullius vnq̃ꝫ do-
ctrinas aut ſcripta deſperit/ ſicut ⁊ integri
ſapientiſqꝫ theologi officium eſſe videtur.
Nec etiam iureconſulti neqꝫ medici. Neo-
tericorum libros nouaſqꝫ lecturas nõ in p̄
cio hebent/ at emũt: legunt ⁊ introſpiciunt
Et Jacobus de alta Strata pater omniũ
excellentiſſimus licet ſacro ſancto diui do-
minici ordini addictus/ in ſuo tamẽ de ma
leficijs opuſculo: Joannem Scotum pie
defendit atqꝫ fideliter excuſat/ ſeraphicũqꝫ
in teſtem adducit: in quo non paruã ſince-
ri affectus ac equi iudicij laudem meretur.
Ex eius libello plane cognoſcit Henricũ
Kolherum/ eccleſie Friburgenſis paſtorem
nunc mecũ cleri Argentiñ. cenſorem vigilã
tiſſimum: contra phytones ⁊ diuinos vera
predicaſſe/ ac rem ſanctam in expellendis a
republica diuinatoribꝫ egiſſe. Furcifferum
vero quẽdam ac arrogantiſſimũ eius emu
lum ⁊ oblatratorem nõ abſqꝫ graui plebis
ſcandalo fuiſſe mentitum. Nullum ergo
Keyſerſpergius qui homelias ſcripſit (im
preſſas ſaltem) non legit vt ſiquid honeſti
in eis offenderet ſuis aliquando locis ⁊ tẽ-
poribus inter concionandum eo vteretur.
Itaqꝫ q̇ſquis exactiſſimos Joannis Key-
ſerſpergij de Chriſto: de Domiã nr̃a. De
ceteris diuis: de morte: de vitijs: de virtuti
bus: ⁊ reliq̇s inumeris rebꝫ aut argumẽtis/
ſmones in manibꝫ habuerit: pſuadeat ſibi
reliq̇s om̃es pene declamatores poſſidere.
Hoc aũt lucri tenebit: qḋ in collectis hui⁹
ſmõibꝫ: aptiſſimas metaphoras audituqꝫ
nõ iniucũdas ſimilitudines affatim inuen
turus eſt: q̃s ex pio deſiderio: veteres ⁊ do-
ctiſſimos quoſdã imitatus: afferre ſolebat:
vt p̄ eas vulgus ceteras doctrinas: ac res
arduas ⁊ ſerias facilius memorie cõmẽda-
ret: in q̇bꝫ pfecto lepidiſſime adducendis:
nullũ habuit ſecundũ. In q̇buſcũqꝫ ſenten
tijs aut vocabulis latinis: in germanicam
linguã exq̇ſitiſſime traducendis: reliq̇s mul
tos ſupabat. In appoſtillandis ad populũ
euangelijs (etiã diui Joannis) ⁊ apte cõne
ctendis ſeu continuandis vt verba verbis
coherẽret: ⁊ ſententie ſententia q̇drarent: vix
ſibi q̇ſpiam ſimilis fuit: in recenſendis hy-
ſtorijs bonũ ordinẽ: optimã memoriã ha-
buit. Nec ius pontificiũ neqꝫ leges ſacratiſ
ſimas ignorauit: id q̇d in viginti articul
prudenti ⁊ iuſto ſenatui Argeñ. oblatis: li-
quido cognoſci põt. In materia v̄tutũ ⁊ vi



302

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tiorũ ad populum pꝛedicanda Guili Lug
dunenſem omnibus pꝛeſtãtiorẽ iudicabat/
in philoſophia moꝛali: Buridanũ ⁊ Mar
tinum de magiſtris omnibus pꝛeferebat.
Ex his q̃ ſermones ſcripſere ioꝛdanum ma
gis ſpeculatiuũ Soccum affectiões plus
mouentem: Jacobum de voꝛagine in ſimi-
litudinibus abundantioꝛẽ aſſerebat. Nec
ſolum delectabatur ſacrarum leccione ſcri-
pturarum. Uerum etiã hyſtoꝛias gentiliũ
Poetas/oꝛatoꝛes/⁊ eoꝛum interp̃tes Cice-
ronem/Quintilianũ. Senecam/Pliniũ/
Joſephum/Aulum Gelium/Macrobiũ/
Policraticũ/Petrachã/Eneam Siluium
Platinã/auidiſſime legebat. Joannis Pi
ci Mirandulani ↄmentarios cum magna
voluptate verſabat/aperte inter concionan
dum affirmans. Si vite curſum Pico na
tura duplicaſſet ipſum noſtro Auguſtino
aut Hieronymo in diuinis ſcripturis vix
inferioꝛẽ fuiſſe futurꝫ. Quicquid etate no-
ſtra/diuerſi paſſim ſcriptoꝛes/in lucem edi
derunt/nolebat pꝛoꝛſus ignoꝛare ſaltem ad
menſam ſibi lectum iri curebat. Hec a Ba
ptiſte quidem Mantuani/Marſilij Fici-
ni/Thome wolphij iunioꝛis nec Bebelij
⁊ alioꝛum nr̃atiũ opuſculis abſtinuit: hy-
ſtoꝛiamqꝫ violate crucis. T. Gerſmũdi trã
ſcurrit/cuius ⁊ ſententias de ludo nuper p̃
dicans in cancellis publice citauit. Nouiſ-
ſimis diebus incidit in annotaciunculam
Georgij Gemigeri Spirenſis p̃poſiti/cu-
ratis omnibus ⁊ ipſis quoqꝫ/reuerendiſſi-
mis Epiſcopis vtiliſſimam: quã ſup audi-
endarꝫ confeſſionũ poteſtate/ex intimis iu-
ris pontificij penetralibꝫ exquiſitiſſime de-
pꝛomſit/ad mitigandam compꝛimendãqꝫ
eoꝛum qui legittimi pꝛincipaleſqꝫ/⁊ alioꝛꝫ
q̃ aduentitij ſunt confeſſoꝛes: diſceptatio-
nem/Mirari non potuit/ꝙ tam inſignis
pꝛelatus pꝛeter moꝛam alioꝛum/tantop̃e li-
teras optimas coleret/⁊ tam egregia ſaluta
riaqꝫ annotamenta in lucem edidiſſet.

Quid ſenſerit de diſceptatione cura
toꝛum ⁊ mendicantiũ ſup au-
diendis confeſſionibus.

Sepe in quadrageſima palã in concioni-
bus affirmabat/ſibi perſuaſum eſſe/ſi quiſ
qꝫ vel ſeculariũ/vel mendicantiũ confeſſoꝛꝫ
vniuſcuiuſqꝫ peccata detegendi/viceſimam
ſolum aurei nũmi partem largiri cogeretur.
Has eoꝛꝫ lites ⁊ ↄtrauerſias iampꝛide fu-
iſſe ſopitas. Fatebatur vltro ſe olim/cure
animarꝫ Baſilienſis templi p̃fectũ: non ſo-
lum tardiuſculum/ſed ⁊ anxium in audien
dis confeſſionibus fuiſſe/⁊ nõnuqꝫ confeſ-
ſum ⁊ a ſe abſolutũ bis aut ter cũ ſibi quid
dam iterum atqꝫ iterum in animum incidiſ
ſet/mox ad ſe reuocaſſe/vt conſcientiã viri-
uſqꝫ ſerenioꝛem redderet ⁊ quietioꝛem. Id-
qꝫ ſe potiſſimum impuliſſe/vt parrochia-
rum regimine poſthabito/cõcionatoꝛis mu
nus ſuſcepiſſet. Mirum ergo cur noſtris
tempoꝛibus/pleriqꝫ (qui vtinam abſoluti
onis vocabuli deffinitionem ſaltem ⁊ oꝛi-
ginem flexumqꝫ ſaperent) ad explorandã
alioꝛum vitam (magis autem diuitum ⁊
matronarum qua ſtipem petentium ⁊ pu-
ſtulis aut lepꝛa infectoꝛum) tam curioſi/
tam auidi/⁊ tam impoꝛtuni ſint etiã in can
cellis ſuper ea re colligatoꝛes. Mirũ pro-
fecto/cũ arduum ſit ⁊ difficile omnes paſ-
ſim ↄfidentes/ſecure ⁊ bene infoꝛmatos a
ſe dimittere adeo inuoluti ⁊ abſtruſi/nodiſ
qꝫ ⁊ ſcrupulis pleni imo pene perplexi ſeſe
caſus offerre videntur.

Recuſauit perſuadere ad incoꝛpoꝛa
tionẽ quarundã cappellaniarꝫ.

Quibuſdam monialibus vehementiſſi-
me diſſuaſit ne capellanias in eccleſia ſuarꝫ
pꝛo clero ſeculari fundatas/vel ſue vel con
feſſoꝛum menſe vniri impetrarent/exemplo
quarundam aliarum: qui ductu fraterculi
nugigeruli ⁊ pecunioſi: conniuente Raymũ
do Gallo/ſacroſancte ſedis ap̃lice legato
vtcunqꝫ extoꝛſerãt vt capellanie in ſuo ceno
bio/p̃ cleris ſecularibꝫ fundate (quibꝫ ſco-
laſtici paup̃es in optimarꝫ lr̃arũ ſtudio ad
certos annos ſuſtentari poterũt) ↄtra vlti
mã fundatoꝛꝫ voluntatẽ in iacturã aut odi
um clericoꝛꝫ ſeculariũ ſibip̃ſis incoꝛparent
cũ neqꝫ cereris nec Bachi nec alioꝛꝫ puẽtu
um inopia p̃merent. Itaqꝫ recuſabat alijs
monialibꝫ ip̃m ↄſulentibꝫ hãc rem ſuadere
Keyſerſpergiꝰ/ſciẽs eã nature legi aduerſã
⁊ dño deo multũ ingratã. Cuiꝰ ⁊ in hac re
iuſtiſſimũ iudiciũ ↄtẽplari poſſumꝰ. Nã in
eo moniali ũ cenobio (cui hec iniq̃ſſima ſa
cerdotioꝛꝫ ſeculariũ vnio facta eſt) paucis
poſt anis vniꝰ ex p̃ſtãtioꝛibꝫ vẽter intumuit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

apō romanos/ ⁊ q̄dē gētiles: fuerat iſta ſanguine adhuc viuo terrā ſubitura ſacerdos. Adde (vt deū iuſtū eſſe vindicē ſcias) q̄ duo eiuſdē ſecte contubernijq̨ paria. Vulcan⁹ interi apō Heluetios in cineres fauillaſq̨ redegit. Juſte ne an iniuſte de⁹ nouit.

¶ Quid ſcripſerit cuidā ep̄o cui⁹ canonici ſtipendiū predicatoris ꝯuerterūt ad fabricā eccleſie ſue: ⁊ de māſuetudīe ſua.

¶ Fuerat in quadā inſigni eccleſia largū concionatoris ſeculariſ ſtipendiū: quod ad eiuſdē fabricā applicatū erit. Fraterculo ad id muneris ſubrogato. Expertus id Reiſerſpergius/ eccleſie illius capiti ſibi plurimū familiari: inter cetera ſcripſit/ autores detruncati ſtipēdij: in cementūq̨ ⁊ lingua ꝯuerſi: Sathana Chriſti tentatore deteriores ſibi videri. Js enī a Chriſto deſyderabat: ſaxa verti in panes. Jlli autē panem verbi dei/ aiarumq̨ cibū in lapides mutatū iri curauiſſent. Si q̄n vel ſuā vitam aut doctrinā vl' ſacras l'ras: ab hui⁹ ſeculi filijs deſpici ⁊ contēni audiuiſſet: mox r̄ndit: Operepreciū eſt contēnere contēptum. Cōſulentib⁹ eū de ingreſſu faciliori ad ꝯcionandū: conſuluit: ne quēcunq̨ ſermones ſcribente/ nec vllū quidē librū (ex Plinij credo ſn̄ia) ſperneret: horā non excederet/ Guilielmi Lugdunēſis ſummā in p̄tio haberēt: ⁊ in p̄mis vt vita ⁊ morib⁹ exēplares eēnt. Poſtq̨ Richardus de excelſa arce predicator ꝯ vrbem Argentinēſem defenſus eſt: igni addict⁹ eſt aurū per ꝯcuſſionē vi extortū eſt/ inſubrūq̨ dux ad Gallos ductus eſt/ de quorundam Marcialium integritate vacillare cepit/ de quib⁹ olim haud male ſentiebat.

¶ Quid ſenſerit de beguinis iuuenibus ⁊ formoſis.

¶ Animi etiā anceps eſſe viſus eſt/ de ſincera (ſine hypocriſi) religione/ ⁊ caſtitate beguinarū: que lꝫ inculta villoſaq̨ veſte/ ac lōgis calipt'ſ operte: tn̄ haud inuenuſte/ ⁊ etate iuuenes/ iā monachorū ſepta/ iam ciuiū edes ad fouēdos egros frequētarent: legerat procul dubio clemētinā de religioſis domib⁹/ Joannēq̨ Andree affirmantē, hoīm genus eſſe p̄nitioſum. ⁊ ab eis oīno eſſe cauendū. Sciebat deniq̨ in ſtatuto quodā prouinciali decretum eſſe: vt nulla de cetero ad ſtatum beguttarū admittat'/ niſi quadrageſimū etatis ſue annū exceſſerit.

¶ Quid r̄nderit ꝑ facecia Raimūdo Gallo cardiali hortāti/ vt diligēter negotiū cruciate in Argetina ꝓmoueret. Ipſeq̨ em̄ Raimūdus cōtra Thurcas/ vt antesignanum profecturum ſe profitebatur.

¶ Viſq̨ ſub eo typo emunxit pecunias a Germanis: ſꝫ neq̨ Cōſtātinopol' neq̨ Hieroſolyma reparata eſt/ cuius ꝯtrū ſperabat Papa pius. ij. vti in Europa ſua videre lꝫ. Hortabat' eum Raymūdus Gallus per literas: vt in ꝯcionib⁹ ſuis Argentinēſem populū ad preſtandū liberal'r belli neruū ſpe venie ꝯ Thurcas mox exterminādos diligenter incitaret. Cui inter alia r̄ndit ſe id ſedulo facturū: at mentē ſibi preſagire/ ſummis fidei capitib⁹: toties in Thurcas pecuniā (nulla expeditiōe ſecuta) emulgentib⁹: tandē euenturū/ quod olim duob⁹ laſciuis opilionib⁹ acciditꝫ. Qui dū apud ſyluas ⁊ prata gregē paſcerent. Viſis ꝓcul agricolis/ terrā aratro ſulcantibus/ vt illis illuderent/ ſonora voce clamitabant. Lupi/ lupi/ agricole paſtorib⁹ ⁊ ouiculis ſuccurrere proni accurrebāt. Cūq̨ veniſſent/ mētiti ſunt paſtores/ ante eorū aduentū: Lupos ex paſcuis ad nemora ⁊ ſaltus aufugiſſe: cūq̨ iterum atq̨ iterū opiliones ſimili clamore agricolas fallerēt. Tandē reuera venere lupi: clamitāt opiliones agricole iterū ſibi illudi putant/ ⁊ feſtinare pertēſi: nequaq̨ vt opē ferunt accurrūt. Sicq̨ ab impijs lupis/ ſimplices ouicule/ cū perfidis paſtoribus deuorant'. Caueant Romani/ qui tantas ſub typo expugnādorū Thurcarū pecunias corraſerūt/ nec dū vlla expeditiōe ſecuta

¶ De amore caſtitatiſ ⁊ odio riualiū, humili inceſſu ⁊ amore magnatū.

¶ Ad pudicitiā ⁊ caſtimoniā puellas ⁊ matronas/ ne ille ſtupro/ aut he adulterio polluerent'. Sepe ⁊ multū incitare conat⁹ eſt/ apprimeq̨ deteſtabat'. Si q̄n mariti/ viros ⁊ adoleſcentes/ aut monachos vegetos/ ⁊ laſciuiuſculos in edes ſuas introduxiſſent: tanquā riualis cōmunionē non admodum vererentur. Sepe patresfamilias hortabatur/ ne filias vxoreſq̨ ſuas circuitus ⁊ choreas crebrius adire ſinerēt. Tum

propter tenere pdicitie periculū. Tum qḋ vix abſq; peccato etate nr̄a choree fieri poſſent. Licet fraterculi quidam relatrarent/ et choreas leue peccatū eſſe palam fabularentur: quas et intra ſua ſepta: etiā in pmo noui ſacerdotis ſacrificio: viſi ſunt circumduceraſſe. Quale ſpeculum iunioꝛi natu ſacerdoti: ea ipſa die/ qua ſacrum Chriſti coꝛpus conſecrauit et ſumpſit/ ante vultus offertur? Cum diceret venerādi patres: choreis apud ſe factis: honeſtas ſolū matronas interfuiſſe. Reſpondit Keiſerſpergius/ et ex honeſtis et probis fiunt meretrices: nec em̄ vlla vnquā fuit meretricula quātumuis pſtituta: quin olim virgo fuiſſet. Dicebat etiā/ quiſquis fraterculorū auſit palam predicare/ choream leue aut nullū eſſe peccatū: ſeſe vehemēter ſuſpicari: quod ille idem in auriculā matrone peccata ſua detegere cupienti. aliud aliquid ſuſurare nequaq; vereatur. Dolebat vehementer: metaphoras quaſdā in concionibus ſuis auditas: clam ſe ſub ſcomatum typo impreſſas. eiſq; alias ſimilitudines nunquā ſibi cognitas intromixtas eſſe. Quāobrem ſeſe apud reuerendos diui Franciſci patres/ de vna indigeſta (quā nunquā audierat) ſimilitudine: per epiſtolam humiliter excuſauit. In magnis ſtationibus: vniuerſo clero preſente: in ſimplici vicarioꝛum almutio: cum humilitate et modeſtia (licet theologie profeſſoꝛ eſſet) inceſſit. Cum alij forte quedā/ vel inertes/ vel nullo quarumcūq; facultatum gradu prediti (vt puta floꝛido ſtudij tempoꝛe apud mulos/ equos/ focos/ vel in cellis vinarijs/ aut piſtrinis conſumpto) vario et precioſo ſupini incedere viderentur. Ad cantū et Pſalmodiam/ iuxta feſtiuitatum diuerſitatem: differenter et moderate inſtar aliarum dioceſium faciendā/ elegantiſſimas ad ſummi choꝛi clericos (hoꝛtantibus prelatis) habuit oꝛationes. Illuſtri ſiquidem Argentinēſis eccleſie capitulo/ pro ſua pfundiſſima ſapientia/ et ſpectatiſſima integritate viſus eſt non mediocrē habere fidem et auctoꝛitatem. Fuit preterea Criſtophoꝛo Baſilienſi antiſtiti carus: Friderico Auguſtenſi carioꝛ/ Maximiliano Ceſari chariſſimus: a cuius maieſtate multis nuper literis atq; nuncijs acceſſitus/ ac Benigniſſime ſuſceptus: dubia quedam propoſita explicauit/ conciones habuit/ viteq; totius oꝛdinem preſcripſit: pacem precipue inter chriſtianos principes faciendā/ ac iuſticiam om̄ibus miniſtrandā/ et latrunculorū inhumanā ſeuamq; tyrannidē penitus delendam cōmonefecit. Sicq; vix tandem cum commeatu glorioſe dimiſſus eſt. Philippus quoq; modernus Agrippine vrbis archiepiſcopus literis manu propria ſcriptis: quas vidi et legi/ optabat ipſum ſibi cō morari poſſe. Nam et dum in minoꝛibus Argentoꝛaci ageret: Philippus/ eius ſermōes crebꝛo audiebat/ et integritate conſtantiaq; perſpecta/ hominē pro ſua innata virtute diligere cepit/ et plurimū obſeruauit: Guilielmo etiā moderno Argētinenſiū pontifici/ tenoꝛē future/ et epiſcopalis vite diligenter annotauit: cui ſi maioꝛem quam blandis aſſentatoꝛibus et ſanguiſugis fidē habiturus eſt/ repulſis auaris et munera recipientibus/ atq; impudentiſſimis concubinarijs (per quos infimi et mediocres caſtigati ſunt) ſpero dominū deum: ad felicioꝛem magiſtratū/ ipſi vel hanc gratiā largiturum: vt ſacros oꝛdines conferant/ ius dicant/ epiſtolas ſcribant/ mandata ſignent/ clericos accuſent/ moꝛes cenſeant/ multas exigant: qui ceteros integritate non inferiores/ macula vulgo perſpecta careant/ ne moꝛum et animarū/ minus quā ſiſci rationem habere videantur.

¶ Suaſit/ ſed nō perſuaſit congregationē mulierculaꝝ leuiū in collegiū theologoꝝ/ et canoniſtarum tranſlatum iri.

¶ Alberto epiſcopo multa prece victus/ dederat oꝛnatiſſimas literas: quibus ipm mouere ſatagebat: vt quandā mulierculaꝝ fame ppꝛie decus negligentiū eccleſiaꝝ/ in celibū diuini pontificijq; iuris interpꝛetū collegiū: ſua induſtria et auctoꝛitate erectum iri curaret: vt ſicut cathedralis eccleſia ex illuſtribus: ſic ſecundaria ex illuminatiſſimis cōſtaret viris: vt ſicut illis beata virgo Maria regali ex progenie exoꝛta patrona refulget: ſic iſtis leuita Stephanus/ cuius ſapi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

entie ꝛ ſpiritui(qui loquebatꝛ)reſiſtere pote
terat nemo/credidit Keiſerſpergius/ nihil
deo acceptius/ nihil populo vtilius/ nihil
anie ſue ſalubrius pium Albertum efficere
potuiſſe/ quodꝫ epiſcopatui nihil emolu⸗
menti deperiſſet:imo plurimū magis ac ma
gis accreuiſſet. perſonas autē tales in hoc
collegiū ſuſcipi dumtaxat debere:ſuaſit eſſe
ſtatuendū/ qui doctores eſſent duo/ tres/
aut quattuoꝛ in ſacra theologia/ totidēꝫ
Baccalaurei formati/ꝛ aliqui iuris canoni
ci/qui ibidem in eiſdē facultatibus legerēt/
ꝛ nihilominꝰ ea perficerentꝛ/ que cultus exi
geret diuinus:quodꝫ cōfeſtim vbi de con
cubinatu quiſpiā conuictus fuiſſet:eo ipſo
deponeretꝛ. Credidit Keiſerſpergius vtiꝫ
honeſtius hoc eſſe/ ꝙ meretriculas quinꝫ
aut ſex(vt eius verbis vtar) de crucifixi pa
trimonio nutriri/ in dedecus vniuerſi ſta⸗
tus clericalis. Id ſi pius Albertus feciſſet.
Si inquā ſumme nobilitati magnitudinē
ſcientie coniūxiſſet/ quātum laudis ac glo⸗
rie apud probos/quātum gratie apud ſupe
ros fuiſſet cōſecutus. Inuenirentꝛ nunc af⸗
fatim/qui ſermones vel ad populū/vel ad
clerū facerent/ qui plebanis aſſiſterent/qui
clericos in dubijs inſtruerent/ qui publice
legerent/qui ſanctā cruciatam ꝓmouerent/
qui tribunali in neceſſitate preſiderent/qui
in anie foro timoratis ciuibus conſulerent/
qui diſcordes pacificarent/ qui epiſcoporū
auctoritatē defenderent/qui morū cenſores
eſſe poſſent/ qui moniales monachis non
addictas viſitarēt/ ꝛ confeſſas abſoluerēt/
qui populū(bono ſaltem vite exemplo) do
cerent:ex quibus vnus aut plures/aliquan
do pro ſummi templi concionatore vel ab⸗
ſente/vel egrotante: ad dei gloriā/ ad eccle⸗
ſie decus/ad populi ſalutē/ ſermones face⸗
re potuiſſent. Penſiculabat indubie Keiſer
ſpergius/perniciosiſſimū eſſe theologorum
defectū:cum tamen eccleſie dei bene guber⸗
nande vtiles ſint ꝛ neceſſarij: ſicut ꝛ ſepe la
mētatus eſt illoꝝ paucitatē: Bertholdus
Hennēbergeñ. Moguntinus Archiepiſco
pus. veritus pro concionibus ꝛ parrochi⸗
is/theologos tandē defuturos. Penſabat
Keiſerſpergius/vires ſuas iminenſꝫ ſeni⸗
um: quare cupiebat alios quoꝫ ſui ſimi⸗
les/in vrbe Argentina educari poſſe/ꝛ licet
haud facile theologis ad prebendas pateat
aſcenſus/ipſe tamē alios precipue nepotes
ſuos( vt vos duo teſtes ꝛ exemplar eſtis)
ad ſtudia ſacrarū induxit literaꝝ. Si forte
tandē eccleſie dei/ad fidei ꝛ morū exaltatio⸗
nem opitulari potuiſſent:adeo Chriſti fidē
dilexit/ adeo fuit affectus eccleſie catholice
ꝛ ſingulis eius membris/ quibus prodeſſe
ꝛ ſua cōmunicare ſtudebat / velut habens
alta mēte repoſitum. Mandauit deus vni⸗
cuiꝫ de proximo ſuo. Optabat ſacrarum
literarū in gymnaſijs auditores. ante licen
tiam nanciſcendā ad duas res a preceptori
bus aſtringi. Primū/ vt lectione ſentinas
expleta/quapiam decretaliū/ aut iuriſcon⸗
ſulti lecturā in manus acciperent: quo titu
los.ꝛ eorum ordinē/ legendiꝫ modum cō⸗
muniaꝫ ꝛ pregnantiora illius doctrine vo
cabula/ꝛ iuris proceſſum imbiberēt/ ne pro⸗
ſus harū rerum ieiuni. In cetu iuris pru⸗
dentū. Veluti elingues aſſiderent. Alterū
ne vel in epiſcopalis/vel concionibus/titu
los principū ꝛ prelatorum ſupra meritū/ꝛ
dignitatē contraꝫ vetuſtū morem facerent
clariores: vt diuerſorū vtriuſꝫ ſtatus gra⸗
duū legitimū diſcrimen haberetꝛ:indignū
cenſens abbatibꝫ titulos tribui epiſcopoꝝ.

¶ De Ephebis in biuio Pytha⸗
gorico conſtitutis: ſollicite ad
dexteram flectendis.

¶ Circa Ephebos pubeſcētes/maximo⸗
pere inuigilandū circumſpiciendūꝫ eſſe di
cebat/ne iam in biuio Pythagorico conſti
tuti/ ad leuā declinarent: ſed vt dexteram
virtutum viam ingreſſi:a libidine ad caſti
moniā:ab inſolētia ad obedientiā: ab otio
ad induſtriā/ab omni laſciuia/ ad modeſti
am/ literarūꝫ ſtudia flecterentꝛ. qua ꝓpter
non erubeſcebat/nōnunꝫ oꝛe ſuo iunioꝛes
ſeſe viſitantes/in quibus bonam indolem
eſſe coniecerat/ ad genus vite moderatum
chriſtianamꝫ diſciplinā adhortari. Audi⸗
uit ex eo paternas ꝛ benignas huiuſcemōi
perſuaſiones Criſtophorus de domo Ne⸗
metenſis tēpli Canonicus/ꝛ. T. Greſmun
dus. Noſterꝫ Othomarus Philomena

in tribꝫ bis credibile ē ſuaſus Keſerſpergij
haud fuiſſe ſteriles ⁊ inanes. Ad id ego q̄ꝫ
ſp operā dedi: vt iuuenes ad dextrā virtutū
flecterent: licet in ea re. monachos/curtiſa-
nos. iureconſultos imo ipſos q̄ꝫ moꝝ cen-
ſores offenderim: q̄d (licet ego q̄ꝫ olim ſedu
ctus) ad caſtimoniā/ ⁊ ad frugalitatē adole
ſcentes inducere conatus fui. Inde morſus
inſidias/obtrectatiões libelloſq̄ꝫ famoſos
ſuſtinui. vti ad Leonē decimū ſummū pō-
tificē ⁊ manſuetis cum principē carmine ſe-
nili ꝯmemoraui. Sacroſancti concilij La
teranēſ. capitibꝫ quibuſdā innixus.

¶ De cōtinuatꝫ per multos annos ſer
monibꝫ/ ⁊ de predicāda chriſti paſſione.

¶ Preter ſermones/q̄s in Herbipoli/in
Baſilea/in Friburgo/in p̄ria ſua: ceterꝭq̄ꝫ
locꝭ: paſſim añ octo luſtra fecit: poſtea ꝑ an
nos ſupra triginta/totidēq̄ꝫ q̄dragelimas:
cōtinuis quadraginta diebus: ⁊ q̄nq̄ꝫ vna
die: bis aut ter in vrbe Argentoracenſi ad
populū predicauit. ⁊ lꝫ per quadragelimā
plurimū fatigatus: religioſis tñ vtriuſq̄ꝫ ſe
xus reformatꝭ/ ⁊ exēplaribꝫ humiliter petē-
tibus: negare ꝓ ſua maxia humanitate nō
potuit: quin ſequētibus mox paſce ferijs:
in ipſoꝝ patrocinijs/aut dedicationibꝫ am
pliores ad populū faceret exhortatões. Ve
rum in conciōe qualibet: vniꝰ hore curſum
non exceſſit: ſed clepſidra finem indicante:
mox receptui cecinit. Immo inter predicā-
dum Chriſti paſſionē/eādem tēporis men-
ſurā obſeruauit: quā in vniuerſos hebdo-
made penoſe dies: ſeriatim partiebat̄: mo-
tus forte carmine Flacci. Quicquid preci
pies eſto breuis: vt cito dicta. Percipiant
animi dociles/teneantq̄ꝫ fideles. Prima e-
quidē quadrageſima. ceperat ſectari moreꝫ
illū mendicātium clauſtralium/predicans
paſſionē quinq̄ꝫ aut ſex ꝯtinuis horis/con
ſiderans vero auditores a ſomno/ ⁊ mulier
culas a lotio cōtinere ſe non potuiſſe/ nole-
bat futurꝭ annis: denuo hac qualicūq̄ꝫ con
ſuetudine vti: quā ex ambitione diuerſorū
conuentuū/arbitrabatur ortū habuiſſe: vti
in quadā epiſtola: quondā ad me data intel
ligere potuiſtis. In qua ſic ſcripſit. Dam-
naui ego illas longas predicatiões fieri in
paraſceue ſolitas / ⁊ id ex vanitate inanis

glorie proculdubio ortum habuiſſe aſſerui
qua quilibet alterum ſuperare voluit. Pri-
mus ad horā predicauit. more antiquorum
doctoꝝ. alius de alio conuectu: duas predi-
cauit/ ⁊ ſermonē longius protraxit: indeq̄ꝫ
fuit forſitan laudatus: quo factum eſt/ vt ſe
quenti anno Primus/ nō minus appare-
re voluerit/ ⁊ tres horas predicauit: alter ſe
quenti anno quattuor: ⁊ ita factū eſt: vt ad
hanc fatuitatē deuentū ſit: vt ſeptem octo
⁊ nouē horas predicet̄: ita vt inſtar cuculo-
rum alterutrum ſe vincere conarent̄/legant
oēs concionatores Criſoſtomū/Leonem/
Gregorium/ ⁊ ceteros: ſi vnquā repererint
ſermonē: qui vna hora recitari non poſſit/ ⁊
licet poſt peregrinatiōem ad ſpecum diue
marie Magdalene. ſepulchro/ etiā Ioan.
Gerſon Lugduni deuote viſitato (cuius ⁊
opera quedā magnis illic impēſis exſcribi
curauit) poſtq̄ꝫ acerbiſſimus calculi dolo-
res (quos equanimiter tulit) annum fere ſe-
ptuageſimū acceſſiſſet: nulla tamē ex parte
eius/ vel eloquētia/vel memoria labefacta-
ta: ſed neq̄ꝫ paululum īminuta videbatur.
Itaq̄ꝫ creditu facile eſt/celeſti ipſum numi-
ne: quod nature vires exuperit fuiſſe afflatū
Et quāuis mora concionū ſuarum princi
pio/mltas iniurias/multos morſus/mul-
tos contēptus/multas perſecutiōes: libel-
los etiā famoſos perpeſſus ſit. leniter tamē
⁊ modeſte tolerans/a cepto non deſiſtit/ſed
viriliter ⁊ conſtātiſſime proſecutus/cōtem-
ptumq̄ꝫ iure ſuo contēnens/ perſuadere in
ter cetera conatus eſt: vt pleriq̄ꝫ ſuas con-
cubinas (etiā vetulas apud ſe factas) auel-
lerent: vt teſtandi libertas eſſet: vt vltimo
ſupplicio plectendis ⁊ petentibꝫ. Venerabi
lis eucharíſtia non negaret̄: in quo nōnul-
le vniuerſitates (precipue clariſſima noſtra
Heidelbergenſis) ſibi aſtipulate ſunt. Per
ſuadere etiā ſtuduit/ ne puerili/ qui neſci-
unt quid faciūt: qui inter Remigij ⁊ Fran
ciſci regulam nondum diſcernunt/ad ceno-
bia (laxe atq̄ꝫ diſſolute preſertim vite) in-
truderentur: qui forſitan ob id olim pa-
rentibus ſuis / ſtygios lacus imprecatu-
ri ſunt/ ⁊ reiectꝭ cucullis a ſacroſan. ſe. apo.
libertatē ad ſeculū redeundi impetraturi/
vti hac etate mlti diuerſoꝝ ordinū fratres a

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Leone decio ĩpetrafit/ ꝯqueſti ſe ĩ puericia
ad monaſteria coactos. in his ⁊ alijs paſ-
ſus eſt: vir optiꝰ ꝓuicatiſſimos ꝯdictores
ꝑſo forſitan iure ſuo applaudere geſtien-
tes/ quoꝝ aliqui (quos dños magiſtros vo
cant) ſcripſiſſe etiã ipm vincere aggreſſi ſunt
quoꝝ iacula munimẽtis inexpugnabilibꝰ
formaliſſime cõfutauit/ ⁊ eliſit. Extant ho-
die diuerſa vtrinq3 ſcripta/ ⁊ ſtili elegantia
⁊ ſniaꝝ neruis longe diſſimilia: que ꝓpediẽ
(ſi deus volet) in lucẽ ſunt ꝓditura. Tum
oibus vere doctꝭ/ liquido patebit/ eius elo
quẽtia. Induſtria ⁊ ſinceriſſima in ſcriben
do energia/ reliquoꝝ vero incõdita barba-
ries/ puerilis inertia/ ⁊ impura mẽtis affe-
ctio. Tentabat inter alios quidã ventroſus
fabaꝝ forte plenus/ ipm ſcriptis vincere/
qui palã in cancellis ꝓba hec de laqueo ve-
nantiũ ꝯmemorans: venantiũ a veneno de
ducit/ vulgo nr̃o [der vergifften] interpreta
tus. Alius aſtrologꝰ maior quã theologus
tñ vite liberioris Auguſtinianus/ cõmuni
onẽ reoꝝ mortis impugnaturus: hanc con
tra eum Achillez adduxit. Si latronibus
darẽt euchariſtia: tunc ruſtici dicerẽt. Ecce
Chriſtus iacet ſuper rotã: vt eius barbaris
aut ſimilibus verbis vtar.

¶ De perſecutionibꝰ quas a diuerſo
rum ſtatuũ hominibus etiã pue-
rulis perpeſſus eſt.

¶ Nec ſolũ a monaſtice: ſed etiã a noſtre
profeſſionis hoibus iniurias ⁊ perſecutio
nes paſſus eſt. Dum eñi cũ alijs integerri
mis preſtãtiſſimiſq3 virꝭ Chriſtofero Utẽ
henio Baſilienſiũ nũc epiſcopo Joãneq3
Symler iureconſultis/ ⁊ Melchiore Ku-
nigſbachio theologo/ iuſſu ⁊ auctoritate p̄-
ſulis Alberti: Ep̃atus viſitationẽ cepiſſet:
vnus ſibiipſi conſcius multis prebendis/
ſed pluribꝰ ſpurijs oneratus ilia ſua/ pugi
one ſe confoſſurũ ſcẽ iurabat. Alius ſe pre
bendã ſuã (cui munus ꝯcionatoris annexũ
eſt) Rome apud primã ſedẽ impetratuꝝ mi
nabat. Paſſus eſt etiã inſidias/ vſq3 ad ſan
guinẽ/ a cognatꝭ cuiuſdã magni iurecõſulti
cuius vltimã voluntatẽ ꝯſtantiſſime tueri
cõtra epi cõniuentiã moliebat. Paſſus eſt
obſceniſſimũ libellũ famoſum in aſini figu-
ram ligatũ: ⁊ in cãcellos añ pedes ſuos con
iectũ. Paſſus ẽ a q̃dã ſacrilego ⁊ adultero
teſtamẽti ſolẽnis ĩpugnatore (in quẽ bene-
ficus fuit) deteſtãdas obtrectatiões. Paſ-
ſus eſt a fratercło. quodã (qui nihil neſcire
ſe putat) acerbiſſimã per literas inuectiuã.
Paſſus eſt ab alijs fraterculis: qui ipm in
thermis q̃buſdã: magnũ eſſe luſorẽ apud in
tegerrimos viros (quoꝝ aliq̃ hodie ſunt ſu
perſtites) falſo infamauerũt. Paſſus eſt a
trutãnis/ dũ elemoſynã diſtribueret/ gran
des ꝯtumelias ⁊ ĩproperia. Paſſus eſt pere
gre ꝓficiſcẽs/ a ꝓhpelli viaꝝ comite ⁊ ideo
marꝭ interp̃te: fraudes ⁊ perfidiã in gallea.
Paſſus eſt haud paruã auri iacturã: a lan
cearijs peditibꝰ in Germania. Paſſus eſt ⁊
ſibi illudi a puerulis (q̃s chorales vocant)
quoꝝ intẽpeſtiue nõnunq̃3 laſciuie/ per q̃t-
tidianos ferme nũmos anſa prebetur/ at ne
glectã in tẽplo ⁊ in ſcholis diſciplinã: carni
fices poſtea laqueo vel enſe ꝯpẽſant. Quo
mõ ſi queras a pueris illis illuſus eſt? Au
di/ ab exordio ſermonũ ſuoꝝ/ annos ante
triginta/ cernens. vir optimus: ipſoꝝ petu
lantiã in choro/ ⁊ diſcholiam incõpoſitoſ-
q3 mores/ paterne illos. vrgente cõſcientia
reprehendere cepit. Moꝝ vnus illoꝝ inſo-
lentior. Lygurũ eſficus/ in faciem oſtendit
pollice per mediũ digitoꝝ exerto: Forſitan
id edoctus/ aut iuſſus: a quopiam curialiũ
auarorum: quoꝝ multi theologos odiũt: ⁊
oĩs eos perſequuntur: qui de ſua intolerabili
auaricia (quã neq3 Turci/ neq3 Judei in
ſua qualicũq3 religione ſuſtinerent) loquũ-
tur/ ſcribũt/ predicant: quoꝝ vnus/ ipm ra-
bulã verboſum appellabat: ad reliq̃s con-
cionẽ ſuã adituros inquiens: Cur nã illũ
loquaculũ ⁊ blateronẽ auſcultatis? Alius
vero de iſta gente palã dixit/ cum oĩ rheto
ricaꝝ ſcientia ꝓrſus careret: nec quicq̃3 apte
vnq̃3 perſuaſiſſe: imo minus ad perſuaden
dum quã minimũ ex familiaribꝰ ſuis ido-
neũ exiſtere. Scit deus (quẽ teſtor) illũ aua
riſſimũ/ ⁊ ex auaricia cecũ/ in hunc eloquen
tiſſimũ atq3 innocẽtiſſimũ virum (qui oẽs
has iniurias/ obtrectatiões/ mĩas ⁊ ꝯtume
lias modeſtiſſime tulit) exſecrabilẽ eſſe men
titũ. Habuit. n. noſter Joan. p̄ter natiuã
affabilitatẽ/ ⁊ ſummã oĩm literaꝝ doctrinã
ſingularẽ etiã apte ꝯcionãdi artẽ atq3 pru-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dentiã&qꝫ/quippe qui vtrãqꝫ Ciceronis rhe
toricã: Quintilianiqꝫ ⁊ Senece declamati
ones examuſſim legerat/⁊ in demõſtratiuo
deliberatiuoqꝫ gñibus exercitatiſſimus: ad
ſingulas res pſuadendas, ſingulos rhetoꝝ
locos artificioſiſſime afferre ſciebat. Venã
⁊ tenorem Criſoſtimi Bernardiqꝫ/⁊ alioꝝ
eloquẽtiſſimoꝝ: precipue etiã Joãnis Cru
ceri preſtantiſſimi theologi Heidelbergeñ.
imitatus. Naz ⁊ quoſdã abuſus chriſtiane
diſcipline admodũ repugnantes( quoꝝ ali
quos in Argẽtinenſiũ epiſcopoꝝ cathalo/
go tetigimus)e medio ſuſtulit: ⁊ nõ ſolũ ad
teſtamẽta faciẽda/ vltimaſqꝫ volũtates mi
nime caſſandas/efficaciter tandẽ perſuaſit
Verumetiã in paucis( ſed ꝯtinuatis)qui/
buſdã conciõibus: ſtipendiũ annuũ a pñs
Argentinẽſis vrbis ſacerdotibꝫ/ ciuibus ⁊
matronis collegit: q̃ ſcholaſtici q̃ttuor pau
peres fulti: ſacerdotes venerabilẽ euchariſti
am ad imbecilles deferentes cũ iucũdis( vt
mos hꝫ )canticꝭ comitenť. Eandẽ maioris
fidei atqꝫ deuotiõis incitatiuã/ſacerdotibꝫ
curatꝭ a ſcholaſticis faciendã aſſociationẽ:
in dulci natali ſolo duobuſqꝫ oppidis pñie
ſue finitimis Turckheim ⁊ Amorſwiler ex
proprio patrimonio( quod adhuc ei ſeni ſu
pererat)me pñte inſtituit atqꝫ fundauit.

¶ De charitate ⁊ obſeruãtia pluri
moꝝ vtriuſqꝫ ſtatus ⁊ ſexus in
ipm/ſuamqꝫ doctrinã.

¶ Veruntamẽ multi ex clero timorati:
multi de mgr̃atu/multi proceruz ⁊ ciuiũ/⁊
matrone atqꝫ vidue plereqꝫ oẽs honeſtiſſi/
me: non ſolũ ipſius ſermões auide frequen
tarũt: ſed etiã ipſum vt preceptorẽ coluerũt
vt patrẽ dilexerũt/ vt vite ſue ducẽ ⁊ patro
num obſeruauerũt. Et quẽ viuentẽ dilexe/
rant/mortuũ humanitatꝭ ſtudio/officio fu
nebri: ⁊ parẽtalibꝫ certatim atqꝫ magnifice
proſecuti ſunt. Sic em̃ ad me ſcripſit Mar
tinus Cellarius. s. Petri iunioris nunc ca
nonicus verax ⁊ integer. Hoc vnũ acerbũ
ſcribere tibi cogor/ꝙ Doctor Keiſerſbergi
us: Dñica Letare/horã circiter duodeci/
mã/nature debitũ reddidit: die poſtera ho
ra vndecĩa ante ſuã eccl'ie maiorꝭ ſedẽ ſepul
tus: cũ multoꝝ lachrymis ⁊ ſingultu. Jaco
bus q̃z Sturmus chriſtiane theologie de/
ditus ⁊ quidẽ nobilis/hec ad me dedit. Ce
cidit magnũ decꝰ vrbis Argẽtine Jo. Kei/
ſerſbergius/ cõſummatiſſimus/ integerri/
muſqꝫ theologus: cuiꝰ etas nr̃a vix ſimilẽ/
vix ſequẽs viſura ẽ. Deceſſit dñica Letare
paulo poſt primã me pñte ⁊ vidente/ſedẽs
in lectulo ẏ pocauſti/ſeu ſtube ſue( vt Ger/
manice loq̃r.) Poſtera die comitantibꝫ fu/
nus eccleſie maioris canonicis ⁊ vicarijs:
multo q̃z populo añ cathedrã( quã viuẽs
predicãdo duobꝫ ⁊ triginta annis rexerat)
ſepultus eſt: die Mercurij. Exequie in ſum
me eccleſie choro habite ſunt: pñte ⁊ offeren
te ſenatu Argentinẽſi. Atqꝫ innumera vtri
uſqꝫ ſexus plebe/ vidiſſes maximã matro/
naꝝ frequentiã. Earũqꝫ tm̃ affectũ quãtuz
vix crediďiſſes/ ñ introiuit quiſqꝫ per hos
dies ſummũ templũ: quin aqua benedicta
ſepulchrum eius aſpergeret.

¶ Concluſio.

¶ Nunc vt cum Eucharij Henner iuriũ
licentiati ꝟbis ad me ꝯſolandũ ſuauiſſime
ſcriptꝭ concludã: talis tãtuſqꝫ vir nequaqꝫ
lamẽtandus eſſe videť: quoniã male mori
non potuit: qui ab adoleſcentia ſua/ a phi/
loſophie magiſterio/ ⁊ a ſuſcepto ſacerdo/
tio ſine laſciuia/ſine ſcandalo: cum oĩs ho/
neſtatꝭ exẽplo: cum moꝝ maturitate lauda
biliter vitã egit. Ego em̃ illũ a tpe ſuſcepti
magiſterij/ moreſqꝫ ſuos noui. ego illi inte/
rea frequẽtiſſime domi dies ⁊ noctes cõuer
ſatus: quater etiã ſecũ peregre ꝓfectus ſum
nobis potius( ⁊ mihi ꝓcipue )dolendũ eſt:
qui tanto patrono tã forti veritatꝭ buccina
tanto naturalis honeſtatꝭ ac euãgelice vite
ſpeculo: tanto frugalitatis( quã Auguſtinꝰ
virtutũ maximã cenſet)exemplo/tanto pau
perũ aſilo: tanto eccl'iaꝝ ⁊ iuriũ parrochia/
liũ eccl'iaſticeqꝫ libertatis ꝓpugnatore. pri/
uati ſumus. Jlle ſublatus eſt ex emuloꝝ dẽ
tibꝫ / de miſeria tranſijt ad gl'iam: de morte
profectus eſt ad vitã. Si tñ pedes minu/
tiſſimis ⁊ quottidianis forſitan inquinaue
rit pulueribꝫ: nr̃m eſt ad deũ optimũ maxi/
mũ ex ĩtimis dicere ꝓcordijs/ Joanni Kei/
ſerſpergio ſacerdoti ac Oratori tuo: miſere/
re clementiſſime deus cuiꝰ nominis ſancti/
ficationẽ: cuius cultũ ⁊ gl'iam: tanto zelo: tã
claro innocentis vite ac viue doctrine exem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

plorantis laboribus: tot annis vſqȝ ad venerabiles canos / vſqȝ ad indefeſſam ſenecturẽ ꝛ mortẽ: conatus eſt in cordibus fidelium inſerere augere ꝛ ꝓpagare Amen.

¶ Hec obiter ꝛ tumultuarie / opico ſtilo abſqȝ ſerie caritas mea in auunculũ veſtrũ ꝛ preceptorẽ meum ſcribere coegit: Qui vero dulciſſima ꝛ elegantiſſima compoſitiõe delectatur: is legat vitã auunculi a Beato Rhenano cõciue meo / ex ordine vite / terſiſſimo ſtilo conſcriptã. quam apud me Georgius Hẽmiger Spirẽ. prepoſitus rigidiſſimus ꝛ exactiſſimus lucubrationũ cenſor (cui nihil niſi elegans ꝛ admodũ emunctũ cõplacuit) maximis laudibus efferebat.

Unum ꝑtermiſi / ꝙ Keiſerſbergius verborũ inanẽ ſuperfluitatẽ magnopere deteſtabat / eam precipue. qua quidã alienigene inter concionãduȝ. verba. in ſua participia ꝛ ſubſtantiua. Sum reſoluere ſolẽt. ad qđ nulla neceſſitas cogit: vt cũ ſcribit. dicebat Jeſus. loquebat. Stabat / ꝛ ſimilia infinita theutonice: reſoluũt / erat dicẽs. loquẽs. ſtans [Er was reden / er was ſton] cũ vtiqȝ Ariſtotile auctore. non ſit ponenda pluralitas abſqȝ neceſſitate: De quo ad Jacobũ decanũ Larenſem / olim id a me efflagitantem. epiſtoliũ dedi: Utriqȝ horũ ꝛ preſtantiſſimis aliis viris / viſum eſt ſufficere. ſi dicas [Er redt / er ſtandt.] Dum facis [wan du thuſt.] Non [wan du biſt thun.] quando es faciens. Uti olim ſcholaſticus quidam mente captus. Spire in carcerem poſitus: omnia verba latina reſoluebat. Ego ſum hic iacens: quia fui matrẽ percutiens ꝛ huiuſmodi mille. Inſanũ illum hominez quidam (cathedralium etiã eccleſiarũ) concionatores imitantur.

¶ Diſtichon Jacobi. wimph. ad Joannem Keiſerſp.

Creuerat in vita meritũ nũc gaudia creſcũt
Semiat in Clerũ dũ tua ſcripta nepos.

¶ Finiũt Sermones ꝛ varij tractatus Excellẽtiſſimi diuine legis Doctoris Jo. Geileri Keiſerſpergij. prius ſparſim in vulgari theutonico mendoſe ſub variis typis / ꝛ ſpeudo titulis impreſſi. Quos ne bonus Lector huiuſmodi ementitis titulis deluſus ſubditicia / ac ementita pro ſinceris ſit lecturus Petrus wickgram theologie Doctor / eiuſdem doctiſſimi Keiſerſpergij nepos ex ſorore / ꝛ imediatus in officio predicature Argentineñ: ſucceſſor. Ea qua potuit diligentia ex veris originalibus Exemplaria congeſſit. Et in lucem prodeunda ſollicito Joanni Gruninger calcographo ingenuo tradidit: In
quibus facile videbitur / quan
to interuallo languida illa /
ꝛ mẽdicitus cõſarcinata
a vera ꝛ incomparabi
li auũculi ſui phraſi
diſtent. Anno re
ſtitute ſalutis.
15 18. Ka
lẽdis Au
guſti.
.;.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf




Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf